NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 L
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13. 6. 6. 24

27 27
6 1
9 4

Digitized by Google

HENRICI BOCERI

J Cti

De Iuriſdictione

Tractatus,

SINGULARI STUDIO ET REBUS ET METHODO ADORnatus: In Scholis & Foro utiliſſimus.

Cum Indice rerum & verborum locupletiſſimo.

SOC·IESV·BIBL·SEC·COL·ROM

IHS

TVBINGAE

Typis Cellianis,

ANNO cIↄ Iↄ IX.

BIBLIOTECA N. C. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMAGO
NOBILIS ET CONSVLTISS. VIRI,
DOMINI HENRICI BOCERI, V. I. D.
Inclyta in Academia Tubingenſi Anteceſſoris, &c.



Exprimit HENRICI *præſens bene forma* BOCERI
Vultum: ſed mentem denotat ipſe Liber.

HENRICVS
BOCERUS JCtus,

IN

Inclyta Academia Tubingenſi
Anteceſſor, Benevolo Lectori
Salutem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRodierunt in lucem proximè ſuperioribus annis aliquot præſtantiſsimorum Iuriſcõſultorum de juriſdictione tractatus inſignes; quos cùm ocium (quo tamen fruor

 raró)

rarò) permitteret eá legi diligentiá, quam argumenti dignitas, & autorum celebritas deſiderabat maximè.

Animadverti ſanè ex illorum operum conſideratione accuratiori, ætatem noſtram in illuſtranda iuriſprudentia Romana longè ſuperare Patrum memoriam: quamvis veterum monumenta adeò non ſint in ullam adducenda contemptionem, ut o-

ut omni laude, quâ meritò judicantur digna, magnoperè celebrari potiùs debeant.

Mihi plurimùm quod profuerint in explicandis noſtri iuris partibus, meâ quas operâ illuſtravi hactenus, agnoſco facilè & libenter. Forenſibus quoque in cauſis tractandis, quantũ auxilii nobis præſtent, non ignoramus.

Verùm non ita illis ſum addictus, ut cum quibuſ-

dam, ingenii inopia laborantib. Dd. opiniones oracula putem. Adorent pro Diis, cum gentilib. idola, & Patrum commēta, pro Euangeliſtarum veritate venerentur, qui velint: religioſè ego Autorum iuris monumenta, & textuū puritatem colam ſemper; gloſſarum tamen commentationes, & Dd. opiniones, ubi veritati accedunt, minimè deſpiciens.

Quanquam verô ex recentio-

centioribus illis de iuriſdi-
ctione commentariis in-
tellexerim abundè, mate-
riæ huius explanationem
commodiorem, bonitate
ingeniorum, quib. ultimũ
hoc floret ſeculũ, ſucceſſu
temporis incrementum
capere magis magisq́; : at-
tamen necdum ita cuiuſ-
quã operâ illuſtratum vi-
deo & excuſſum hoc argu-
mẽti genus, ut nullius in-
ſuper ingenii vim & ſtudiũ
requirere videatur am-
plius.):(4 Eo

Eo ex tẽpore, quo nobi-
lis materiæ huius amplitu-
dinem intelligere quodã-
modo cæpi, ad eã plenius
cognoſcendam alacritate
fui mirâ; proindeq́; occa-
ſio quoties dabatur cum
privatim, tum publicè de
ea cum juriſprudẽtiæ cul-
toribus, diſcipulis & præ-
ceptoribus, conferre ſer-
mones, volupe mihi erat.

Hinc calamum hanc in
juris noſtri partem ſtrin-
gere, & mea qualicunque
operâ

operâ enucleare tentavi adoleſcens; At maturiori factus judicio magis magisq́; ſummam eius difficultatem perſpexi. Quare meas de ea meditationes in certa redigere axiomata, eaq́ue diſputationibus privatis & publicis ſubmittere dubitavi nihil. Vnde animo meo acceſſionem iudicii de inſigni hoc argumento adiunctam probe animadverti.

Tandem etiam in hac

omni doctrinarum gene-
re florentiſſim. Academia
voce mea publica profi-
tendo paucis ab hinc an-
nis eandem hãc nodoſam
materiam explanare, ac
vim & magnitudinẽ eius
pro virili oſtendere ope-
ræprecium duxi. Cùm v.
Commentarius ille meus
exinde è manib. auditorũ
in conſpectum venerit et-
jam aliorum, quibus de in-
geniis judicare datum eſt,
ſæpenumerò à me petie-
runt

runt multi,ut eum cõmunem in uſum publica editione donarẽ. Quod licet aliquandiu facere nõ ſine gravi cauſa renuerim,tandem tamen poſtulatione crebra victus, petentium voluntati gratificari volui;ea opin. ductus, nihil à me officii generis huius proficiſci poſſe,quod tibi Lector humaniſs.& benevole non ſit gratiſsimum.

Haſce ergò , de nobili hac juriſdictionis materia, medi-

meditationes meas accipe, diligenter & attente lege, conſidera, & perpende animo accurato. Quas ſi tibi gratas animadvertero, effectum dabo, ut ſi Deus mihi huius vitæ uſuram longiorem conceſſerit, aliquando locupletiores in lucem prodeant. Interim hiſce tuũ incommodum utere fruere feliciter. Vale. Tubingæ, 4. Septemb. Anno Chriſti, 1609.

Elegidion

AD NOBILEM ET CONSULTIſſimum Virum

Dn.

HENRICUM

BOCERUM, J. U. DOCTOREM CELEBERRIMUM: ACADEmiæ Tubing. Anteceſſorem, & Conſiliarium Württembergicum digniſſimum: Collegam & Affinem ſuum chariſſimum: cùm nobilem Tractatum, de Juriſdictione ederet.

QVanquam multa tui monumenta BOCERE *laboris*
Ardua, multorum docta per ora volant:
Hæc quæ noſtra ferax in apricum protulit ætas,
Hauſta ex ingenij divite fonte tui:
Judice me tamen eſt Opus haud operoſius ullum,
Indicium ſtudij fervidioris habens;
Quàm quod in apricam præſente volumine lucem
Prodit, inexhauſti grande laboris opus.

Grande

Grande laboris opus: cui JURISDICTIO *jure*
Et caput, & finem, & nomen, & eſſe dedit.
Grande laboris opus. Nam quid, quotuplexq́; ſit illa,
Quot ſpecies eius, Jura quot, atq́; modi:
Omnia præclarè, præclarè ſingula, mirâ
Enucleas ſtudij dexteritate tui:
Et quod in egregiâ comprimis laude locandum,
Efficit atque tuum grande laboris opus,
Confutas ſolido quæq́; adverſaria niſu
Somnia ſeu nova ſint, ſeu quoq́; ſint vetera.
Hinc immortalis debetur gratia, lausq́;,
Mortali quamvis, Magne BOCERE, *tibi.*
Hinc te immortalem ſtudium immortale, decusq́;,
Mortalem quamvis, reddet honore pari.
O te felicem verè, vereq́; beatum,
Publica quem meritò Resq́; Salusq́; beant!
O nos felices ambos, queis publica cordi eſt
Commoda privato præpoſuiſſe bono!
Gratia ab ingrato licèt haud ſperabilis orbe:
Gratia utrumq́; tamen poſt pia fata manet.

Johannes Harpprechtus,
U. J. D. & Profeſſor
in Acad. Tubingenſi
Ordinarius.

In Tra-

In Tractatum
De Jurisdictione,
Viri Nobilis & Conſultiſſimi,
Dn.
HENRICI BO-
CERI, JCti MAGNI, ACA-
DEMIÆ TUBINGENSIS ANTECES-
ſoris meritiſſimi, Conſiliarii Würtemberg-
gici laudatiſſimi, nec non Duca-
lis Conſiſtorii Adſeſſoris
ampliſſimi,

Domini, Collegæ & Fautoris ſui debita obſervantia colendi.

NObilis, Interpres ſacrarum candide Legum,
Bocere, ætatis gloria rara tuæ;
Ut te Diva Themis tractantem vidit, amœnum,
Quem ſcribis magnâ dexteritate, librum:
In quo ſat doctè, quid Jurisdictio, pandis,
Et gemini juris tot loca pulchra notas:
Attonita en dixit; Nobis qui talia ſcripſit,
Par fuit ingenio, par fuit Arte mihi.

Samuel Banſovius, U. J. D.
& S. C. W. A. deproperabat.

CAPI-

CAPITUM HUJUS COMMENTARII. Elenchus.

I. *De iurisdictionis definitione & notatione.*

II. *De ſpeciebus iurisdictionis.*

III. *De ſpeciali iurisdictione, ubi de l. 3. verſ. Quod in danda. & verſ. ult. ff. de iurisdict.*

IV. *De mixto imperio.*

V. *De imperio mero.*

VI. *De propria & mandata iurisdictione.*

VII. *De iurisdictionis prorogatione.*

VIII. *Quibus modis iurisdictio acquiratur.*

IX. *De iurisdictionis ſubiecto.*

X. *De iuris remediis pro tuenda iurisdictione comparatis, & probatione tum iurisdictionis, tum poſſeſſionis eiusdem.*

XI. *Quibus modis iurisdictio alicuius finiatur.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

CUm omnis mea eò potiſſimum tendat mens, & cogitatio, ut jus noſtrum; cujus interpretandi munus ſuſtineo publicum, qualicunque meâ operâ perſpicuè tradam; maximè verò eas dilucidè explicem materias, quæ Reipubl. utiliter adminiſtrandæ rationem ſpectant, animum induxi meum, poſt alios ſtudio & labore meo editos tractatus, quendam etiam de nobiliſſima juriſdictionis materia concinnare commentarium.

Cæterùm quia difficilis eſt, & obſcura admodùm hæc juris noſtri pars, ac Interpretum erroribus imbuta variis, proindeque eo diligentiorem, & accuratiorem deſiderat explanationem; certum mihi eſt, quantum poſſum, in-

terpretationis lumine ita illuſtrare i-pſam, ut tum erroneas Doctorum etiam pragmaticorum commentationes ubique oſtendam, tum etiam ex ipſis legum fontibus ſanos intellectus hauriam, ac quæſtiones illuſtris argumenti hujus elegantes, & uſu frequentes ſuo quoque loco expediam.

Ne autem labyrintheis in hac per ſe intricata ſatis materia implicemur flexibus, ſed Theſei comitantia quaſi fila ſequi poſſimus, certam convenit proponi methodum, quam in contexendo legendoque hoc Commentario obſervare & animadvertere liceat.

Primùm & definiendo, & notando quid juriſdictio ſit exponetur: tum in ſpecies ipſa juriſdictio diſpertietur; quæ ſunt juriſdictio, ita in ſpecie dicta & imperium. Tum ſpecies juriſdictionis prima, ſimplicem quam vocant juriſdictionem, variis modis diſtinguetur, & explicabitur. Ubi de juriſdictione actionis, & negocii, quod eſt mixti imperii: de juriſdictione item voluntaria & contentioſa: de Ordinaria & extra-

extra Ordinaria, de Eccleſiaſtica, & Seculari: de allodiali & feudali: de ſimplicis querelæ & appellationis juriſdictione: & denique de communi & ſingulari juriſdictione perſpicuè tractabitur.

Pòſt ad alteram juriſdictionis ſpeciem tranſitus fiet, imperium ſcilicet, quod vel mixtum, vel merum eſt, ac peculiari capite primùm de mixto, deinde ſimiliter capite ſingulari de mero imperio inſtituetur diſputatio: Tum quoque de propriâ & mandatâ, itemque prorogatâ juriſdictione præceptiones tradentur utiles: tum etiam ſpeciali capite adquirendi juriſdictionem modi ſubjicientur, & explanabuntur.

Addetur poſtea caput aliud de juriſdictionis ſubjecto, ſive materia, in qua, & circa quam verſatur juriſdictio: deinde annectetur etiam Caput utiliſſimum de juris remediis, pro tuenda juriſdictione comparatis, & ejuſdem probatione.

Poſtremò amittendæ & finiendæ juriſdictionis modi ſubjungentur: Deus Opt. Max. inſtituto & conatui huic noſtro divinâ ſuâ gratiâ benignè adſit, & auxilium nobis paternè adjungat.

Caput I.

De iuriſdictionis definitione, & notatione.

Summaria.

1 Iuriſdictionis definitio, ejusque explicatio.
2 Genus juriſdictionis eſt poteſtas.
3 Quibuſdam juriſdictionis genus eſt notio, non poteſtas.
4 Specialis juriſdictionis genus eſt notio.
5 Iuriſdictionis forma eſt, jus conſtitutum negociis decernere.
6 Ius dicere eſt jus reddere, ſive negociis decernere.
7 Magiſtratus quando jus dicat.
8 Dare tutores an ſit jus dicere, ſive juriſdictionem exequi.
9 Affirmare, officium jus dicentis eſſe pupillis conſtituere tutores, at ſimul negare, ipſum conſtituere tutores, non eſſe jus dicere, ineptum eſt.
10 Argumentum à conjugatis non exiguam arguendi vim habet.
11 Lex in dubio ita intelligi debet, ut Rubricæ conveniat, ſive titulo, ſub quo ponitur reſpondeat.
12 Ridiculum eſt, & ſtultum de re quadam aliquid quærere, quod ad eam pertinet nihil.
13 Plura determinabilia æqualiter cenſentur, & determinantur.
14 L. Muto 6. § tutoris datio. ff. de tutelis, explicatur.
15 Ius dandi tutores ſolà lege datur, non jure Magiſtratus competit.
16 Iuriſdictio alia eſt ordinaria, quæ in libris juris noſtri ſpecialiter juriſdictio appellatur: alia verò extraordinaria.

17 Ex eo quòd poteſtas decernendi jus aliquod ſolâ lege datur, non ſequitur eam poteſtatem omnino non eſſe juriſdictionis.

18 Poteſtas condendi jus, ſive legis ferendæ, non eſt juriſdictionis.

19 Merum imperium non ſolum magiſtratui, ſed & privato competit jure Iuſtinianeo.

20 Poteſtas reſpondendi de jure tributa Iuriſdoctoribus, eorumque collegiis, ut & poteſtas cognoſcendi arbitris compromiſſariis conceſſa, nec non poteſtas dandi tutores parentibus permiſſa, & poteſtas judici pedaneo data, non eſt juriſdictio.

21 Iudicare & jus dicere, in jure ſunt diſparata.

22 Iuriſdictionis definitiones ab aliis traditæ proponuntur & examinantur.

23 Prætori duplex competebat poteſtas, edicto ſcil. jura proponendi, & ius dicendi.

24 Definitionis proprium, eſt dilucidè explicare & declarare quod per ſe eſt obſcurum.

25 Magiſtratus exequendo etiam jus dicit.

26 Notio non poteſt eſſe genus juriſdictionis, cùm tantùm cognoſcendi & judicandi, non etiam imperandi, exequendi & coërcendi poteſtatem ſignificet.

27 Iuriſdictio voluntaria abſque omni cauſæ cognitione expeditur.

28 Iuriſdictionis notatio, utrùm ſc. juriſdictionis nomen à iure & ditione: an verò à iure & dicendo deductum ſit.

29 Iuriſdictionis nomen, an in aliam quandoque tranſeat ſignificationem, ut quid aliud denotet, quàm ipſam poteſtatem dicendi, reddendi, decernendi ius conſtitutum.

30 L. Divus. 13. ff. ad leg. Cornel de falſ. explicatur.

31 Iuriſdictionis nomen quomodo in l. Nam ut ait Pedius 13 ff. de legib. ſumatur.

32 An iuriſdictionis nomen in l. 1. §. de qua. 10. verſ. an autem. ff. de poſtul. & l. 1. §. an autem. ff. de ſuſpect. tut. pro officio ius dicentis accipiatur.

33 Iuriſdictio prætoris in §. Sed hoc iure utimur Inſtit. de Attilia tutor. propriè non ſignificat officium prætoris.

34 An iuriſdictionis nomen interdum notionem denotet.

35 Iuriſdictionis nomine non ſignificari edictum prætoris
36 Intellectus l. quamvis. 11. ff. de in ius vocan.
37 Reſponſio ad l. 1. §. de qua verſ. an autem. ff. de poſtul.
38 Expoſitio l. poſtquam §. 1. ff. ut leg. ſer. cauſ. caveat.
39 Conciliatio l. ſtipulationum. 5 ff. de verb oblig.
40 Verus ſenſus §. ſed iſtæ. verſ. aliæ & §. pœnales. Inſtit. de Action
41 Iudex ordinarius ſive magiſtratus iudicando & ſententiam proferendo, an ius dicat & hoc modo iuriſdictionem exequatur.
42 Explicatio l. quidam conſulebat. 57. verſ. proinde ff. de re iudic.
43 Iura regalia, veluti poteſtas condendi leges generales, collectas imponendi generales, erigendi nova vectigalia, concedendi immunitatem, irrogandi privilegia, dandi ſalvaguardiam, &c an ſint iuriſdictionis nec ne.
44 Reſponſio ad l. 1. ff. de iuriſdict.

IN definiendâ juriſdictione mirum in modum ut variant, ita hallucinantur quoque juris noſtri interpretes, veteres & recentiores, ut ex ſequentibus planum fiet. Ego juriſdictionis definitionem hanc conſtituendam reor: Juriſdictio † eſt poteſtas jus conſtitu- 1
tum decernendi negociis, (vel exequendi in negociis) ad quæ pertinet, competens ei, qui aliis publicè præeſt, in res & perſonas eorundem. Generis † loco poteſtatis vocem po- 2
no, convenit enim ea, ut mero imperio, *l. 3. ff. de jurisdictione & l. ſolent. 6. ibi: gladij poteſtatem. ff. de officio Proconſul. l. unic. verſ. cum apud veteres. ff. de officio Præfecti Prætorio*, ſic & imperio mixto, *l. poteſtatis. 125. in princip. ubi Gœdd. num. 2. ff. de verbor. ſignificat. l. penult. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit.*

l. 1. §. *Neceſſariò ibi, non prætoria poteſtate. ff. Si vetris nomine muliere in poſſeſſionē miſſa;* &c. tum etiam juriſdictioni ſpeciali, quam ſimplicem vocant. *l. ultim. ff. de officio præfect. urb. l. Eum qui.* 13 §. 1. *ff. de juriſdictione.* Atque hoc genus placet quoque Accurſio, aliisque interpretibus antiquis, in l. 1. ff. d. tit. neque diſplicet Donell. *libr.* 17. *Commentar. cap.* 6. neque Coraſio *libr.* 3. *Miſcellan. capit.* 17. *num.* 1. neque Muſcorno, *tractat. de juriſdict. num.* 10. neque Duareno, *libr.* 1. *diſputat. anniverſar. capit.* 53. neque etiam Weſenbeccio *in Paratit. ff. de juriſdict. numer.* 3.

3 Cæterum Dominus Obrechtus inſignis Germaniæ Juriſconſultus, *in tractat. de juriſdict. cap.* 1. *num.* 19. & 27. & *diſputat. de juriſdict. theſ.* 88. alienum hoc judicat genus, idque ſoli mero tribuit imperio, & pro eo notionis nomen in definitione juriſdictionis ponit; ut & Scipio Gentilis *in Commentario de juriſdict. libr.* 1. *cap.* 1. Verùm non video, cur alienum hoc genus verè dici poſſit, cum ſpecialis quoque juriſdictio, & mixtum etiam Imperium poteſtatis verbo in jure noſtro contineantur, ut antea oſtendi. Quò accedit illud, quod ſpecialis juriſdictio etiam licentia à Juriſconſulto dicitur *in d. l.* 3. *in fin. ff. de juriſdict.* Si licentia, cur non etiam poteſtas? cum iſthæc Synonyma ſint.

Non ob-

Non obſtat, quod in eadem lege merum imperium appellatur ſimpliciter poteſtas. Nam rarum non eſt, ut generale verbum ſpeciei nomen aſſumat, ut ex vocabulo cognationis & adoptionis intelligimus. *l. 4. §. 1. & 2. ff. de gradib. cognat. & l. 2. ff. de adopt.* id quod κατ' ἐξοχὴν plerunque fieri ſolet, cum generalis dictio uni ſpeciei magis convenit, quàm alteri.

Notionis quod attinet nomen, jurisdictionis genus id eſſe nequit, ſiquidem genus tantùm ſit ſpecialis juriſdictionis, quæ in cognitione conſiſtit *d. l. Notionem. 99. in princip. ff. de verb. ſignif. & l. ait Prætor. 5. in princip. ff de re judic.* non etiam illius, quæ continetur ipſa coërcitione contumaciæ, vel maleficiorum, cum aliud ſit cognoſcere de cauſa aliqua, aliud re cognitâ reum dignâ pœnâ coërcere, quod poſterius tamen ſimiliter jurisdictionis eſt, ut infrà aperiam. 4

Quia verò poteſtates variæ ſunt, ut poteſtas condendi leges, & gubernandi imperium Romanum, quæ Principi competit ſupremo. *l. 1. in princip. ff. de conſtitut. §. ſed & quod Principi placuit. Inſtit. de jure naturali gent. & civil.* patria poteſtas, *tit. Inſt. & C. de patria poteſt.* poteſtas item dominica, *§ in poteſtate, Inſtit. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt,* & tutelaris poteſtas *§. Eſt autem, Inſtit. de tutelis,* ut ab his aliisq; poteſtatibus diſſeparemus poteſtatem, 5

quæ jurisdictione continetur, formam ſive ſpecificam differentiam addo ſequẽtibus definitionis verbis,& primùm dico,*JUS CONSTITUTUM DECERNENDI NEGOCIIS.* Ille enim jurisdictionẽ habere, & jurisdictionem exequi dicitur, qui jus à legislatore antea conditũ negociis decernit, *l. pen. ff.de iuſtit. & jur. & l. 2.§. poſt Originem. 13. ff. de Origin. jur.* priori loco prætor jus negociis decernere dicitur,quando jus anteà conſtitutum in negociis reddit; poſteriori loco, juridicundo qui præſunt, jura quoque decernere ſive reddere & regere dicuntur. *Per eos*, inquit Pomponius,*qui juridicundo præſunt,effectus rei accipitur. Quantũ eſt enim jus in civitate eſſe,niſi ſint,qui jura regere,ſive* (ut Cuiac.
6 ibid. legit)*reddere poſſint*Eſt igitur† jus dicere nihil aliud, quàm reddere ſive decernere jus anteà à legislatore conditum, ut etiam arguit Textus *in l. 3.* ibi, *qui alienam jurisdictionem exequitur, jus dicit, ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdict. l.meminiſſe.10.* ibi *debet jus dicere. ff. de offic. Proconſul. l. Senatusconſulto. 16.* ibi *jus dicatur,* item ibi, *ei jus dicendum. ff.de offic. Præfect. & l. Qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisd.* Quo loco Ulpian. *Qui* ait, *jurisdictioni praeſt, neq; ſibi jus dicere debet.*

7 Quod cùm ita ſit, magiſtratus etiam jus dicit, quando fiduciarium heredem inſtitutum cogit adire hæreditatem, eamque fideicommiſſario

miſſario reſtituere. *l. ille à quo. 13. §. pen. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* Dicit item jus, & juriſdictionem exequitur, quando præbet conſilium & autoritatem his, qui manumittunt, qui emancipant, qui adoptant, *l. 2. junct. l. meminiſſe. 10. ff. de offic. Proconſul.* Quando item dat bonorum poſſeſſionem, vel in poſſeſſionem mittit, aut pupillis tutores conſtituit, vel pedaneos dat judices litigantibus *l. 1. ff. de juriſdict. l. penult. §. ultim. ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſdict. Harmenopol. in Promptuario Juris Civilis, lib. 1. Tit. 4.* ubi expreſsè ſcribit, quod dare bonorum poſſeſſionem ſit ius dicere, & quod ipſa datio bonorum poſſeſſionis ſit iuriſdictionis, *per d. l. 1. ff. de jurisd.*

Non deſunt tamen, qui exiſtimant *dare tutores*, non eſſe *jus dicere, ſive juriſdictionem exequi per l. Muto 6. §. tutoris datio. ff. de tutelis.* Ubi Juriſconſultus Ulpian. *tutoris*, ait, *datio neq; imperij eſt, neq; juriſdictionis.* Verùm errori ſe implicant gravi, & perperam tueri opinionem ſuam ex proximè adductâ lege conantur. Juriſdictionis portio quod ſit poteſtas dandi tutores, liquet non modò ex *d. l. 1. ff. de juriſdict.* ſed etiam ex *d. l. meminiſſe. 10. ff. de offic. Proconſul.* Priori loco ius dicentis officio tribuitur quoque tutoris datio, quod cum fiat ſub Tit. de iuriſdictione, & quidem primo eius tituli capite ſive lege, quæ Rubricæ illi proximè ſubiecta eſt, non dubitandum, 8

quin

quin & tutoris datio ſit iurisdictionis. Poſteriori loco arguit text. quod Proconſulis officium ſit in Provincia ius dicere; ſed officio Proconſulis incumbit, & illud, ut pupillis tutores conſtituat proconſul. *l. penult. ff. de offic. Proconſul. & l. 1. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c.* Eſt ergo & tutoris datio iurisdictionis portio quædam, & ius dicit, qui pupillis Tutores ordinat. Idem evincitur etiam ex *l. ſi in alienam. 7. §. ult. ff. de offic. Proconſul.* ubi Proconſul pleniſſimam dicitur habere iurisdictionem, non eam tantùm, quæ alicui Ordinario magiſtratus jure competit, ſed & eam, quam quis extra ordinem ſingulari quadam ex lege habet. Cùm ergò Proconſul tutores conſtituendo jus dicat *l. penult. junct. d. l. meminiſſe. 10. ff. d. t.* certè jurisdictionem exequitur, quoties pupillis tutores conſtituit.

9 Ineptum eſt, quòd opinionis contrariæ authores & patroni ſcribunt, officium quidem jus dicentis eſſe, conſtituere pupillis tutorem, ſed ipſum conſtituere tutores, non eſſe jus dicere: Ineptum id eſſe aio. Qui enim ut jus dicens tutores pupillis conſtituit, is certè conſtituit eos vi jurisdictionis, quam habet, non, ut alius quispiam. Alioqui enim perperam diceretur tutores dare, ut jus dicens. Sub Titt. ff. de officio Præfecti urbi, de officio Prætorum, de officio Proconſulis, de officio Præfecti Auguſtalis, de officio Præſidis, enarrantur

rantur ſingulorum magiſtratuum huiuſmodi
officia,quæ exequuntur,ut Præfectus urbi, ut
Prætor, ut Proconſul, ut Præfectus Auguſta-
lis, ut Præſes,non ut alius quiſpiam,ſic etiam,
quod in *l. officium. 9. ff. de rei vindicat.* & ſub
Tit. Inſtit. de offic. judic. adſcribitur, & tribui-
tur judicis officio, id expedire iudicem opor-
tet; ut iudicem , non ut alium quenquam.
Quocirca Ulpian. JCtus quando in *d. l. 1. ff. de
jurisdiction.* officio ius dicentis tribuit quoq;
tutoris dationem, certè id velle intelligendus
eſt, quod ius dicens, quando tutores pupillis
conſtituit, id faciat, ut ius dicens, non ut alius
aliquis,& eius, ut ius dicentis, officio incum-
bat, tutores pupillis dare. Quod cùm ita ſit,
conſequens ei eſt, quod ipſum quoque dare
tutores ſit ius dicere,decernere,reddere,pro-
indeqúe jurisdictionem exequi. Id quod ul-
terius argumento † à Coniugatis probari po- 10
teſt, quod in jure noſtro non exiguam arguen-
di vim habet, ut docet Joannes à Reberteria
lib. 1. Topicor. juris: cap. 6. Coniugata ſunt,
*JUS DICENS, JUS DICERE, JURIS-
DICTIO.* Quicunq; ex poteſtate ſibi con-
ceſſa pupillis tutores dat, ille jus dicit, & jus
dicentis officium exercet, *d. l. 1. ff. de jurisd. l. 1.
ff. de tutoribus & curator. datis ab his, junct. d. l.
meminiſſe. 10 ff. de offic. Proconſulis.* Ergo dando
pupillis tutores jurisdictionem exequitur.

Accedit & hæc antea quadantenus indigi- 11
tata ra-

tata ratiocinatio: Lex in dubio intelligi debet, ut Rubricæ conveniat ſive titulo, ſub quo ponitur *argum. l. Imperator. 16. ubi Bartol. & aly. ff. de in diem addict. Everhard. in Topicis legalibus, in loco à Rubro, num. 6.* Cum ergò l. 1. ff. de Juriſdict. ſubiecta ſit illi Rubricæ ſive Titulo de Juriſdict. explicari debet tota de illis negociis, quæ Juriſdictioni ſunt ſubiecta. Proindéque cùm in ea lege agatur etiam de tutoris datione; conſequens ei eſt, quod & tutoris datio iuriſdictioni ſit ſubiecta.

12 Adhæc Ulpianus Juriſconſultus ſingulariter movet ac decidit quæſtionem, num Præſes Provinciæ ius dandi tutores mandare alii poſſit, *in l. Nec mandante. 8. in princip. ff. de tutoribus & curat. datis ab his, &c.* Quæſtio autem an magiſtratus, quę ſuarum ſunt partium, alii poſſit mandare, nécne? pertinet ad ea, quæ iuriſdictionis ſunt, *l. 1. & tot. tit. ff. de offic. eius, cui mandata eſt Juriſdict.* Quocirca & ipſe Ulpianus *in d. l. Nec mandante 8. in princip. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, &c.* haud obſcurè ſentit, quod & ipſa tutoris datio iuriſdictionis ſit. Ridiculum enim & ſtultum eſt, de quadam re quærere id, quod ad eam rem pertinet nihil *l. Domitius. 27. ff. Qui teſtamenta facer. poſſunt.*

13 Confert porrò eódem, quod in *d. l. 1. ff. de juriſdict.* inter ea, quæ iuriſdictionis ſunt exempla, tutoris quoque datio numeratur.

Meritò

Meritò igitur & tutoris datio iurisdictioni adponenda, cum plura determinabilia æqualiter cenſeri & determinari debeant, *l. 4. ubi Jaſon num. 10. & aliq. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſi legatarius. 8. §. fin. ubi Bartol ff. de legat. 3. l. in Teſtamento. 6. C. de teſtamento milit. l. 2. l. 4. l. ult. ubi Bartol. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Poſtremò cautum eſt iure noſtro, ut pupillis tutores dentur. Qui ergo pro ſua poteſtate publica hoc ius exequitur, & pupillis tutores conſtituit, is iurisdictionem exercet, ſiquidem iurisdictio in decernendo & reddendo iure conſiſtat, ut ſupra oſtendi.

Quod attinet *l. Muto. 6. §. tutoris datio. ff. de tutelis,* uti locus ille cum aliis iuris textibus, qui tutoris dationem iurisdictioni ſubiiciunt, in concordiam reduci debeat, non unum idemq; eſt omnium iudicium. Accurſ. ibidem interpretatur Ulpianum in hunc ſenſum, quod datio tutoris non tantùm iurisdictionis ſit, neq; imperii tantùm, ſed utriusque imperii ſcilicet, & iurisdictionis, proindeque mixti Imperii, à qua etiam ſententia alienus non eſt Duaren. *ad l. 3. ff. de jurisdict.* Verùm hæc interpretatio & falſa & ridicula eſt; tùm quia Jurisconſultus diſertè negat tutoris dationem iurisdictionis eſſe, cùm tamen ubi mixtum eſt Imperium, ibi reverâ iurisdictio quoque adſit, cùm huic illud ſemper cohæreat, *l. 1. in fin. & l. ult. ff. de offic. eius, cui mandata eſt* 14

data eſt juriſdict. & hæc illi ineſſe ſemper dicatur *l. 3. ff. de juriſdict.* tum etiam quia Juriſconſultus tutoris dationem adſcribit illi poteſtati, quæ nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis conſtitutione datur, cum tamen mixtum Imperium non deſideret ſpecialem ſui conceſſionem; ſed iuriſdictioni ſemper ipſo iure cohæreat; ut modò oſtendi; tùm poſtremò, quia tutoris datio ab eo, cui conceſſa eſt, alii mandari nequit, *d. l. Nec mandante. 8 in princip ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his qui jus dandi habent.* Mixtum verò imperium regulariter rectè mandatur alii. Quinimò mandata iuriſdictione cenſetur & mixtum imperium tacitè mandatum, & ſimul tranſlatum. *d. l. 1. in fin. & d. l. ult. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt juriſd.*

Hieronym. Muſcer. Tractat. de Juriſdict. num. 168. & 169. diſtinctione quadam hanc pugnam dirimendam iudicat. Mixto Imperio adſcribit tutoris dationem, cum maioribus competit magiſtratibus; iuriſdictioni verò eam apponit, ſi minoribus conceſſa ſit tutoris dandi poteſtas. Atqui ex iam dictis error huius opinionis ſatis ſuperque evincitur.

35 Plures alii interpretes; ut *Longovallius, Corſ. lib. 5. Miſcell. cap. 24. num. 1. Cuiac. ad l. 1. & l. 5. ff. de juriſdict. Anton. Govean. lib. 2. de juriſdict. num. 15. Weſenbec. ad §. 3. num. 4. Inſtit. & Atil. Tutor. Vulteius ad eund. tit. n. 4.*

rectè

rectè quidam affirmant, jus dandi tutores ſola lege dari, non jure magiſtratus competere. verùm hac ſententia nõ tollitur omninò propoſitæ quæſtionis difficultas, quæ ex *d. l. muto. 6. §. tutoris, ff. de tutelis,* obiicitur.

Sciendum autem, juriſdictionem aliã eſſe 16
ordinariam, ut quæ jure magiſtratus competit, abſq; lege ſpeciali, aliam verò extraordinariam, quæ non ex eo, quod magiſtratus quis eſt, competit ei, ſed quòd nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis conſtitutione conceſſa eſt, & concedi ſolet, *l. ſi in alium. 7. §. ult. ff. de offic. Proconſul. & l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſdict.*

Et quia prioris generis juriſdictionẽ magiſtratus ſuo jure habet, non beneficio legis ſpecialis. *l. more. 5. ff. de juriſd.* Idcirco in libris noſtri juris ſpecialiter juriſdictio appellatur *in d. l. muto. 6. §. tutoris. ff. de tutel. l. Eaq; 26. in prin. ff. ad Municipal. l. 4. ff. de juriſdict.*

Ex eo, quòd poteſtas decernendi jus aliquod ſola lege datur, non ſequitur, eam poteſtatem omnino non eſſe juriſdictionis. Nam poteſtas cognoſcẽdi publico de crimine, licèt ſola lege detur, nihilominus tamen iuriſdictionis eſſe dicitur. *In l. 1. in pr. ff. de offic. eius cui mandata eſt juriſdict.* diſertè diſtinguitur inter iuriſdictionem, quam quis ſuo iure habet, ut magiſtratus, & eam iuriſdictionẽ, quam quis habet alieno beneficio, putà legis, SCti, vel 17

Principis, aut magiſtratus: utraq; tamen dicitur ibidem expreſsè juriſdictio. Poteſtas cognoſcendi ſuper tranſactione de alimentis teſtamento relictis, quamvis ſola lege detur, attamen juriſdictio appellatur *in l. Cum hi. 8. §. Sed nec mandare, 18. ff. de tranſact.* Poteſtas item dandi judicem ſpecialem ſola lege tribuitur, non jure magiſtratus competit, *l. cùm Prætor. 12. §. 1. ff. de judiciis*, vocatur tamen expreſsè juriſdictio *in l. 3. in fine. ff. de Juriſdict.* Quando igitur *Ulpianus Juriſconſultus in d. l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis, tutoris*, ait, *datio, neq; imperij eſt, neq; Juriſdictionis*, pronunciatum illud intelligi debet de ordinaria iuriſdictione, quę iure magiſtratus competit, non de extraordinaria, quæ vel lege, vel Senatuſc onſulto, vel Principis placito datur, ut etiam ſequentia ibidem verba confeſtim ſubiecta abundè teſtantur, hæc ſcilicet: *Sed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatuſconſultum, vel Princeps.* Et denique poteſtas præſtandi autoritatem manu mittentibus, adoptantibus, emancipantibus non iure magiſtratus competit, ſed nominatim lege datur, *§. Eadem lege Inſtit. quibus ex cauſis manumitt. non licet, & l. 4. ff. de adopt. & emancipat. & l. 3. junct. l. præcedent. ff. de offic. Proconſul. & l. 2. C. de offic. eius, qui vicem alicuius jud. vel Præſidis obtinet.* Nihilominus tamen iuriſdictionis eſſe dicitur *in l. 2. ff. d. tit.*

Eſt igi-

Eſt igitur iuriſdictionis & tutoris datio, quæ fit ab eo, cui hæc nominatim data eſt poteſtas: ut & omnis alia poteſtas iuriſdictio eſt, quæ in iure prius conſtituto in negociis exequendo conſiſtit.

Unde & illud patet, poteſtatem condendi ius, ſive legis ferendæ non eſſe iuriſdictionis, id quod contra Eguinarium Baronem ſentit etiam *Anton. Goveanus lib.1. de jurisdict. nu.8.* Cùm, ait, edictum perpetuæ iuriſdictionis causâ proponit Prætor, ius tibi dicere videtur, mihi autem edicere, non ius dicere: ius dicere tum, cum ius reddit poſtulantibus, decernit, fatur. Jus mihi magis dicere videtur, cum in ſingulorum cauſis ius decernit. Edicit, qui quod ius dicturus eſt, ſuo anno proponit: dicit ius, qui decernit, redditq; poſtulantibus. *Hæc Goveanus.* 18

Subiicio in definitione: [*Ad quæ pertinet.*] Cùm enim in cauſa ſive negocio ius poſitum ſit. *l. ſi ex plagis. 52. §. In Clivo. 2. ff. ad leg. Aquil.* pro qualitate & ratione cauſæ, negocii ſive facti, aliud atque aliud ius reddendum eſt. *l. ut reſponſum. 15. Codic. de tranſactionib.* Addo poſtea, *competens ei, qui aliis publicè præeſt.* Quibus verbis cumprimis magiſtratum ſignifico Ordinarium. Hic enim aliis, ſubditis ſcilicet ſuis, publicè præeſt, quibus ius reddit, atq; ita iuriſdictionem exequitur *l. 2. §. poſt Originem. 13. ff. de Jurisd.* Præſunt aliis & alii non-

alii nonnulli, qui magiſtratus proprii & ordinarii non ſunt, ut Præfectus vigilum, & Præfectus annonæ, *d.l.2. §.& hæc omnia. 33. ff.d.tit.* attamen & hi extra ordinem jus dicunt, reddunt, decernunt, etiam in criminalibus. *l. 2. in fin l. 3 §. cognoſcit Præfectus vigilum. ff. de officio Præfecti vigilum, & l. 2. in fin. l. ult. §. ult. ff. d. l. Julia de Annona l. Mulierem. 13. Tit. de accuſat. Donell. lib. 17. commentar. c. 7. & c. 23.* Et
19 merum † imperium non ſolum magiſtratui competit iure Juſtinianeo, ſed & privato, qui judex quæſtionis dicitur. *l. 1. in princ.* ibi, *Cum magiſtratus eſſet, publicóve judicio præeſſet, & §. 1. Magiſtratus judéxve quæſtionis, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. ſi Præſes. 32.* ibi, *Præſes vel Judex. ff. de pœn. l. 1. in princ.* ibi *is, cui obtigerit exercitio, ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdict. Cuiac. lib 21 obſ. c 30.* Quia tamen & hic ratione publici iudicii aliis præeſt, quibus in causa criminali jus dicit, cõprehenditur quoq; juriſdictio ipſius propoſita definitione noſtra.

20 Atq; hoc definitionis membro diſtinguitur juriſdictio à poteſtate reſpondẽdi de iure, quæ Jurisdoctoribus & eorum Collegiis tributa eſt: cuiuſmodi poteſtas non eſt juriſdictio, quãvis JCti, & collegia ipſorum in controverſis cauſis iura conſulentibus reddant, cum reſpondeant de jure etiam illis, quibus publicè non præſunt, proindeq; eorum deciſiones & reſponſa autoritatẽ rei iudicatæ non præbeãt.

Separa-

Separatur eodem hoc definitionis membro à iuriſdictione poteſtas cognoſcendi de partium controverſia arbitris compromiſſariis conceſſa, quæ certè iuriſdictio non eſt, ut ſentit etiam *Andreas Knichen Tractat. de veſtiturar. pactionibus, c.1.n.89*. Tum etiam poteſtas dandi tutores parentibus iure permiſſa, cùm hi publicè non præſint liberis ſuis, ſed privatim duntaxat. Et deniq; poteſtas cognoſcendi litigatorum de controverſia Judici pedaneo data, qui iuriſdictionem non habet, ſed habet tantum cauſæ cognitionem, *l. Au Prætor. 5. in pr. ubi Dd. ff. de re judic.* Iudex hic iudicat quidem, at ius †non dicit, iudicare & ius 21 dicere diſparata ſunt in iure noſtro, *l. Quidam, 57.* ibi; *Si minor Prætor ſive Conſul jus dixerit, ſententiamve protulerit, ff. dict. titul. & Rub. Cod. Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus dicat.* Ipſe magiſtratus, qui Pedaneum iudicem cognoſcendis cauſis præficit, ius in iiſdem cauſis dicit, quando ei formulam, quid iudicare debeat, præſcribit; Judex verò pedaneus ſaltem de ipſo facto, de cauſa, ſive negocio cognoſcit. Quod ſi invenerit illud ita comparatum, ut litigator intendit, pronunciat, & iudicat ſecundum formulam à magiſtratu præſcriptam; *Hug. Donellus. in l. unic. num. 18. C. uti Poſſid. Duarenus libro 1. Diſputation. anniverſariarum. cap. 53. & in Apologia adverſus Eguinarium Baronem. Anton. Govean.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Govean. ad leg. 1. num. 1. 2. & 3. Digeſt. de Juriſdict.

Quod attinet ultimum definitionis membrum: *In res & Perſonas earundem.* Significamus eo ſubiectum iuriſdictionis, circa quod Juriſdictio verſatur, de quo infra tractatur c. antepenult.

22 Videamus nunc & expendamus iuriſdictionis definitiones ab aliis interpretibus traditas. Gloſſa & eam ſecuti Dd. *in d. l. 1. ff. de Juriſdict. & Novell. 15. cap. 1. §. jusjurandum,* iuriſdictionem in hæc definiunt verba: Juriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ. Genus, *poteſtas*, placet, quamvis Dno. Obrechto diſpliceat, ut ſupra oſtendi. Appoſita autem verba, *de publico introducta*, non probo. Nam & tutelaris, & patria, & dominica poteſtas, de iure publico introducta eſt, quamvis privata ſit. Rectius dixiſſent Gloſſa & Dd. *poteſtas publica*, ad differentiam dominicæ, patriæ & tutelaris poteſtatis. Adhæc non omnis Juriſdictio, iure publico, puta lege, Senatuſconſulto, vel Principis placito conſtituitur, ſed & præſcriptione acquiritur, ut infra ſuo loco oſtendam. Deinde verba: *cum neceſſitate*, ſuperflua videri poſſunt, propter ſequentia verba, *Juriſdicendi*. Cui enim data eſt iuriſdictio, is neceſſariò exequi eam tenetur, ut & Dominus Obrechtus

rectè ſcribit, *Tractat. de juriſdiction. cap. 1. num. 28. & Diſputat. de juriſdict. theſi 89.* Denique poſtrema definitionis illius verba, *Et æquitatis ſtatuendæ,* non diſcriminant iuriſdictionem à legislatione. Dicitur quidem & magiſtratus ſtatuere æquitatem, quando ius dicit æquum, antea conſtitutum, *l. 1. & tot. Tit. ff. Quod quiſq; juris in alium ſtatuerit. l. pronunciatum. 46. ff. de verb. ſignific. & in l. 2.* ibi *Proconſul, quod optimum putaverit, ſtatuerit, ff. Quis à quo appelletur,* verum & legislator æquitatem ſtatuere dicitur, quando æquum ius condit, ſive conſtituit, *ut arguit. l. 3. §. Divus,* ibi, *Imperialia ſtatuta, Digeſt. de ſepulchro violat. leg. 3.* ibi, *ſtatutis generalibus juſſimus. Codic. de ſententiis ex periculo recitand. l. un. Codic. de Senatusconſultis, c. 1. Tit. de renuntiatione. in 6. c. ſtatutum. Tit. de præbend. in 6.*

Atqui ius non dicit legislator condendo ſive ſanciendo leges. Prætor quidem poteſtatem quoque habuit condendi ſive introducendi iura, *l. jus autem. 7. §. 1. ff. de juſtit. & jur.* Sed ea poteſtas alia eſt à iuriſdictione. Nec obſtat, quod pro ſua iuriſdictione edicta propoſuiſſe dicitur Prætor. Id enim non hunc habet ſenſum, quaſi Prætor vi iuriſdictionis ſuæ edicta propoſuerit, ſed quod ius edictis ſuis propoſitum negociis ſuæ iuriſdictionis

23 reddere ac decernere velit. Prætori † duplex cõpetebat poteſtas, edicto ſcilicet proponendi jura & jus dicendi. Id quod agnoſcit etiam *Goveanus d. lib 1. de juriſdict. nu. 8.* ubi ſcribit, quod Prætor, cum edictum perpetuæ iuriſdictionis causâ proponit, edicat quidem, at jus non dicat.

Alii aliter juriſdictionem definiunt, *Muſcor. tract. de juriſdict. num. 10.* ſic poſſe eam definiri commodè putat: *Juriſdictio eſt poteſtas ad jus dicendum.* Eguinarius Baro in ſuo de juriſdictione libro his definit verbis: *Juriſdictio eſt publica juriſdicundi poteſtas.* Cui definitioni abſimilis non eſt definitio *Vigly Zuvihemi ad § Præterea teſtamentum, n. 6. Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, hæc ſcilicet: *Juriſdictio eſt juris dicendi licentia ſive poteſtas.*

Atq; hæ & aliæ ſimiles juriſdictionis definitiones perfectæ videri poſſunt illi, qui quid ſit *Jus dicere*, non ignorat. Verbis enim hiſce ipſa iuriſdictionis forma ſive differentia ſpecifica verè exprimitur. *l. 1. § an autem ff. de ſuſpect. tutorib. cum ſimilib.* Sed quia tam obſcurum multis videri poteſt, quid ſit, *jus dicere*, quàm quid Juriſdictio ſit: Definitionis autem
24 propriũ † ſit, dilucidè explicare, & declarare, quod per ſe obſcurum eſt, reiiciunt huiuſmodi definitiones *Anton. Goveanus lib 1. de juriſdict. n. 8. & lib. 2. in princ. n. 58. & Dn Obrechtus*

Tractat.

tractat. de juriſdict. cap. 1. num. 29. & ſequentibus, & diſputat. de juriſdict. theſi 90. 91. & 93. Et rejiciendæ videntur ex hac quoque ratione, quod idem per idem declarant.

Donell. lib. 27. Commentar. ad l. Ait prætor 5. ff. de re judicat. paulò aliter juriſdictionem definit, in hæc nempe verba *Juriſdictio eſt poteſtas juriſdicendi, ſtatuendive pro imperio.* At quia † poteſtas juriſdicendi ipſa eſt 25
juriſdictio, & omnem juriſdictionis vim continet; ſiquidem juriſdictio & jus dicere conjugata ſint, ſuperflua meritò dicuntur cætera definitionis verba, *Statuendive pro imperio*; quippe cum magiſtratus & tunc jus dicat, quando quid pro imperio ſtatuit, putà quando id, quod cognovit, etiam exequitur remediis illis, quæ jus dicenti adverſus inobedientes ſunt tributa: quam exequendi poteſtatem poſtremis illis definitionis propoſitæ verbis Donellus ibidem ſignificat.

Quod autem magiſtratus etiam exequendo jus dicat, idem agnoſcit Donellus eo ipſo, quod in propoſitâ definitione ipſi juriſdictioni ſubjicit quoque ſtatuendi pro imperio poteſtatem. Et quando *lib. 17. Commentar. cap. 6. pag. 17. & cap. 8. pag. 28.* Juriſdictionis eſſe affirmat, id dicere ac facere, quod jus eſt, hoc eſt, decernere & reddere aliquo in negocio jus conſtitutum, ſive expedire quod jus eſt.

Goveanus lib. 1. de juriſdict. in princ. num. 59.

data eſt juriſdict. & hæc illi ineſſe ſemper dicatur *l. 3. ff. de juriſdict.* tum etiam quia Juriſconſultus tutoris dationem adſcribit illi poteſtati, quæ nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis conſtitutione datur, cùm tamen mixtum Imperium non deſideret ſpecialem ſui conceſſionem; ſed iuriſdictioni ſemper ipſo iure cohæreat; ut modò oſtendi; tùm poſtremò, quia tutoris datio ab eo, cui conceſſa eſt, alii mandari nequit, *d. l. Nec mandante. 8 in princip. ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his. qui jus dandi habent.* Mixtum verò imperium regulariter rectè mandatur alii; Quinimò mandâta iuriſdictionē cenſetur & mixtum imperium tacitè mandatum, & ſimul tranſlatum. *d. l. 1. in fin. & d. l. ult. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt jurisd.*

Hieronym. Muſcer. Tractat. de Juriſdict. num. 168. & 169. diſtinctione quadam hanc pugnam dirimendam iudicat. Mixto Imperio adſcribit tutoris dationem, cum maioribus competit magiſtratibus; iuriſdictioni verò eam apponit, ſi minoribus conceſſa ſit tutoris dandi poteſtas. Atqui ex iam dictis error huius opinionis ſatis ſuperque evincitur.

35 Plures alii interpretes; ut *Longovallius, Corcſ. lib. 5. Miſcell. cap. 24. num. 1. Cuiac. ad l. 1. & l. 5. ff. de juriſdict. Anton. Govean. lib. 2. de juriſdict. num. 15. Weſenbec. ad §. 3. num. 4. Inſtit. & Attil. Tutor. Vulteius ad eund. tit. n. 4.* rectè

rectè quidam affirmant, jus dandi tutores ſo-
la lege dari, non jure magiſtratus competere.
verùm hac ſententia nõ tollitur omninò pro-
poſitæ quæſtionis difficultas, quæ ex *d. l. muto.
. §. tutoris, ff. de tutelis,* obiicitur.

Sciendum autem, juriſdictionem aliã eſſe 16
ordinariam, ut quæ jure magiſtratus compe-
it, abſq; lege ſpeciali, aliam verò extraordi-
nariam, quæ non ex eo, quod magiſtratus quis
ſt, competit ei, ſed quòd nominatim lege, vel
enatuſconſulto, vel Principis conſtitutione
onceſſa eſt, & concedi ſolet, *l. ſi in alium 7. §.
lt. ff. de offic. Proconſul. & l. 1. in princ. ff. de offic.
ius, cui mand. eſt Jurisdict.*

Et quia prioris generis juriſdictionẽ magi-
ratus ſuo jure habet, non beneficio legis ſpe-
alis. *l. more. 5. ff. de jurisd.* Idcirco in libris no-
ri juris ſpecialiter juriſdictio appellatur *in d.
muto. 6. §. tutoris. ff. de tutel. l. Eaq; 26. in prin.
ad Municipal. l. 4. ff. de jurisdict.*

Ex eo, quòd poteſtas decernendi jus ali- 17
uod ſola lege datur, non ſequitur, eam pote-
tem omnino non eſſe juriſdictionis. Nam
teſtas cognoſcẽdi publico de crimine, licèt
la lege detur, nihilominus tamen iuriſdi-
ionis eſſe dicitur. *In l. 1. in pr. ff. de offic. eius cui
andata eſt Jurisdict.* diſertè diſtinguitur inter
isdictionem, quam quis ſuo iure habet, ut
agiſtratus, & eam iuriſdictionẽ, quam quis
bet alieno beneficio, putà legis, SCti, vel

Principis, aut magiſtratus: utraq; tamen dicitur ibidem expreſsè juriſdictio. Poteſtas cognoſcendi ſuper tranſactione de alimentis teſtamento relictis, quamvis ſola lege detur, attamen juriſdictio appellatur *in l. Cum hi. 8. §. Sed nec mandare, 18. ff. de tranſact.* Poteſtas item dandi judicem ſpecialem ſola lege tribuitur, non jure magiſtratus competit, *l. cùm Prætor. 12. §. 1. ff. de judiciis*, vocatur tamen expreſsè juriſdictio *in l. 3. in fine. ff. de Juriſdict.* Quando igitur *Vlpianus Juriſconſultus in d. l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis, tutoris*, ait, *datio, neq; imperij eſt, neq; Juriſdictionis*, pronunciatum illud intelligi debet de ordinaria iuriſdictione, quę iure magiſtratus competit, non de extraordinaria, quæ vel lege, vel Senatuſc onſulto, vel Principis placito datur, ut etiam ſequentia ibidem verba confeſtim ſubiecta abundè teſtantur, hæc ſcilicet: *Sed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatuſconſultum, vel Princeps.* Et denique poteſtas præſtandi autoritatem manu mittentibus, adoptantibus, emancipantibus non iure magiſtratus competit, ſed nominatim lege datur, *§. Eadem lege Inſtit. quibus ex cauſis manumitt. non licet, & l. 4. ff. de adopt. & emancipat. & l. 3. junct. l. præcedent. ff. de offic. Proconſul. & l. 2. C. de offic. eius, qui vicem alicuius jud. vel Præſidis obtinet.* Nihilominus tamen iuriſdictionis eſſe dicitur *in l. 2. ff. d. tit.*

Eſt igi-

Eſt igitur iuriſdictionis & tutoris datio, quæ fit ab eo, cui hæc nominatim data eſt poteſtas: ut & omnis alia poteſtas iuriſdictio eſt, quæ in iure prius conſtituto in negociis exequendo conſiſtit.

Unde & illud patet, poteſtatem condendi 18 ius, ſive legis ferendæ non eſſe iuriſdictionis, id quod contra Eguinarium Baronem ſentit etiam *Anton. Goveanus lib. 1. de jurisdict. nu. 8.* Cùm, ait, edictum perpetuæ iuriſdictionis causâ proponit Prætor, ius tibi dicere videtur, mihi autem edicere, non ius dicere: ius dicere tum, cum ius reddit poſtulantibus, decernit, fatur. Jus mihi magis dicere videtur, cum in ſingulorum cauſis ius decernit. Edicit, qui quod ius dicturus eſt, ſuo anno proponit: dicit ius, qui decernit, redditq; poſtulantibus. *Hæc Goveanus.*

Subiicio in definitione: [*Ad quæ pertinet.*] Cùm enim in cauſa ſive negocio ius poſitum ſit. *l. ſi ex plagis. 52. §. In Clivo. 2. ff. ad leg. Aquil.* pro qualitate & ratione cauſæ, negocii ſive facti, aliud atque aliud ius reddendum eſt. *l. ut reſponſum. 15. Codic. de tranſactionib.* Addo poſtea, *competens ei, qui aliis publicè præeſt.* Quibus verbis cumprimis magiſtratum ſignifico Ordinarium. Hic enim aliis, ſubditis ſcilicet ſuis, publicè præeſt, quibus ius reddit, atq; ita iuriſdictionem exequitur *l. 2. §. poſt Originem. 13. ff. de Jurisd.* Præſunt aliis &

 alii non-

alii nonnulli, qui magiſtratus proprii & ordinarii non ſunt, ut Præfectus vigilum, & Præfectus annonæ, *d.l.2. §.& hæc omnia. 33 ff.d.tit.* attamen & hi extra ordinem jus dicunt, reddunt, decernunt, etiam in criminalibus. *l. 2. in fin l.3 §. cognoſcit Præfectus vigilum ff. de officio Præfecti vigilum, & l. 2. in fin. l. ult. §. ult. ff. d. l. Julia de Annona l. Mulierem. 13 Tit. de accuſat. Donell. lib.17. commentar. c.7. & c.23.* Et
19 merum † imperium non ſolum magiſtratui competit iure Juſtinianeo, ſed & privato, qui judex quæſtionis dicitur. *l. 1. in princ.* ibi, *Cum magiſtratus eſſet, publicéve judicio præeſſet, & §.1. Magiſtratus judéxve quæſtionis, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. ſi Præſes. 32.* ibi, *Præſes vel Judex. ff. de pœn. l. 1. in princ.* ibi *is, cui obtigerit exercitio, ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdict. Cuiac. lib 21 obſ. c 30.* Quia tamen & hic ratione publici iudicii aliis præeſt, quibus in cauſa criminali jus dicit, cōprehenditur quoq; juriſdictio ipſius propoſita definitione noſtra.
20 Atq; hoc definitionis membro diſtinguitur juriſdictio à poteſtate reſpondēdi de iure, quæ Jurisdoctoribus & eorum Collegiis tributa eſt: cuiuſmodi poteſtas non eſt juriſdictio, quāvis JCti, & collegia ipſorum in controverſis cauſis iura conſulentibus reddant, cum reſpondeant de jure etiam illis, quibus publicè non præſunt, proindeq; eorum deciſiones & reſponſa autoritatē rei iudicatæ non præbeāt.

Separa-

Separatur eodem hoc definitionis membro à iuriſdictione poteſtas cognoſcendi de partium controverſia arbitris compromiſſariis conceſſa, quæ certè iuriſdictio non eſt, ut ſentit etiam *Andreas Knichen Tractat. de veſtiturar. pactionibus, c.1.n.89.* Tum etiam poteſtas dandi tutores parentibus iure permiſſa, cùm hi publicè non præſint liberis ſuis, ſed privatim duntaxat. Et deniq; poteſtas cognoſcendi litigatorum de controverſia Judici pedaneo data, qui iuriſdictionem non habet, ſed habet tantum cauſæ cognitionem, *l. Au Prætor. 5. in pr. ubi Dd. ff. de re judic.* Iudex hic iudicat quidem, at ius †non dicit, iudicare & ius dicere diſparata ſunt in iure noſtro, *l. Quidam. 57.* ibi, *Si minor Prætor ſive Conſul jus dixerit, ſententiamve protulerit, ff. dict. titul. & Rub. Cod. Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus dicat.* Ipſe magiſtratus, qui Pedaneum iudicem cognoſcendis cauſis præficit, ius in iiſdem cauſis dicit, quando ei formulam, quid iudicare debeat, præſcribit: Judex verò pedaneus ſaltem de ipſo facto, de cauſa, ſive negocio cognoſcit. Quod ſi invenerit illud ita comparatum, ut litigator intendit, pronunciat, & iudicat ſecundum formulam à magiſtratu præſcriptam, *Hug. Donellus. in l. unic. num. 18.. C. uti Poſſid. Duarenus libro 1.. Diſputation. anniverſariarum. cap. 53. & in Apologia adverſus Eguinarium Baronem. Anton.* 21

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Govean. ad leg. 1. num. 1. 2. & 3. Digeſt. de Juriſdict.

Quod attinet ultimum definitionis membrum: *In res & Perſonas eorundem.* Significamus eo ſubiectum iuriſdictionis, circa quod Juriſdictio verſatur, de quo infra tractatur c. antepenult.

22 Videamus nunc & expendamus iuriſdictionis definitiones ab aliis interpretibus traditas. Gloſſa & eam ſecuti Dd. *in d. l. 1. ff. de Juriſdict. & Novell. 15. cap. 1. §. jusjurandum*, iuriſdictionem in hæc definiunt verba: Juriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ. Genus, *poteſtas*, placet, quamvis Dno. Obrechto diſpliceat, ut ſupra oſtendi. Appoſita autem verba, *de publico introducta*, non probo. Nam & tutelaris, & patria, & dominica poteſtas, de iure publico introducta eſt, quamvis privata ſit. Rectius dixiſſent Gloſſa & Dd. *poteſtas publica*, ad differentiam dominicæ, patriæ & tutelaris poteſtatis. Adhæc non omnis Juriſdictio, iure publico, puta lege, Senatuſconſulto, vel Principis placito conſtituitur, ſed & præſcriptione acquiritur, ut infra ſuo loco oſtendam. Deinde verba: *cum neceſſitate*, ſuperflua videri poſſunt, propter ſequentia verba, *Juriſdicendi*. Cui enim data eſt iuriſdictio, is neceſſariò exequi eam tenetur, ut & Dominus Obrechtus

rectè

rectè ſcribit, *Tractat. de jurisdiction. cap. 1. num. 28. & Diſputat. de jurisdict. theſi 89.* Denique poſtrema definitionis illius verba, *Et æquitatis ſtatuendæ*, non diſcriminant iuriſdictionem à legislatione. Dicitur quidem & magiſtratus ſtatuere æquitatem, quando ius dicit æquum, antea conſtitutum, *l. 1. & tot. Tit. ff. Quod quisq; juris in alium ſtatuerit. l. pronunciatum. 46. ff. de verb. ſignific. & in l. 2.* ibi *Proconſul, quod optimum putaverit, ſtatuerit, ff. Quis à quo appelletur*, verum & legislator æquitatem ſtatuere dicitur, quando æquum ius condit, ſive conſtituit, *ut arguit l. 3. §. Divus*, ibi; *Imperialia ſtatuta, Digeſt. de ſepulchro violat. leg. 3.* ibi, *ſtatutis generalibus juſſimus. Codic. de ſententiis ex periculo recitand. l. un. Codic. de Senatusconſultis, c. 1. Tit. de renuntiatione: in 6. c. ſtatutum. Tit. de præbend. in 6.*

Atqui ius non dicit legislator condendo ſive ſanciendo leges. Prætor quidem poteſtatem quoque habuit condendi ſive introducendi iura, *l. jus autem 7. §. 1. ff. de juſtit. & jur.* Sed ea poteſtas alia eſt à iuriſdictione. Nec obſtat, quod pro ſua iuriſdictione edicta propoſuiſſe dicitur Prætor. Id enim non hunc habet ſenſum, quaſi Prætor vi iuriſdictionis ſuæ edicta propoſuerit, ſed quod ius edictis ſuis propoſitum negociis ſuæ iuriſdictionis

23 reddere ac decernere velit. Prætori † duplex cōpetebat poteſtas, edicto ſcilicet proponendi jura & jus dicendi. Id quod agnoſcit etiam *Goveanus d. lib 1. de jurisdict. nu. 8.* ubi ſcribit, quod Prætor, cum edictum perpetuæ iuriſdictionis causâ proponit, edicat quidem, at jus non dicat.

Alii aliter juriſdictionem definiunt, *Muſcor. tract. de jurisdict. num. 10.* ſic poſſe eam definiri commodè putat: *Jurisdictio eſt poteſtas ad jus dicendum.* Eguinarius Baro in ſuo de juriſdictione libro his definit verbis: *Jurisdictio eſt publica jurisdicendi poteſtas.* Cui definitioni abſimilis non eſt definitio *Vigly Zvvihemi ad § Præterea teſtamentum, n. 6. Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, hæc ſcilicet: *Juriſdictio eſt juris dicendi licentia ſive poteſtas.*

Atq; hæ & alię ſimiles juriſdictionis definitiones perfectæ videri poſſunt illi, qui quid ſit *Jus dicere*, non ignorat. Verbis enim hiſce ipſa iuriſdictionis forma ſive differentia ſpecifica verè exprimitur. *l. 1. § an autem ff. de ſuſpect. tutorib. cum ſimilib.* Sed quia tam obſcurum multis videri poteſt, quid ſit, *jus dicere*, quàm quid Juriſdictio ſit: Definitionis autem
24 propriū † ſit, dilucidè explicare, & declarare, quod per ſe obſcurum eſt, reiiciunt huiuſmodi definitiones *Anton. Goveanus lib 1. de jurisdict. n. 8. & lib. 2. in princ. n 58. & Dn Obrechtus*

Digitized by Google

tractat. de juriſdict. cap. 1. num. 29. & ſequentibus, & diſputat. de juriſdict. theſi 90. 91. & 93. Et rejiciendæ videntur ex hac quoque ratione, quod idem per idem declarant.

Donell. lib. 27. Commentar. ad l. Ait prætor 5. ff. de re judicat. paulò aliter jurisdictionem definit, in hæc nempe verba: *Iurisdictio eſt poteſtas jurisdicendi; ſtatuendive pro imperio.* At quia † poteſtas jurisdicendi ipſa eſt 25 jurisdictio, & omnem juriſdictionis vim continet; ſiquidem juriſdictio & jus dicere conjugata ſint, ſuperflua meritò dicuntur cætera definitionis verba, *Statuendive pro imperio;* quippe cum magiſtratus & tunc jus dicat, quando quid pro imperio ſtatuit, putà quando id, quod cognovit, etiam exequitur remediis illis, quæ jus dicenti adverſus inobedientes ſunt tributa: quam exequendi poteſtatem poſtremis illis definitionis propoſitæ verbis Donellus ibidem ſignificat.

Quod autem magiſtratus etiam exequendo jus dicat, idem agnoſcit Donellus eo ipſo, quod in propoſitâ definitione ipſi juriſdictioni ſubjicit quoque ſtatuendi pro imperio poteſtatem. Et quando *lib. 17. Commentar. cap. 6. pag. 17. & cap. 8. pag. 28.* Juriſdictionis eſſe affirmat, id dicere ac facere, quod jus eſt, hoc eſt, decernere & reddere aliquo in negocio jus conſtitutum, ſive expedire quod jus eſt.

Goveanus lib. 1. de juriſdict. in princ. num. 59.

B 5 hanc

hanc iuriſdictionis tradit definitionem: *Iuriſdictio eſt poteſtas publica ſtatuendi de civili, vel criminali negocio.* Quæ definitio planè vitioſa eſt; tum quia (ut & ſuprà monui.) Verbum, *ſtatuere*, non modò jus dicendi, ſed & legis ferendæ poteſtatem habenti convenit; tum quia licet verbum hoc acciperetur de poteſtate jus dicentis; attamen non exprimitur in definitione forma, quæ jus condendæ legis diſcriminet à poteſtate jus conſtitutum negociis decernendi: Tum poſtremò, quia publica poteſtas ea eſt, quæ publicè omnibus patet. Quædam autem juriſdictio non eſt eiuſmodi, ut eſt juriſdictio Procuratoris Cæſaris, quæ publicè non omnibus patet, ut arguit *l. 3. C. de modo multar.*

Dominus Obrechtus tractat. de juriſdict. cap. 1. num. 19. & ſeqq. & diſputat. de juriſdict. theſ. 73. & ſeqq. iuriſdictionem his verbis definiri commodè putat: *Iuriſdictio eſt notio criminalium & civilium cauſarum, quæ vel lege, vel jure magiſtratus, vel extra ordinem competit.* Hæc definitio genere omninò vitioſa videtur. 26 Generis † loco ponitur *notionis* verbum, cum tamen *notio* ſignificet tantùm cognoſcendi & iudicandi, non etiam imperandi, exequendi & coërcendi poteſtatem. Cognoſcendi poteſtatem principaliter ſignificat, *l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. ff. de re judicat. & l. notionem. 99. ubi Gœddeus ff. de verbor. ſignif.* iudicandi verò conſe-

conſequenter, cum iudex, qui de re cognovit, de ea quoque iudicare teneatur, *l. De qua re. 74. in princ. ff. de judiciis. Donell. libr. 17. Comment. cap. 6. pag. 16.*

Eſt quidem notio genus aliquod, cuius ſpecies ſunt, iuriſdictio, & notio, ſeu cognitio ſpecialis, iudici pedaneo competens, *d. l. Notionem, ff. de verb. ſig. & l. Ait Prætor. 5. ff. de re jud.* verum non de omni, ſed de ſpeciali quadam iuriſdictione exaudiri id debet; ut quæ in cauſæ cognitione conſiſtit, cum notio nihil ſit aliud, quam cognitio de re controverſâ, ſiquidem quod cognitio eſt, *in l. ſæpe. 8. & l. ſeq. ff. de officio Præſidis.* Id notio ſit, *in d. l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. ff. de rejudic. & d. l. notionem. ubi Gœdd. ff. de verb. ſignif.*

Et quamvis notionis nomen referri quoque poſſit ad eam iuriſdictionem cognitionalem, cum qua imperium eſt iunctum, id eſt, iubendi, exequendi & coërcendi poteſtas. *l. 1. & l. ultim. ff. de offic. ejus & l. 2. ff. de jurisdict.* Attamen cognitionalis iuriſdictio poteſt eſſe ſine imperio, id eſt, abſque iubendi, & exequendi poteſtate; & nihilominus propria eſt iuriſdictio. *l. 4. ff. de jurisdict. junct. l. Ea quæ. 26. ff. ad Municipal. & l. ultim. C. ubi & apud quem cognitio reſtit. in integr. agitanda ſit.*

Quinetiam iuriſdictionis quædam ſpecies eſt, quæ abſque omni cauſæ cognitione expeditur, 27

peditur, qualis eſt juriſdictio, quam leges voluntariam appellant, & contentioſæ juriſdictioni opponunt, & ad actus extrajudiciales, putà adoptiones, manumiſſiones, emancipationes, & bonorum poſſeſſionem edictalem referunt, *l. 2. & l. 3. ff. de offic. Proconſul.* Non poteſt igitur juriſdictionis omnis & pleniſſimæ genus eſſe notio, cùm latius pateat juriſdictionis, quàm notionis appellatio.

Adhæc verba definitionis (*vel extra ordinem*) abundant propter præcedentia verba (*vel lege.*) Quæ enim juriſdictio ex lege ſpeciali competit, illa extra ordinem competere dicitur. Omnis quippe juriſdictio vel ſpeciali tribuitur lege, vel jure magiſtratus competit, *l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.* Juriſdictioni autem, quæ jure magiſtratus competit, opponitur juriſdictio, quæ extra ordinem competit, *in l. ſi in aliam. 7. §. ult. ff. de offic. Proconſul.*

28 Succedit juriſdictionis notatio, in qua ſimiliter variant noſtri. Azo, Fulgoſius, Zaſius, & alii, juriſdictionis nomen *à jure & ditione* deductum putant; cum tamen hanc notationem neque nominis figura, neque literarum numerus, neque vocis *ditionis* ſignificatio admittat. *Ditio* poteſtatem dominandi in perſonas, ſignificat, vel privatam, qualem Domini in ſervos habent. *l. 2. C. de libertis & eorum liberis*, vel publicam, qualem Imperator habet

in po-

in populum Romanum, vel alius Princeps in ſubditos ſuos. *§. Quorum utramq; in proœmio Inſtitut.* Juriſdictio autem non dominandi in perſonas, ſed ius reddendi ſive decernendi negociis ſignificationem habet, ut ſuprà oſtẽdi.

Illorum autem ſententiam, qui à *jure, & dicendo* iuriſdictionem putant dictam, omninò probo: Siquidem ille, qui iuriſdictionem exequi dicitur *in l. 3. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurisdict.* ſive quod idem eſt iuriſdictionem explicare, *l. 2. ff. de jurisdict.* ſive iuriſdictioni præeſſe dicitur, *in l. Qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict.* ius dicere dicatur, *in l. Meminiſſe. 10. ff. de offic. Proconſul. l. Senatusconſulto 16. ff. de offic. Præſid. l. 1. l. Qui jurisdictioni. 10. l. Eſt receptum. 14. l. Si convenerit. 18 & l. ult. ff. de jurisdict. l. 1 §. an autem. ff. de ſuſpect. tutor. l. non poſſunt. 12. §. ult. ff. de legib. l. Ille à quo. 13. § ult. ff. ad Senatusconſultum Trebell. & l. un. §. 1. ff. Si quis jus dicenti non obtempera.*

Quæritur autem an iuriſdictionis nomen in aliam quandoque tranſeat ſignificationem, ut quid aliud denotet, quàm ipſam poteſtatem dicendi, reddendi, decernendi ius conſtitutum? Quibuſdam ita videtur, qui iuriſdictionis appellationi etiam alios ſignificatus affingunt. Et primum arbitrantur hanc vocem apud Calliſtratum Juriſconſultum, *in l. Divus 13. ibi, quam ex forma jurisdictionis. ff. ad leg. Cornel. de falſis*, ſignificare fontem ſive cau- 29

ſam iu-

ſam iuriſdictionis, id eſt, legem, ſive edictum, 10 quo ius proponitur. Verùm † ut eo loco iuriſdictionis nomen non pro poteſtate iuris dicendi, reddendi, decernendi, ſed pro lege vel edicto capiamus neceſſariò, nulla ſuadet ratio idonea. Loquitur enim Calliſtratus de pœna falſi, & ex Divi Pii reſcripto oſtendit, ſi crimen falſi maius ſit, quàm ut pro eo ſufficiat ordinaria falſi pœna, quæ eſt deportatio, *l. 1. § ultim. ff. ad leg. Cornel. de falſ. §. item lege Cornelia de falſis, Inſtit. de public. iudic. Iul. Paul. libr. 5. ſentent. tit. 25.* ſcribendum eſſe Imperatori, ut ille æſtimet, qua graviori pœna coërceri debeat falſarius. Pœna criminis quoddam eſt iuriſdictionis ſubiectum, ſive materia circa quam, ſiquidem & criminalis ſit iuriſdictio, quæ ad criminis cognitionem & coërcitionem pertinet. *l. 2. § Et quia. 23.* ibi, *de capite civis jus dicere, ff. de origine jur. § Nos Romanorum,* ibi, *juriſdictio tam in cauſis criminalibus, &c. in conſtitut. de pace conſtantiæ.* Quocirca Juriſconſulto Calliſtrato forma iuriſdictionis nihil eſt aliud, quàm iuriſdictionis modus in coërcendo falſario definitus. Modus ille eſt, ut falſarius ordinariè puniatur deportationis pœna, ut dixi: graviorem igitur pœnam abſque Imperatoris reſcripto imponere falſario non poteſt iudex, cum aliam quàm legis pœnam convertere in criminis reum non poſſit. *l. 1. § Quorum. 4. in fin. ff. ad SC. Turpill.*

Lex

Lex quidē Corn. de falſ. eſt cauſa formæ illius iuriſdictionis, ut quæ præſcribit iuriſdictioni modum coërcendi falſarium; ſed forma illa eſt iuriſdictionis qualitas quædam, iuriſdictionis, *inquam*, quæ ita verè & propriè dicitur. Sic forma contractus eſt quidem effectus contrahentium, at eſt & ipſius contractus qualitas aliqua; uti arguit text. *in l. in conventionalibus.* 52. ibi, *contractui formam contrahentes dant. ff. de verbor. obligat. l. juris-gentium.* 7. §. *Quinimo.* 5. ibi, *interdum format. ff. de pact. l. Fructus.* 7. §. *Item ſi meſſes.* 3. ibi, *ex forma locationis. ff. ſolut. matrim. l. Septitia.* 10. *in fin.* ibi, *formam pollicitationi datam. ff. de pollicitat.*

31 Deinde *jurisdictionis* appellationem interpretantur de exercitio juriſdictionis, *in caſu l. Nam, ut ait Pedius*, 13. *ff. de legibus*, ubi dicitur, quod lex ad ſimiles cauſas produci poſſit, vel interpretatione, vel juriſdictione. Sed & illo loco aut propriè ſumitur juriſdictionis nomen, aut ſaltem per metonymiam, adiuncta Prætoris iuriſdictione, ſignificatur ſubiecta Prætoris perſona, quæ habet iuriſdictionem, *argumento* §. *Sed iſtæ quidem*, ibi, *quas Prætor ex ſua jurisdictione comparatas habet, Inſtit. de actionibus.* Ex quo loco intelligitur, quod Prætor propter ſuam iuriſdictionem actiones tribuere poſſit edicto ſuo: Siquidem edicto ſuo ius conde-

condere poſſit, §. *Prætorum quoq; Inſtit. de jure naturali, gent. & civil. & l. jus autem. 7. §. 1. ff. de juſtit. & jur.*

32 Comminiſcuntur & aliam iuriſdictionis ſignificationem *ex l. 1. §. de qua. 10. verſ. an autem. ff. de poſtulan. & l. 1. §. an autem. ff. de ſuſpect. tutor.* quo utroque loco autumant iuriſdictionis nomen accipi pro officio ius dicentis, non pro iuriſdictione ita propriè dicta. Verùm locus ille uterque non tantùm non admittit hanc iuriſdictionis interpretationem, ut etiam diſertè eam reſpuat, cum officium ius dicentis ab ipſa iuriſdictione, ut adiunctum à ſubiecto ſuo ſegreget, his verbis: *ex officio juriſdictionis ſuæ*: Item, *mandata juriſdictione, officium totum juriſdicundi tranſit.* Ex quibus verbis intelligimus, aliud eſſe Ulpiano officium ius dicentis: Item aliud, iuriſdictionem. Juriſdictio eſt ipſa poteſtas dicendi, reddendi, decernendi ius conſtitutum. Officium verò iuriſdictionis eſt ipſa adiuncta obligatio exequendi ea, quæ ſunt iuriſdictionis. Et notandum quòd Juriſconſultus priori loco non dicit: *ex juriſdictione, officio ſuo*; ſed *ex officio juriſdictionis ſuæ*, ut ſignificet, iuriſdictionis genus non eſſe officium; ſed iuriſdictionem eſſe quoddam ſubiectum, cuius adiunctum ſit ipſum officium dicendi ius. Et quia poſteriori loco Ulpianus, *mandata*, ait, *juriſdictione*, apertè ſignificat, propriè ſe loqui

loqui de iuriſdictione; quippe cum iuriſdictio ita propriè dicta mandari dicatur, & an *mandari poteſtas* aliqua publica poſſit, necne, quæratur de iuriſdictione, *tot.tit. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.*

33 Adducunt quoque textum *in §. Sed hoc jure utimur*, ibi, *vel Prætor ſecundum ſuam jurisdictionem. Inſtit. de Attilia.tutor.* ubi ſimiliter per iuriſdictionem Prætoris interpretantur officium Prætoris. At quia nulla neceſſitas hanc requirit explicationem dicto loco, & propriam vocis illius ſignificationem neutiquam textus ille reſpuit, ſed commodè eam admittit, ſatius eſt, ut amplectamur illam, cum à verborum proprietate recedendum non ſit, *l. Ille aut ille. 25. §. 1. & l. non aliter 69. in princ. ff. de legat. 3.*

Neque impedit, quod ibidem de tutoris datione agit Juſtinianus, quam iuriſdictionis eſſe negat *Vlpianus in l. Muto. 6. § tutoris datio. ff. de tutelis.* Non enim Juriſconſultus de omni loquitur iuriſdictione, ſed ea tantùm, quæ iure magiſtratus competit. Huius iuriſdictionis non eſt tutoris datio, eſt tamen alterius iuriſdictionis, quæ ex lege ſpeciali competit, ut ſuprà oſtendi.

Interdum etiam iuriſdictionis nomen denotare notionem tradunt, putà in *l. 3. ff. de poſtuland. & l. 3. § ſed et ſi 5. ff. jud. ſolvi.* Ita ſentit *Dominus Obrecht. diſputat. de jurisdict. theſ. 22.* 34

& 23. At quia notio nihil eſt aliud, quàm iudicialis cognitio de cauſa litigatorum controverſa, *l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. ff. de re jud. & l. notionem. 99. ubi Alciat. & Gœdd. ff. de verb. ſignif. junct. l. ſæpè. 8. & l. ſeq. ff. de offic. Præſid. & l. 3. §. cognoſcit. ff. de offic. Præfecti Vigil. & l. ſolent. 6. in princ. ff. de offic. Proconſul.* certè iuriſdictionis nomen pro notione accipi non poteſt, *in d. l. 3. ff. de poſtuland. & d. l. 3. § 5 ff. judic. ſolvi.* quippe cum utroque illo loco Ulpianus Juriſconſultus de ea tantum loquatur iuriſdictione, quæ ad dandos tutores & curatores pertinet, ut diſertè verba textus oſtendunt. Tutoris autem & curatoris datio non eſt controverſæ cauſæ, ſed ſolius poteſtatis eius, cui nominatim data eſt.

Et licèt demus juriſdictionis nomine ſignificari notionem proximè citatis locis, attamen inde non efficitur, quòd ſpecialis ſit notio, cui juriſdictio opponitur. Omnis notio vel juriſdictio eſt, vel cognitio, quæ & notio in ſpecie dicitur, *in d. l. notionem. 99. in princ. ff. de verb. ſignif.* Hæc pedanei eſt judicis, illa jus dicentis, *d. l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. & alij. ff. de re judicat.* Cum ergo tutoris datio non competat iudici pedaneo, ſed illi tantùm, cui nominatim lege data eſt, conſequens ei dicimus, tutoris dationem ſpecialis notionis non eſſe, eſt ergo iuriſdictionis.

Cum autem Dominus Obrechtus iuriſdictionis

ctionis nomine ſignificari putet, ſpecialem notionem, *in d. l. 3. ff. de poſtuland. & d. l. 3. §. 5. ff. judic. ſolvi.* movetur hac ratione, quòd tutoris datio iuriſdictionis eſſe negatur, *in d. l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis.* Verùm quis ſenſus ſit eius loci, expoſitum eſt ſuprà, quando dixi, iuriſdictionem competere vel iure magiſtratus, vel ſpeciali quadam lege, *l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſdict. & l. more. 5. ff. de iuriſdict.* Et quia hæc extraordinaria, illa ordinaria eſt iuriſdictio, *d. l. ſi in aliam. 7. §. ultim. de offic. Proconſul.* de ordinaria ſaltem iuriſdictione intelligendus eſt Juriſconſultus *in d. l. Muto. 6. §. tutoris. 8. ff. de tutel.* tum quia in potiori ſignificatione verbum quodvis in dubio accipiendum eſt, *argum. d. l. Non aliter. 69. ff. de legat. 3. iunct. l. quæritur. 10. ff. de ſtatu hominum*, & potior eſt ordinaria, quàm extraordinaria iuriſdictio, *Coraſ. libr. 8. Miſcell. cap. 19. num. 1. & 2.* tum quia Juriſconſultus ipſemet clariſſimè hanc ſuam mentem explicat ſequentibus verbis, quibus affirmat, tutoris dationem competere illi, cui nominatim vel lex, vel Senatuſconſultum, vel Princeps hoc *ius conſtituendi tutores* dedit. Atque eam quoque poteſtatem dicundi, reddendi, decernendi conſtitutum ius, quæ ſpeciali quadam lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis placito datur, iuriſdictionem eſſe, arguit planè, pleneque textus *in d. l. 1. in prin-*

cip. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict. & in d. l. ſi in aliam. 7. §. ultim. ff. de offic. Proconſulis.

35 Memini ſuprà, arbitrari quoſdam, iuriſdictionis nomine ſignificari quoque Prætoris edictum. Hanc opinionem amplectitur etiam Joannes Coraſ. *lib. 3 Miſcell. c. 17. num. 1. qui pro ea adducit text. in l. quamvis. 11. ff. de in ius vocand. l. 1. §. de qua. 10. verſ. an autem. ff. de poſtuland. l. poſtquam. 5 §. Imperator. 1. ff. ut legator. ſervandor. cauſa caveatur. l. ſtipulationum alia. 5. in primo. verſ. pratorias. ff. de verb. oblig. & §. Sed iſta verſ. Alia autem Inſtit. de actionib.* Sed quam benè, aut malè diſpiciendum, *in d.*

36 *l. Quamvis.* Paulus Juriſconſultus, *Quamvis*, ait, *non adiiciat Prætor*, (ſc. edicto ſuo) *causâ cognitâ ſe iudicium daturum, attamen Labeo ait, iuriſdictionem moderandam, &c.* Juriſdictionis nomen quo minus hic propriè accipiatur, nihil vetat. Loquitur Juriſconſultus de judicio, id eſt, actione danda, vel non danda. Dare autem actionem, vel eam denegare, juriſdictionis eſt, ut ex eo quoque patet, quod cum denegabat alicui actionem Prætor, juriſdictionem ei denegare dicebatur, *l. ſed et ſi. 26. §. Ait Prætor. 4. ibi denegavit actionem, junct. §. & adjicitur*, ibi, *juriſdictionem ei de-*

37 *negaverit, ff. Ex quibus cauſis major.* Quod † attinet *l. 1. §. De qua. verſ. an autem. ff. de poſtul.* ut loco illo *juriſdictionis* nomen haud ſignificat

ſicat *officium jus dicentis*, ut ſuprà oſtendi, ita nec Prætoris denotat edictum, ſed eius deſignat juriſdictionem, ita propriè dictam. Agitur enim ibi de in integrum reſtitutione majorum & minorum, quæ fit à Prætore. Ea certè juriſdictionis eſt, nec ulli alii competit, quàm ei, qui juriſdictioni præeſt, *l. ult. verſ. Sed ne quis ita. C. ubi. & apud quem cognitio in integr. reſtit. agitanda ſit.*

38 Neque etiam cauſam video ullam, cur *in d. l. Poſtquam. §. 1.* ibi, *ex forma jurisdictionis.* Item ibi, *jurisdictio reſtituenda erit. ff. ut legator. ſeu fideicommiſſor. ſervandorum cauſâ,* juriſdictionis nomen pro edicto Prætoris, non propriè pro poteſtate juriſdicundi capi neceſſariò debeat. Cum enim eo loco Papinianus Juriſconſultus agat de cautione præſtanda, & mittendo in bonorum poſſeſſionem, atque ipſum *jubere cavere, & mittere in poſſeſſionem*, juriſdictionis ſit, *l. 4. ff. de jurisdict. Donel. lib. 17. Commentar. cap. 8. pag. 27. lin. 38. & ſeq.* multò commodius *jurisdictionis* nomen propriè accipitur dicto loco, quàm impropriè pro edicto Prætoris, & *reſtituere jurisdictionem* nihil aliud eſt Papiniano, quàm *redire à reſcripto Imperatoris Marci Antonini*, quo hæres cavere iubetur, ſi victus appellet, *ad jus Prætoris*, qui vi juriſdictionis ſuæ in bonorum poſſeſſionem mittit.

39 Æquè movet me nihil textus *in d. l. ſtipulatio-*

ſam iuriſdictionis, id eſt, legem, ſive edictum,
30 quo ius proponitur. Verùm † ut eo loco iuriſdictionis nomen non pro poteſtate iuris dicendi, reddendi, decernendi, ſed pro lege vel edicto capiamus neceſſariò, nulla ſuadet ratio idonea. Loquitur enim Calliſtratus de pœna falſi, & ex Divi Pii reſcripto oſtendit, ſi crimen falſi maius ſit, quàm ut pro eo ſufficiat ordinaria falſi pœna, quæ eſt deportatio, *l. 1. § ultim. ff. ad leg. Cornel. de falſ. §. item lege Cornelia de falſis, Inſtit. de public. judic. Iul. Paul. libr. 5. ſentent. tit. 25.* ſcribendum eſſe Imperatori, ut ille æſtimet, qua graviori pœna coërceri debeat falſarius. Pœna criminis quoddam eſt iuriſdictionis ſubiectum, ſive materia circa quam, ſiquidem & criminalis ſit iuriſdictio, quæ ad criminis cognitionem & coërcitionem pertinet. *l. 2. §. Et quia. 23.* ibi, *de capite civis jus dicere, ff. de origine jur. § Nos Romanorum,* ibi, *jurisdictio tam in cauſis criminalibus, &c. in conſtitut. de pace conſtantiæ.* Quocirca Juriſconſulto Calliſtrato forma iuriſdictionis nihil eſt aliud, quàm iuriſdictionis modus in coërcendo falſario definitus. Modus ille eſt, ut falſarius ordinariè puniatur deportationis pœna, ut dixi: graviorem igitur pœnam abſque Imperatoris reſcripto imponere falſario non poteſt iudex, cum aliam quàm legis pœnam convertere in criminis reum non poſſit. *l. 1. § Quorum. 4. in fini ff. ad SC. Turpill.*

Lex

Lex quidē Corn. de falſ. eſt cauſa formæ illius iuriſdictionis, ut quæ præſcribit iuriſdictioni modum coërcendi falſarium; ſed forma illa eſt iuriſdictionis qualitas quædam, iuriſdictionis, *inquam*, quæ ita verè & propriè dicitur. Sic forma contractus eſt quidem effectus contrahentium, at eſt & ipſius contractus qualitas aliqua; uti arguit text. *in l. in conventionalibus. 52.* ibi, *contractui formam contrahentes dant. ff. de verbor. obligat. l. iurisgentium. 7. §. Quinimò. 5.* ibi, *interdum format. ff. de pact. l. Fructus. 7. §. Item ſi meſſes. 3.* ibi, *ex forma locationis. ff. ſolut. matrim. l. Septitia. 10. in fin.* ibi, *formam pollicitationi datam. ff. de pollicitat.*

Deinde *jurisdictionis* appellationem interpretantur de exercitio juriſdictionis, *in caſu l. Nam, ut ait Pedius, 13. ff. de legibus*, ubi dicitur, quod lex ad ſimiles cauſas produci poſſit, vel interpretatione, vel juriſdictione. Sed & illo loco aut propriè ſumitur juriſdictionis nomen, aut ſaltem per metonymiam, adiuncta Prætoris iuriſdictione, ſignificatur ſubiecta Prætoris perſona, quæ habet iuriſdictionem, *argumento §. Sed iſtæ quidem,* ibi, *quas Prætor ex ſua jurisdictione comparatas habet, Inſtit. de actionibus.* Ex quo loco intelligitur, quod Prætor propter ſuam iuriſdictionem actiones tribuere poſſit edicto ſuo: Siquidem edicto ſuo ius 31

condo-

condere poſſit, §. *Pratorum quoq; Inſtit. de iure naturali, gent. & civil. & l. jus autem. 7. §. 1. ff. de juſtit. & jur.*

32 Comminiſcuntur & aliam iuriſdictionis ſignificationem *ex l. 1. §. de qua. 10. verſ. an autem. ff. de poſtulan. & l. 1. §. an autem. ff. de ſuſpect. tutor.* quo utroque loco autumant iuriſdictionis nomen accipi pro officio ius dicentis, non pro iuriſdictione ita propriè dicta. Verùm locus ille uterque non tantùm non admittit hanc iuriſdictionis interpretationem, ut etiam diſertè eam reſpuat, cum officium ius dicentis ab ipſa iuriſdictione, ut adiunctum à ſubiecto ſuo ſegreget, his verbis: *ex officio jurisdictionis ſua*: Item, *mandata jurisdictione, officium totum jurisdicundi tranſit.* Ex quibus verbis intelligimus, aliud eſſe Ulpiano officium ius dicentis: Item aliud, iuriſdictionem. Juriſdictio eſt ipſa poteſtas dicendi, reddendi, decernendi ius conſtitutum. Officium verò iuriſdictionis eſt ipſa adiuncta obligatio exequendi ea, quæ ſunt iuriſdictionis. Et notandum quòd Juriſconſultus priori loco non dicit: *ex jurisdictione, officio ſuo,* ſed *ex officio jurisdictionis ſua,* ut ſignificet, iuriſdictionis genus non eſſe officium; ſed iuriſdictionem eſſe quoddam ſubiectum, cuius adiunctum ſit ipſum officium dicendi ius. Et quia poſteriori loco Ulpianus, *mandata,* ait, *jurisdictione,* apertè ſignificat, propriè ſe loqui

loqui de iuriſdictione; quippe cum iuriſdictio ita propriè dicta mandari dicatur, & an *mandari poteſtas* aliqua publica poſſit, necne, quæratur de iuriſdictione, *tot. tit. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.*

Adducunt quoque textum *in §. Sed hoc jure utimur*, ibi, *vel Prætor ſecundum ſuam juriſdictionem. Inſtit. de Attilia tutor.* ubi ſimiliter per iuriſdictionem Prætoris interpretantur officium Prætoris. At quia nulla neceſſitas hanc requirit explicationem dicto loco, & propriam vocis illius ſignificationem neutiquam textus ille reſpuit, ſed commodè eam admittit, ſatius eſt, ut amplectamur illam, cum à verborum proprietate recedendum non ſit, *l. Ille aut ille. 25. §. 1. & l. non aliter 69. in princ. ff. de legat. 3.* 33

Neque impedit, quod ibidem de tutoris datione agit Juſtinianus, quam iuriſdictionis eſſe negat *Vlpianus in l. Muto. 6. §. tutoris datio. ff. de tutelis.* Non enim Juriſconſultus de omni loquitur iuriſdictione, ſed ea tantùm, quæ iure magiſtratus competit. Huius iuriſdictionis non eſt tutoris datio, eſt tamen alterius iuriſdictionis, quæ ex lege ſpeciali competit, ut ſuprà oſtendi.

Interdum etiam iuriſdictionis nomen denotare notionem tradunt, putà in *l. 3. ff. de poſtuland. & l. 3. § ſed et ſi 5. ff. jud. ſolvi.* Ita ſentit *Dominus Obrecht. diſputat. de jurisdict. theſ. 22.* 34

 & 23. At

& 23. At quia notio nihil eſt aliud, quàm iudicialis cognitio de cauſa litigatorum controverſa, *l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. ff. de re jud. & l. notionem. 99. ubi Alciat. & Gœdd. ff. de verb. ſignif. junct. l. ſæpè. 8. & l. ſeq. ff. de offic. Præſid. & l. 3. §. cognoſcit. ff. de offic. Præfecti Vigil. & l. ſolent. 6. in princ. ff. de offic. Proconſul.* certè iuriſdictionis nomen pro notione accipi non poteſt, *in d. l. 3. ff. de poſtuland. & d. l. 3. § 5 ff. judic. ſolvi.* quippe cum utroque illo loco Ulpianus Juriſconſultus de ea tantum loquatur iuriſdictione, quæ ad dandos tutores & curatores pertinet, ut diſertè verba textus oſtendunt. Tutoris autem & curatoris datio non eſt controverſæ cauſæ, ſed ſolius poteſtatis eius, cui nominatim data eſt.

Et licèt demus juriſdictionis nomine ſignificari notionem proximè citatis locis, attamen inde non efficitur, quòd ſpecialis ſit notio, cui juriſdictio opponitur. Omnis notio vel juriſdictio eſt, vel cognitio, quæ & notio in ſpecie dicitur, *in d. l. notionem. 99. in princ. ff. de verb. ſignif.* Hæc pedanei eſt judicis, illa jus dicentis, *d. l. Ait Prætor. 5. ubi Donell. & alij. ff. de re judicat.* Cum ergo tutoris datio non competat iudici pedaneo, ſed illi tantùm, cui nominatim lege data eſt, conſequens ei dicimus, tutoris dationem ſpecialis notionis non eſſe, eſt ergo iuriſdictionis.

Cum autem Dominus Obrechtus iuriſdictionis

ctionis nomine ſignificari putet, ſpecialem notionem, *in d. l. 3. ff. de poſtuland. & d. l. 3. §. 5. ff. judic. ſolvi.* movetur hac ratione, quòd tutoris datio iuriſdictionis eſſe negatur, *in d. l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis.* Verùm quis ſenſus ſit eius loci, expoſitum eſt ſuprà, quando dixi, iuriſdictionem competere vel iure magiſtratus, vel ſpeciali quadam lege, *l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdict. & l. more. 5. ff. de iurisdict.* Et quia hæc extraordinaria, illa ordinaria eſt iuriſdictio, *d. l. ſi in aliam. 7. §. ultim. de offic. Proconſul.* de ordinaria ſaltem iuriſdictione intelligendus eſt Iuriſconſultus *in d. l. Muto. 6. §. tutoris. 8. ff. de tutel.* tum quia in potiori ſignificatione verbum quodvis in dubio accipiendum eſt, *argum. d. l. Non aliter. 69. ff. de legat. 3. junct. l. quæritur. 10. ff. de ſtatu hominum*, & potior eſt ordinaria, quàm extraordinaria iuriſdictio, *Coraſ. libr. 8. Miſcell. cap. 19. num. 1. & 2.* tum quia Iuriſconſultus ipſemet clariſſimè hanc ſuam mentem explicat ſequentibus verbis, quibus affirmat, tutoris dationem competere illi, cui nominatim vel lex, vel Senatuſconſultum, vel Princeps hoc *ius conſtituendi tutores* dedit. Atque eam quoque poteſtatem dicundi, reddendi, decernendi conſtitutum ius, quæ ſpeciali quadam lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis placito datur, iuriſdictionem eſſe, arguit planè, pleneque textus *in d. l. 1. in princip. ff.*

 cip. ff.

cip. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict. & in d. l. ſi in aliam. 7. §. ultim. ff. de offic. Proconſulis.

35 Memini ſuprà, arbitrari quoſdam, iuriſdictionis nomine ſignificari quoque Prætoris edictum. Hanc opinionem amplectitur etiam Joannes Coraſ. *lib. 3 Miſcell. c. 17. num. 1. qui pro ea adducit text. in l. quamvis. 11. ff. de in ius vocand. l. 1. §. de qua. 10. verſ. an autem. ff. de poſtuland. l. poſtquam. 5 §. Imperator. 1. ff. ut legator. ſervandor. cauſa caveatur. l. ſtipulationum alia. 5. in primo. verſ. prætorias. ff. de verb. oblig. & §. Sed iſta verſ. Alia autem Inſtit. de actionib.* Sed quam benè, aut malè diſpiciendum, *in d.*
36 *l. Quamvis.* Paulus Juriſconſultus, *Quamvis,* ait, *non adiiciat Prætor*, (ſc. edicto ſuo) *causâ cognitâ ſe iudicium daturum, attamen Labeo ait, iuriſdictionem moderandam, &c.* Juriſdictionis nomen quo minus hic propriè accipiatur, nihil vetat. Loquitur Juriſconſultus de judicio, id eſt, actione danda, vel non danda. Dare autem actionem, vel eam denegare, juriſdictionis eſt, ut ex eo quoque patet, quod cum denegabat alicui actionem Prætor, juriſdictionem ei denegare dicebatur, *l. ſed et ſi. 26. §. Ait Prætor. 4. ibi denegavit actionem, junct. §. & adjicitur*, ibi, *juriſdictionem ei de-*
37 *negaverit, ff. Ex quibus cauſis major.* Quod † attinet *l. 1. §. De qua. verſ. an autem. ff. de poſtul.* ut loco illo *juriſdictionis* nomen haud ſignificat

ſicat *officium jus dicentis*, ut ſuprà oſtendi, ita nec Prætoris denotat edictum, ſed eius deſignat juriſdictionem, ita propriè dictam. Agitur enim ibi de in integrum reſtitutione majorum & minorum, quæ fit à Prætore. Ea certè juriſdictionis eſt, nec ulli alii competit, quàm ei, qui juriſdictioni præeſt, *l. ult. verſ. Sed ne quis ita. C. ubi. & apud quem cognitio in integr. reſtitut. agitanda ſit.*

Neque etiam cauſam video ullam, cur *in d. l. Poſtquam. §. 1.* ibi, *ex forma jurisdictionis.* Item ibi, *jurisdictio reſtituenda erit. ff. ut legator. ſeu fideicommiſſor. ſervandorum causâ*, juriſdictionis nomen pro edicto Prætoris, non propriè pro poteſtate juriſdicundi capi neceſſariò debeat. Cum enim eo loco Papinianus Juriſconſultus agat de cautione præſtanda, & mittendo in bonorum poſſeſſionem, atque ipſum *jubere cavere, & mittere in poſſeſſionem*, juriſdictionis ſit, *l. 4. ff. de jurisdict. Donel. lib. 17. Commentar. cap. 8. pag. 27. lin. 38. & ſeq.* multò commodius *jurisdictionis* nomen propriè accipitur dicto loco, quàm impropriè pro edicto Prætoris, & *reſtituere jurisdictionem* nihil aliud eſt Papiniano, quàm *redire à reſcripto Imperatoris Marci Antonini*, quo hæres cavere iubetur, ſi victus appellet, *ad jus Prætoris*, qui vi juriſdictionis ſuæ in bonorum poſſeſſionem mittit. 38

Æquè movet me nihil textus *in d. l. ſtipu-* 39

lationum. 5. in princ. ibi, *Nam & hæ ab iuriſdictione veniunt, ff. de verb. oblig. & in §. Prætorias*, ibi, *nam & hæ à iuriſdictione veniunt, Inſtit de diviſ. ſtipulation.* Nam venire à iuriſdictione ſtipulationes, nihil eſt aliud, quàm vi iuriſdictionis ſtipulationes interponi, & iuriſdictionis eſſe, iubere aliquem ſtipulari, cum ut Prætor, ſic & ædilis pro ſua iuriſdictione quaſdam ſtipulationes interponi iubeat, quæ ob id prætoriæ, & Ædilitiæ vocantur ſtipulationes.

40 Quod denique attinet §. *Sed iſtæ, verſ. alia*, ibi, *quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, & § pœnales. 2.* ibi, *actiones Prætor penè multas ex ſua iuriſdictione introduxit, Inſtitut. de act.* nulla exigit neceſſitas, ut hiſce locis iuriſdictionem pro edicto Prætoris accipiamus, ſiquidem hic ſenſus utriuſque loci eſſe poſſit: cum iuriſdictio Prætoris conſiſtat etiam in dandis actionibus, antea iure conceſſis, Prætorem quoque introduxiſſe edicto ſuo quaſdam actiones pro ſuâ iuriſdictione, id eſt, ut ſuam iuriſdictionem in illis dandis expedire & exercere poſſet.

41 Eſt & illa quæſtio anceps: An iudex ordinarius ſive magiſtratus iudicando, & ſententiam proferendo ius dicat, & iuriſdictionem hoc modo exequatur? *Duar. negat in Apologia de iuriſdict. & imperio, contra Eguinarium Baronem*, negat item *Anton. Goveanus lib. 1. de juris-*

juriſdict. num. 7. Affirmat autem *Donell. lib. 17. Comment. cap. 6. pag. 18. verſ. Illud fortaſſe, Eguinar. Baro in lib. de juriſdict. & Ioannes Robert. lib. 4 ſentent. cap. 22.* & horum opinioni ſubſcribere nihil renuo, motus inprimis autoritate Ulpiani Juriſconſulti *in l. Ait Prætor. 1. in princip. ff. de re judic.* quo loco ex edicto Prætoris oſtendit, iudicati actionem ex ſententia dari, ſi iudicatum ſit ab illo, cuius eadē re iuriſdictio eſt. Unde manifeſtum, quòd & iudicare ſit iuriſdictionis in perſona iudicis ordinarii, qui iuriſdictioni præeſt. Pro eâdem hâc ſententiâ facit textus *in l. 2. §. poſt originem. 13.* ibi, *per eos, qui juriſdictioni præſunt, effectus rei accipiatur. Quantum eſt enim jus in civitate eſſe, niſi ſint, qui jura regere poſſint, ff. de orig. jur.* Qui magiſtratus efficiunt, quæ præcipiunt iura, illi iuriſdictionem exercent, ut ex loco citato, *& l. non poſſunt. 12. ff. de legib.* evincitur. Cum ergo magiſtratus iudicando, & ſententiam proferendo efficiant, quæ iura præcipiunt, *tot. tit. Inſtit. de offic. judic.* certè hoc ipſo etiam iuriſdictionem expediunt.

Non impedit hanc ſententiam textus *in l. Quidam conſulebat. 57. verſ. Proinde,* ibi. *Si minor Prætor, ſi conſul ius dixerit, ſententiamve protulerit, ff. de re judic.* Etſi enim Ulpian. Juriſconſulto hæc duo: *jus dicere, & ſententiam proferre,* ſint oppoſita eo loco; Quia tamen 44

magiſtratus aliàs etiam ſæpè ius dicit, quando non iudicat, idcirco ea oppoſitio non efficit neceſſariò, ut à iure dicundo planè ſegregemus iudicationem. Ideo autem in perſonâ magiſtratus ſententiæ prolationem à iuriſdictione quodammodo ſegregat Ulpianus, ut differentiam faciat inter iudicem ſpecialem ſive pedaneum, qui iudicandi ſolùm, & proferendi ſententiam ius habet, non etiam ius dicendi facultatem: hic enim ſi minor decem & octo annis fuerit, validam proferre ſententiam non poteſt, magiſtratus verò, ut aliàs ius dicere poteſt, ſic etiam iudicare, & ſententiam proferre validam, licet minor ſit 18. annis.

43 Non incommodè hoc loco & illa poteſt quæſtio expediri, an iuriſdictionis ſint iura regalia, veluti poteſtas condendi leges generales, *de qua in l. 3. l. Humanum. 8. & l. ultim. C. de legib. l. 1. in princ. ff. de conſtitut. Princip. §. Sed & quod Principi placuit, Inſtit. de jure naturali gentium & civil.* poteſtas indicendi bellum, *l. 3. §. Eâdem lege. ff. de lege Iulia majeſt. l. Neminem. 17. C. de re militari, lib. 12. leg. Hoſtes. 24 ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Collectas imponendi generales, quas Reichſteuer appellamus, *de quibus in Receſſu Imperij Spirenſi de Anno 1544. Auguſtano. de Anno, 1548. 76. 82. & Ratisbonenſi de Anno 1557. & 94. Andr. Gayl. libr. 2. obſer. 53.* Erigendi nova vectigalia, *l. vectigalia. 10. ff. de publican. &*

vectig.

Digitized by Google

vectig. & *tot. Tit. C. Nova vectigalia inſtitui non poſſe*, Reichsabſchied zu Regenſpurg / *de Anno 1576.* §. Darburch dann / &c. *Mynſing. centur. 5. obſerv. 29. num. 1.* Concedendi immunitatem, *l. 1.* & *tot. tit. ff. de cenſibus. l. 1.* & *2. C. de immunitate nemini concedenda, libr. 10.* & *l. Immunitates. 9. C. de agricol.* & *cenſitis lib. 11.* irrogandi privilegia, *l. 1. §. ult.* & *l. 3. ff. de conſtit. Princip.* dandi abſolutam & plenam ſecuritatem, ſeu ſalvaguardiam, *Menoch. conſil. 29. num. 23. ubi alios in hanc ſententiam adducit, lib. 1.* damnatis reſtituendi integrè bona & honorem *l. generalis. 7. l. Si pater. 9.* & *l. cum indulgentia. 10.* & *tot. Tit. C. de ſententiam paſſis*, & *§. 1 Inſtit. Quibus modis jus patria poteſtas ſolvitur*, Poteſtas nobilitandi, creandi Barones, Comites, Duces, *l. Sacrilegij. 5. ubi Bart.* & *alij. C. de diverſ. reſcriptis, l. ult. §. viros autem illuſtres, ubi Paul. Caſtr. ubi C. Senatores vel clariſſ. l. un. C. de his, qui à Principe vacationem acceperunt, lib. 10. l. pen. in princ.* & *§. 1. ubi Alber. ff. de Decurionibus latè Tiraquell. Tractat. de nobilitate cap. 6.* Erigendi univerſitatem literariam, quam Academiam vocamus, *l. un. C. de ſtudiis liberalibus lib. 11. l. unic. C. de Profeſſoribus. l. 2. §. poſt hunc. 47. verſ. Et ut obiter ſciamus.* & *ſeqq. ff. de Origin. jur. Sonsbeck. in comment. in uſus feud. part. 8. num. 19 cap. in epit. feud. part. 5. n. 14. Dn. Obrecht Diſputat. feudali. 5. theſi 184. Vult. lib. 1.*

de feud. c 5. n. 7. Inſtituendi curſus publicos, quos poſtas vocamus, *tot. tit. C. de curſu publico lib. 12. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quaſt. caſu 229. n. 5. & 6.* tribuendi ius conſtituendæ civitatis, daß ein Gemein Stattrecht haben möge/ *arg. l. 1. C. de Metropoli Beryto, lib. 11. Innocent. in c. Eccleſiarum, n. 1. ff. de offic. Ordinarij, Natta conſil. 6. 36. n. 100.* Concedendi mercatum publicum, ſive nundinas. *l. 1. ff. de nundinis, & l. un. C. eod. tit. Theſaur. deciſ. 264. n. 2. Menoch. conſil. 302. n. 31. Andr. Gail. lib. 2. obſer. pract. obſ. 69.* & id genus alia iura regalia Cæſareæ Maieſtati competentia?

A quibuſdam iuriſdictioni adponuntur hęc iura, eaq; Cæſaris iuriſdictionis eſſe dicuntur. Et quidem Bartol. primo gradui meri imperii adiicit ea *in l. 3. n. 8. ff. de jurisd.* Imperium, ait, maximum eſt, habere poteſtatem condendi legem generalem, quod competit ſoli Principi. Verùm toto genere hæc omnia à iuriſdictione differre cenſeo, nomine iuriſdictionis propria in ſignificatione accepto, ut definitio iuriſdictionis abundè arguit. Juriſdictio eſt poteſtas decernendi, ius antea lege quadam conſtitutum, decernendi, inquam, negociis, ad quæ pertinet. Quando autem Imperator regalia iſthæc iura exercet, ut quando iura condit, bellum indicit, collectas imponit, nova vectigalia erigit, immunitates concedit, privilegia impertit, poteſtatem erigendi Academiam

demiam tribuit, Nobiles, Barones, Comites, Duces creat, non decernit ius aliorum negociis conſtitutum, ſed poteſtatem ſibi lege Regia datam liberè uſurpat, *l.1. ff. de conſtit. Princip. & §. Sed & quod Principi placuit, Inſtit. de jure naturali gent. & civili, junct. l. Princeps. 29. ff. de legib.*

Juriſdictio cui competit, is regulariter tenetur eam neceſſariò exequi, *l. Munerum. 18. §. Judicandi quoq; neceſſitas 14. ff. de muneribus & honorib. l. Prætor. 13. §. Qui autem,* ibi, *invitus judicare cogitur, ff. de vacat. & excuſat. muner. l. de qua. 74 in prin.* ibi, *pronunciare quoq; cogendus erit, & l. Non quicquid. 40. ff. de judiciis. l. 1. §. magiſtratibus. 6. ff. de magiſtratibus conven. Innocent. in c. In literis extr. de reſtitut. ſpoliator. Bart. in l. 4. §. Hoc autem † judicium, ff. de damno infect. Viglius lib. 3. commun. opinion. concluſ. 123. Non obſtat. l. 1.* ibi, *dare poteſt. ff. de juriſdict.* Verbum enim (poteſt) non deſignat arbitrariam & liberam poteſtatem, ſed poteſtatem à lege quidem datam, ſed quæ iuris neceſſitati ſubiacet. 44

Caput

Caput II.

De ſpeciebus Iuriſdictionis.

Summaria.

1 Nomen juriſdictionis eſt generale.
2 Iuriſdictionis ſpecies ſunt juriſdictio ſpecialis, & imperium mixtum & merum.
3 In jure noſtro quædam nomina & generis & ſpeciei nomina ſunt.
4 Codicilli veniunt etiam generali appellatione teſtamenti.
5 Quidam merum & mixtum imperium, juriſdictionis generalis ſpecies eſſe negant.
6 Merum imperium eſſe ſpeciem juriſdictionis generalis aliquot argumentis probatur, & n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
17 Iuriſdictio criminalis & cognitionem de crimine continet, & ipſam rei condemnationem.
18 Fundamenta quibus nituntur ii, qui merum imperium ſpeciem iuriſdictionis generalis non agnoſcunt, convelluntur. & n. 19. 20. 23 25. 26.
21 Verbum *animadvertere* in facinoroſos, non tantùm ſignificat coercere facinoroſos, ſed & de facinoroſorum crimine cognoſcere.
22 Senſus genuinus. leg. ſi quid erit, 11. ff. de offic. Proconſul.
24 Cur in jure quandoque opponantur inter ſe jus dicere & judicare.
27 Diverſarum ſpecierum uno ſub genere comprehenſarum natura eſt, ut inter ſe diſſentaneæ, generi autem ſuo conſentaneæ ſint.
28 Mixtum imperium ſpeciem eſſe generalis jurisdictionis affirmatur.
29 Ad argumenta eorum, qui mixtum imperium ſpeciem eſſe juriſdictionis generalis negant, reſpondetur. & n. 32. 34. 35. 36. 37.
30 Species non ineſt generi, quamvis genus ſit eſſentiale ſpeciebus.

31 Mixtum

31 Mixtum imperium ideo mixtum appellatur, quia eſt adiuncta eſt jurisdictio.
35 In definitionibus genus ſæpe non exprimitur, ſed ſubintelligitur.
38 In jure non eſt rarum, ut ex tribus ſpeciebus duæ tantum proponantur primùm, ac poſtea ſeparatim ſubiiciatur ſpecies tertia.
39 Arbitrariæ actiones, neque bonæ fidei, neque ſtricti juris ſunt.
40 An juriſdictionis ſpecies quarta ſit.
41 Specialem juriſdictionem Doctores vocant juriſdictionem & juſtitiam baſſam, imperium mixtum appellant juſtitiam mediam, merum imperium altam nominant juſtitiam.
42 In Saxonia juriſdictio alia eſt ſuperior alia inferior.
43 Criminalis juriſdictio ſive merum imperium, quomodo in Palatinatu, Franconia, & vicinis locis appelletur.

JUriſdictionis nomen generale eſt, *l.4.* ibi, *generali jurisdictione. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisdictio. l. ſi in aliam. 7. §. ult.* ibi, *pleniſſimam autem jurisdictionem Proconſul habeat, ff. de offic. Proconſul.* 1

Eius ſpecies ſunt juriſdictio ſpecialis, & imperium mixtum, & merum, *l. 3. ff. de Jurisdict. l. 1. §. ult.* ibi, *jurisdictionem quidem transferri, ſed merum imperium non poſſe tranſire. Item* ibi, *imperium, quod Jurisdictioni cohæret, mandata jurisdictione tranſire, & l. ult. §. 1.* ibi, *mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisd.* 2

Atque hæc juriſdictionis diviſio communi DD. opinione comprobata eſt, qui generalis juriſdictionis ſpecies eſſe tradunt, juriſdictio-

dictionem ſimplicem, imperium mixtum & merum imperium, Bartol. & alii *in dict. l. 3. ff. de iuriſdiction. Muſcor. tractat. de iuriſdict. num. 12. & ſeq. Menochius lib. 3. de Præſumpt.*
3 *Præſumpt. 97 num. 18.* Sic aliàs † etiam in iure noſtro quædam nomina, & generis, & ſpeciei nomina ſunt, ut nomen *adoptionis*. Generalis enim adoptio diducitur in adoptionem, ita in ſpecie dictam, & arrogationem *l. 1. §. 1. & leg. 2. in princ. ff. de adopt. & §. 1. inſtit. eodem.* Cognationis quoque nomen generale eſt, & dividitur in ſpecialem cognationem & agnationem, *l. Iuriſconſultus. 10. §. Inter agnatos. Digeſt. de gradibus & affinibus.* Similiter nomen teſtamenti generale eſt, cuius ſpecies ſunt teſtamentum & codicillus, *l. Non codicillum, 14. ubi Iaſon. num. 2. Codic. de teſtament, l. 3. §. Si quis codicillos. Digeſt. de Senatuſconſulto Sylan. l. ſi idem Codicill. 7. & l. ultim. Codic. de codicill. l. Si quis. 22. in princip.* ibi, *eodem teſtamento vel codicillis, Dig. de legat. 3. Menochius de Præſumpt. part. 2.*
4 *lib. 4. Præſumpt. 3. num. 6. 7. & 8.* ubi † oſtendit autoritate gl. & Doctores, quòd codicilli veniant etiam generali appellatione teſtamenti. Id quod patet etiam *ex leg. Pamphilo. 39. §. 1. Digeſt. de legat. 3.* ubi teſtator dicitur, qui duntaxat fideicommiſſum reliquit codicillis.

Non

Non deſunt tamen, qui iuriſdictionis nomine generali, merum imperium contineri negant, & inter iuriſdictionem criminalem & merum imperium diſtinguendum putant; *inter quos etiam eſt Henricus à Suerin. libr. repetitarum lectionum juris, cap. 6. & Dominus Obrechtus Tractat. de Jurisd. c. 2. num. 12. & 13 & cap. 3. num. 11. & Diſputation. de jurisdictione & imperij Principis, theſi 35. 36. & 50.* 5

Quidam etiam mixtum imperium peculiarem iuriſdictionis ſpeciem non agnoſcunt, ut Dominus Obrechtus *dict. cap. 2. num. 14. & theſi 345. & 348. Cuiacius lib. 21. obſervation. capit. 30. & in libr. 1. Quæſtionum, Papinian. pagin. 11. & 12.* tum etiam Scipio Gentilis *Tractat. de jurisdiction. capit. 2. in fin. cap. 3. cap. 4. & cap. 24.* qui omnes ſpecialem Juriſdictionem, & mixtum imperium idem eſſe ſtatuunt, & ſpecie non diſtingui exiſtimant.

Videndum ergo cuius partis ſententia veritati ſit propior. Veterum autem opinionem juri conſonam planè exiſtimo. Merum enim quod attinet imperium, conſiſtit illud in animadvertendo in facinoroſos homines *d. l. 3. ff. de jurisdict.* Animadvertere autem in homines facinoroſos eſt, jus dicere de capite hominis facinoroſi *l. 2 §. Exactis deinde Regibus, 16. junct. §. Et quia, ut vidimus, 23. ff. de Orig-* 6

de Origin. jur. Eſt ergo juriſdictionis, cùm jus dicere, & juriſdictio ſint coniugata, ut ſuprà dictum.

7 Deinde cognitio de cauſa criminali continetur ſub gladii poteſtate, *l. ſolent. 6. in pr. ff. de offic. Proconſul.* quo loco gladii poteſtatem mandare dicitur Proconſul legato ſuo, quando ei cuſtodiarum cognitionem, id eſt, jus cognoſcendi de crimine reorũ mandat. Cùm ergo poteſtas gladii ſit merum imperium, *d. l. 3. ff. de juriſdict.* Conſequitur inde, quod & cognitio de reorum crimine ſit meri imperii.

8 Adhæc *d. l. 3. ff. d. t.* ex maximè de mero & mixto imperio. Quia ergo ſub titulo de juriſdictione continetur, non obſcurè hinc patet, quod & utrumq; hoc imperium ſub juriſdictione, veluti genere ſuo contineatur.

9 Similiter de capitali animadverſione eſt textus *in l. in criminali. 5. C. de juriſdict.* Cùm igitur juriſdictionis titulo ſubiecta ſit lex ea, colligitur inde, quod & capitalis animadverſio ſit juriſdictionis portio quædam.

10 Præterea exercitio publici judicii de criminibus juriſdictionis eſt, *ut evincitur ex l. 1. in princ. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.* Cùm enim eo loco quæratur, an mandata juriſdictione cenſeatur quoq; mandata & translata publici judicii exercitio, liquet inde, quod & exercitio publici judicii ſit juriſdictionis. Siquidem ridiculum fuerit, hoc ipſum

ipſum quærere, ſi cum juriſdictione publici judicii exercitio nihil haberet commune, & hæc ab illa toto genere differret. Exercitio autem iudicii publici de criminibus nihil eſt aliud, quàm animadverſio in facinoroſos, *ut arguit textus in d.l. Solent. 6. in princ. junct. l. Si quid erit, 11. ff. de offic. Proconſul.* Quapropter cùm animadverſio in homines facinoroſos ſit meri imperii, *d.l.3 ff. de jurisdict.* dicendum erit, quod & merum imperium ſit iuriſdictionis ſpecies quædam.

Idem quoq; non incommodè probatur argumento ab Etymologia ſive notatione iuriſdictionis. Cùm enim ius dicat, hoc eſt, reddat, decernat, explicet ius, ſive quod idem eſt, ius conſtitutum accommodet & applicet cauſæ ſive facto, ad quod pertinet, conſequens ei eſt, quod & ille, qui hominem facinoroſum pro ſua poteſtate publica condemnat, iurisdictionem exerceat. Siquidē ius præcipiat, ut Reus criminis condemnetur. *l.1. & 2. ff. de legib. l. Ita vulneratus, 51. verſ. Quod ſi quis. ff. ad l. Aquil. l. abſentem. 5. ff. de pœnis. & l. Eum qui, 18. in prin. ff. de injur.* 11

Eadem concluſio ulterius & hac confirmari poteſt ratione. Qui criminis reum condemnat, is merum exercet imperium, *dict. l. 3. Digeſt. de juriſdiction.* Qui autem criminis reum condemnat, juriſdictionem exequitur, quippe cū publici iudicii exercitio quæ iuriſ- 12

dictionis eſt, *l. 1. in princip. & §. ultim. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdict.* contineat quoque rei condemnationem, & abſolutionem *d. l. Solent, 6. in prin. ff. de officio Proconſul.* Eſt ergo iuriſdictionis ipſum quoq; merum imperium.

13 Adde & hoc argumentum: pleniſſimam habere dicitur iuriſdictionem, qui non tantùm de cauſis civilibus, & criminalib. cognitionem, ſed & poteſtatem condemnandi & abſolvendi reos habet, *l. Si in aliam. 7. §. ult. junct. l. ſeq. & l. nec quicquam 9 in pr. l. Solent. 6. in pr. & l. Si quiderit. 11. ff. de offic. Proconſulis.* Quocirca reum criminis condemnare, vel abſolvere, ut meri eſt imperii, *d. l. 3. ff. de Jurisd.* ſic & iuriſdictionis.

14 Confert eodem & hæc argumentatio: Exercere publicum criminale judicium, conſtituendo in reos criminis pœnam lege publici iudicii definitam, eſt meri imperii, *d. l. 3. ff. de jurisdict. junct. l. ult. in pr. ff. de offic. Procuratoris Cæſaris, & l. 1. & 2. & l. ordo 8. ff. de public. judic.* Sed exercere publicum criminale iudicium, conſtituendo in criminis reos pœnam lege publici iudicii definitam, eſt iuriſdictionis; *d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* Ergo merum imperium eſt iuriſdictionis.

15 Adiungi poteſt & illud Argumentum: Quod Papinian. vocat exercitionem publici

iudicii

judicii, lege vel Senatuſconſulto delegatam, *in d.l.1. in prin. ff. d.t.* Id conſeſtim eadē in lege §.1. merū appellat imperium. Cùm ergo exercitio publici judicii eidē JCto ſit juriſdictionis in principio dictæ legis, conſequitur inde, quòd & merum imperium ſub juriſdictione generali contineatur.

16 Poſtremò juris noſtri autoritas arguit, quòd criminalium quoq; cauſarum, criminalis ſit juriſdictio, *per text. in conſtitut. de pace conſtantiæ. §. Nos Romanorum*, ibi, *in juriſdictione, tam in cauſis criminalibus, quàm in cauſis pecuniariis, dict. l 2. §. Et quia*, 23. ibi, *de capite Civis Romani jus dicere ff. de Origin. jur. & tit. C. ubi de criminibus agi oporteat.* Hęc

17 autem criminalis juriſdictio, & cognitionem de crimine continet, & ipſam rei condemnationem; tùm quia judex de cauſa qui cognovit, regulariter etiam pronuntiare de ea tenetur, *l. ubi acceptum. 38. & l. De qua re. 74. in princip. ff. de judic.* tum quia publicum criminale judicium qui exercet, pœnam quoq; reo imponere poteſt. *l. ordo exercendorum. 8. Digeſt. de public. judic.* tum etiam quia certæ ſunt pœnæ exceptæ, quas in criminis reos decernere non poteſt judex omnis, qui de ipſa criminali cognovit cauſa, ut eſt pœna deportationis, quam Præſes non poteſt convertere in reum, quāvis de ipſa criminali cognoverit cauſa, *l. 2. §. 1. ff. de pœnis, l. 1. §. deportatos;*

junct.§.ſeq.ff.de legat.3. *l. Inter. 6.§.1.ff.de interdict.& releg.l.1.in prin.ff. Quando appelland. ſit. l. Si quis. 6.§.Eius qui. 7.ff.de injuſt. rupt. irrit.fact.teſtam.* Idem etiam de Procuratore Cæſaris ſcribit Calliſtratus Juriſconſultus *in l.ult.ff.de officio Procuratoris Cæſaris.* Hæc ergo exceptio arguit, quod regulariter qui cognoſcendi poteſtatem habet de criminali cauſa, idem etiam de eadem pronunciare poſſit, & pœnam legis in reum decernere; Cùm exceptio unius ſit admiſſio alterius *l. Quæſitum. 12. §. Idem reſpondit. ff.de inſtructo, vel inſtrum.legat.* Et dubitandum non eſt, quin Imp. Fridericus concedendo ac confirmando quibuſdam civitatibus criminalem juriſdictionem, ipſum quoque jus condemnandi reos in cauſa criminali tribuerit, *in d.conſtitut. de pace Conſtantiæ.*

18 Fundamenta cõtrariæ opinionis novæ plus mihi ſplendoris, quàm firmitatis habere videntur. Manifeſtum eſt ex jure noſtro, quòd legatus Proconſulis ex ipſius mãdato cognoſcere poteſt de cauſis criminalibus; Sententiam verò in criminis reos ſolus dat Proconſul, non legatus ipſius, *l.un.C.de officio Proconſulis & legati, & d.l.ſolent.6. in pr.* Hinc concludunt, aliud eſſe juriſdictionem criminalem, aliud merum imperium in cauſis criminalibus. Merum imperium contineri tantùm ſententię pronuntiatione, criminalem verò juriſdictio-

dictionem ipsâ cognitione de criminali cauſa. Sed vitioſa eſt hęc concluſio. Non enim citatę leges dicunt, merum imperium ad Proconſulem pertinere, idq; ſola ſententiæ Pronuntiatione contineri; legatum verò Proconſulis habere in cauſis criminalibus juriſdictionem criminalem. Verum eſt, quòd merum habet imperium Proconſul; At verum non eſt, quòd merum imperium in ſola ſententiæ pronuntiatione conſiſtat, ſed hæc pars quædam meri eſt imperii; quippe cum gladii, & alterius gravioris coercitionis poteſtatem, quę ſine dubio merum eſt imperium, *d. l. 3. ff. de jurisd.* Proconſul mandare dicatur legato ſuo, quando ei ſaltem jus cognoſcendi de cauſis criminalib. mandat, *text. eſt expreſſus in d. l. Solent. 6. in pr. ff. de offi. Proconſul.* Et quia ſoli Proconſuli permiſſum eſt mandare legato ſuo cognitionem cauſarum criminalium. *l. un. C. de offic. Proconſul. junct. l. legati. 13. ff. d. t. & l. pen. in prin. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* cum aliis, qui merum habent imperium, id conceſſum non ſit, *l. 1. in pr. ff. d. t.* extraordinarium dicitur hoc mandati genus *in d. l. ſolent, 6. in pr. ff. d. t.*

Adferunt & illud, proximo argumento nõ abſimile. Solam, aiunt, criminalem habet juriſdictionem Præfectus annonæ, id eſt, jus cognoſcendi de crimine fraudatæ annonæ, *per textum. in l. ultim. §. ult. ff. de lege Julia de annona l. mulierem. 13. Digeſt. de accuſation.* at 19

merum imperium, id eſt, poteſtatem animadvertēdi in criminis huius reos, ſive quod idem eſſe putant, jus pronuntiandi de crimine fraudatæ annonæ, non habet hic Præfectus, *Cujacius in Paratit. C. Tit. de officio Præfecti vigilum.* Quod idem tradunt etiam de Præfecto vigilum, cui criminalem competere ſcribunt juriſdictionem, non item merum imperium, cum reos ultimo afficere ſupplicio nequeat, ſed eos puniendos ad Præfectum urbi, remittere teneatur *l. 3. §. 1. & l. ult. ff. de offic. Præfecti vigil. l. 1. §. 1. C. eod. tit.* At neq; hoc argumento quicquam efficiunt. Eſto enim, quod hi Præfecti cognoſcere tantùm potuerint de hiſce criminalibus cauſis, non autem definitivam proferre ſententiam, ex eo tamen haud ſequitur, quòd cognoſcendi jus illud, non ſit meri imperii. Merum enim imperium eſt animadvertendi poteſtas in facinoroſos, *d. l. 3. ff. de juriſdict.* Sed animadvertere in facinoroſos dicitur etiam ille, qui duntaxat cognoſcit de hominum facinoroſorum cauſâ, *ut arguit textus in dict. l. Solent. 6. in princip. ff. de offic. Proconſul.*

20 Argumentari videntur & hoc modo: Animadvertere in facinoroſos eſt meri imperii, *dict. l. 3. ff. de juriſdiction.* Sed animadvertere in facinoroſos, nihil eſt aliud, quàm coërcere eoſdem, *l. 1 §. Solent. 7. ff. de officio Præfecti urbi, l. Nemo. 4. in fin. C. de Summa Trinit. & fide Cathol.*

Cathol. l. ſi quis in hoc genus. 10. C. de Epiſcop. & Cleric. l. Aliud eſt fraus. 131. ibi, *cuius animadverſio hodie pecuniaria eſt, ff de verb. ſignif.* Ergo coërcere facinoroſos eſt meri imperii, non item cognoſcere de cauſis criminalibus, meri eſt imperii. Ad huius Syllogiſmi aſſumptionem reſpondendendum eſt per negationem ſtrictæ illius ſignificationis verbi *animadvertere. Animadvertere* † enim in facinoroſos, 21 non tantùm ſignificat coërcere facinoroſos, ſed & de facinoroſorum crimine cognoſcere, cum, ut aliis autoribus latinis, ſic & JCtis *animadvertere* idem ſit quandoq;, quod *cognoſcere, l. Item apud. 15. §. Quod ait Prætor, 28. ff. de iniuriis, & l. 1. § 1. ff. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt,* ut non ineptè Legatus Proconſulis, qui de cauſa criminali ex mandato Proconſulis cognoſcere poteſt. *l. un. C. de offic. Proconſulis.* cognoſcendo de crimine animadvertere etiam dicatur; quod arguere etiam videtur text. *in l. Si quid erit. 11. ff. de officio Proconſul.* quo loco opponuntur inter ſe tria hæc verba: *animadvertere, coërcere, & atrociter verberare,* quæ oppoſitio verborũ innuere videtur, verbo animadvertendi ſignificare JCtum jus cognoſcendi criminali de cauſa. Legatus enim Proconſulis cognoſcere poteſt de criminali cauſa, *l. un. C. de offic. Proconſulis.* At non aliter, quàm ſi mandatum id ei ſit à Proconſule, *l. Solent. 6. in pr. ff. d. t. & l. pen. in pr. ff. de offic Proconſ.*

22 Secundum quas leges intelligendus eſt textus *in d. l. Si quid erit. 11. ff. de officio Proconſul.* ubi ſimpliciter dicitur, quòd Proconſulis legatus animadvertendi jus non habeat; quod intellige antequam hoc jus ei mandatum ſit à Proconſule, *ut arguit textus in l. legati. 13. ff. d. t. & in d. l. pen. in prin. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisd.* Et quia, quod eſt *jus dicere* de capite civis Romani *in l. 2. §. Et quia. 23. ff. de Origin. jur.* id JCto eidem eſt *animadvertere* in caput civis Romani *in d. l. 2. §. Exactis deinde, 16. ff. d. t.* patet inde, quòd & animadvertere in facinoroſos ſit juriſdictionis.

23 Auxiliari novæ opinioni & hæc videtur ratio, quòd judicare ſive ſententiam de cauſa proferre, & jus dicere opponuntur in jure noſtro, *l. Quidam. 57. verſ. proinde*, ibi, *Si conſul jus dixerit, ſententiamve protulerit, ff. de re judic. & Tit. C. Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus dicat.* Unde argui poſſe videtur, quòd jus non dicat, qui ſententiam de controverſia pronuntiat, proindeque juriſdictionis nomine haud contineri merum imperium, quod in ſententiæ criminalis pronuntiatione conſiſtere autumant. Sed hoc argumentum, quo dilui poſſit modo, patet ex præcedenti capite, quo oſtendi, quod & magiſtratus jus dicat, quando ſententiam in cauſa profert, *per text. in l. Ait Prætor, 5 in princ. ff. de re judic. & in d. l. 2. § poſt Originem. 13. ff. de Orig. jur.* Ideo autem

autem † in jure noſtro quandoque opponuntur inter ſe *jus dicere, & judicare, ſive ſententiam proferre*, quod variis modis aliis jus dicit magiſtratus, quam cum ſententiam de lite aliqua pronuntiat, quodque pedaneus etiam judex de cauſa judicat, id eſt, ſententiam profert, cum tamen dicendo ſententiam non dicat jus *d. l. Ait Prætor. 5. in princip. ff. de re judic.* 24

Eandem neotericorum opinionem tueri videtur textus *in d. l. 1. §. ult. verſ. Verius eſt enim*, ibi, *jurisdictionem quidem transferri, ſed merum imperium non tranſire. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* quo loco *jurisdictio* & *merum imperium* tanquam ſpecies inter ſe opponuntur, & quod ibi affirmatur de juriſdictione, id diſertè negatur de imperio mero, unde ſequi videtur, quod merum imperium non ſit juriſdictionis ſpecies quædam. Sed reſpondendum eſt per diſtinctionem. Juriſdictio aut generalis eſt, aut eſt ſpecialis, *l. 4. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict. l. ſi in aliam. 7. §. ult. junct. legib. ſeqq. ff. de officio Proconſulis.* Generalis juriſdictionis ſpecies eſt merum imperium, at iuriſdictioni ſpeciali opponitur merum imperium, ut ſpecies quædam diſparata. Quòd autem Papinianus Juriſconſultus *in d. l. 1. §. ult. verſ. Verius eſt. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdict.* loquatur de ſpeciali iuriſdictione, mero imperio 25

oppoſita, arguunt abunde verba: *more maiorum*, quibus ſignificatur juriſdictio tantùm ea, quæ iure magiſtratus more maiorum competit, proindeque mandari poteſt alii, *l. more maiorum. 5. ff. de iurisdict. junct. d. l. 1. in princ. verſ. Quæ verò iure magiſtratus. ff. de officio eius, &c.*

26 Denique pro nova iſthac opinione *Dominus Obrechtus in tractat. de jurisdict. cap. 3. num. 7. & 9. & diſputat. de jurisdict. & imperio, theſi 200. & 209. 219. & 211.* conſiderat & illud, quod imperium hoc dicitur merum, ad differentiam mixti imperii, quod ideo mixtum dicitur, quia juriſdictioni ineſt ſive cohæret juriſdictioni. *l. 1. in fin. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict. Merum,* ait, *imperium dicitur, quod purum & ſimplex eſt, id eſt, ſejunctum & ſeparatum à juriſdictione. Cum enim mixtum ideo dicatur imperium, quod cohæret & ineſt juriſdictioni, conſequitur inde, merum imperium illud eſſe, quod juriſdictioni non eſt immiſtum, ſed ab ea ſeparatum.* Verùm conſideratio hæc recentem illlam opinionem nihil planè meo animo juvat. Ut enim arrogatio nihilominus ſpecies eſt adoptionis generalis, licèt à ſpeciali adoptione omninò ſeparata ſit, & agnatio nihilominus ſpecies eſt generalis cognationis, quamvis ſit planè ſejuncta à ſpeciali cognatione; ſic merum imperium nihilominus eſt ſpecies

genera

generalis juriſdictionis, licèt nulli ſpeciali juriſdictioni inſit, ſed ab omni juriſdictione hujuſmodi ſeparatum ſit. Et certè quia merum imperium ſejunctum omninò eſt à quavis alia generalis juriſdictionis ſpecie, idcirco rectè dicitur juriſdictionis ſpecies, cum ea ſit natura † diverſarum ſpecierum uno ſub genere comprehenſarum, ut inter ſe diſſentaneæ ſint, generi autem ſuo conſentaneæ, ut Logici docent. Generaliter *jus dicit* omnis ille, qui pro ſua poteſtate jus conſtitutum, quodcunq; illud ſit, decernit negocio, ad quod pertinet, ſive jus in cauſa quadam reddit, *ut ſuprà cap. 1.* expoſui. Quicunque ergo magiſtratus in criminali etiam cauſa pronuntiat, ſive profert ſententiam condemnatoriam, vel abſolutoriam, is *jus dicit, decernit, reddit*, & quidem illud jus, quod præcipit, ut rei nocentes damnentur, innocentes abſolvantur, *de quo in l. 1. & 2 ff. de legibus. l. Eum qui. 18. in princip. ff. de injur. l. abſentem. 5. ff. de pœnis. l. ordo. 8.* ibi, *pœna legum. ff. de public. judic.* Et quia hoc etiam modo *jus dicit, reddit, decernit*, certè juriſdictionem exequitur, cum ſint conjugata jus dicere, & juriſdictio. 27

Quod mixtum attinet imperium, rejecta recentiorũ quorũdam opinione, & hoc ſpeciẽ eſſe generalis juriſdictionis, diſtinctã à juriſdictione ſpeciali, cui cohærere & ineſſe dicitur, 28

cum

cum veteribus ac pleriſque neotericis intrepidè affirmo; tum quia diſertè diſtinguitur iuriſdictio ſpecialis ab utroque imperio mero & mixto, *in d. l. 3. ff. de jurisdict.* tum quia in eadem lege ſpecialis iuriſdictio ſingulariter proprio Exemplo declaratur: tum etiam quia nominatim ſeparatur imperium quoque mixtum ab ipſa iuriſdictione, *in l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdict.* tum poſtremò quia mixtum imperium iuriſdictioni cohærere dicitur, *in d. l. 1. §. ult. junct. l. ult. §. 1. ff de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* dicitur item mixto imperio ineſſe iuriſdictio, *in d. l. 3. ff. de jurisdict.*

Quòd autem alicui rei cohærere & ineſſe dicitur, id aliud eſſe ab eo, cui ineſt, vel cui cohæret neceſſe eſt, ſic pactum bonæ fidei contractui in continenti adiectum, ineſſe dicitur ipſi contractui, qui tamen ab ipſo pacto diſertè diſtinguitur, *in l. jurisgentium. 7. §. Quinimò. 5. verſ. Ea enim pacta. ff. de pact.*

29 Ut autem novæ illius opinionis Authores ac Patroni tutentur ſententiam ſuam de mixto imperio, quod iuriſdictionis ſpeciem eſſe negant, hoc potiſſimùm utuntur argumento: Mixto, ajunt, imperio ineſt iuriſdictio, juxta textum in *l. 3. ff. de jurisdict.* at ineſt, non ut ſpecies generi, ſed ut ſimplex compoſito, ſive ut qualitas ſubiecto ſuo. Ita ſcribit Dominus Obrechtus *in dict. tract. de jurisdict. c. 2. num. 14.*

Cæterùm quando iuriſdictio ineſſe dicitur mixto imperio, in proximè citata lege, per iuriſdictionem non ſignificatur generalis illa iuriſdictio, cuius ſpecies ſunt, iuriſdictio ita in ſpecie dicta, & imperium mixtum, itemque merum. Species † enim tota, quæ ſua ex forma conſtat, & ex ea ſpecies dicitur, non ineſt generi, quamvis genus ſit eſſentiale ſpeciebus, cùm non rectè dixeris; animal eſt; Igitur eſt homo. Siquidem poſſit eſſe beſtia. Elementum eſt; ergo ignis; cum vel aër, vel terra, vel aqua eſſe poſſit. Sed cum iuriſdictio dicitur ineſſe mixto imperio, per iuriſdictionem ſignificatur ſpecialis iuriſdictio, imperio oppoſita, & quidem illa iuriſdictio ſpecialis, quæ *notio* dicitur, *in l. Notionem. 99. ff. de verb. ſignificat. & l. Ait Prætor. 5. ff. de re judicat.* Et licèt hæc iuriſdictio ineſſe dicatur imperio mixto, attamen ſpecie differt ab ipſo imperio, quod mixtum appellatur, quippe cum magiſtratus municipales notionem illam ſeparatim habeant, non habeant etiam imperium, *l. Ea quæ. 26. ff. ad municipal.* Sic aliàs idem imperium mixtum ſpecie diſtinguitur à iuriſdictione ſpeciali, *in l. Muto. 6. §. Tutoris datio. ff. de tutelis.* Unde & illud patet, quòd iuriſdictio non inſit imperio, ut ſimplex compoſito ſuo.

Quod etiam ex eo cognoſcere poſſumus, quod nunquam iuriſdictio dicitur mixta, quæ impe-

imperio ineſſe dicitur, *in d. l. 3. ff. de juriſdict.* Cum tamen, ſi mixtum imperium eſſet totum aliquod cujus partes ſint, imperium, & juriſdictio, non minùs rectè mixta diceretur juriſdictio, quàm imperium mixtum.

31 Mixtum autem idcircò imperium hoc appellatur, quod ei adjuncta eſt juriſdictio, id eſt, notio ſive cognitio quædam. Id quod etiam ex eo manifeſtum eſt, quòd imperium non merum, id eſt, mixtum imperium cohærere juriſdictioni dicitur, & propter cohærentiam ſive adjunctionem illam inſeparabilem tranſire dicitur ad eũ, cui mandata eſt juriſdictio, *l. 1. in fin. & l. ult. §. 1. ff. de officio ejus, cui mandat. eſt juriſdict.* quo tamen utroq; loco de alio agitur mixto imperio, quàm de quo mentio fit *in d. l. 3. ff. de juriſd. ut infrà ſuo loco oſtendã.*

32 Deinde novæ illius opinionis adfert Dominus Obrechtus dicto loco & hoc argumentum. Ulpianus Juriſconſultus *in d. l. 3. ff. de juriſdict.* cùm de mixto etiam agit imperio, non uſurpat generis loco juriſdictionem. Sed neque † hoc argumentum concludens eſt, cùm

33 ſæpe in definitionibus non exprimatur, ſed ſubintelligatur genus, uti arguit definitio publici, itemque privati iuris, *in l. 1. §. Hujus ſtudij. ff. de juſtit. & jur. & §. Hujus ſtudii. Inſtitut. dict. tit.* tum definitio iuris naturalis, *in d. l. 1. §. jus naturale eſt. ff. eod. tit. & Tit. Inſtit. de jure naturali gent. & civili. in princ.* cum

tum etiam definitio iuris civilis, & iuris Prætorii definitio, *in l. jus civil. 6. & l. ſeq. ff. de juſtit. & jur.* Definitio item ingenui, *in Tit. Inſtit. de ingenuis.* Definitio Libertinorum, *in Tit. Inſtit. de libertinis.* & denique definitio donationis cauſa mortis in *§. 1. Inſtit. de donationib.*

Adhæc idem Dominus Obrechtus *dict. cap. 2. num. 16. & 21. ſimplex,* ait, *juriſdictio in jure noſtro non reperitur*; quod & ego veriſſimum eſſe agnoſco, ſi ſpectes imperium mixtum, quod modica coercitione continetur, hoc enim omni omninò iuriſdictioni cohæret, ut translata iuriſdictione ſpeciali huiuſmodi etiam imperium mixtum cenſeatur translatum, *d. l. 1. in fin. & l. ultim. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio.* Verùm quod attinet imperium mixtum, quod definitur in *d. l. 3. ff. de jurisdict.* ab illo certè pura & ſimplex eſſe poteſt iuriſdictio ſpecialis, cum magiſtratus municipales ſimplicem habeant iuriſdictionem, cum tamen imperium eiuſmodi non habeant, *d. l. Ea quæ 26. ff. ad municipal. junct. l. 4. ff. de jurisdict.* 34

Subiicit poſtea Dominus Obrechtus *eodem cap. 2. num. 16.* Nihil eſſe iuriſdictionis, quod non etiam mixti ſit imperii, nec quicquam eſſe mixti imperii, quod non etiam iuriſdictionis ſit. Idem ante ipſum ſenſit & Cuiac. *lib. 21. obſer-* 35

obſervat. cap.30. & in lib. 1. quaſtion. Papin. pag. 11. & 12. & poſt utrumque *Scipio Gentilis tra-ctat. de juriſdict. cap. 2. in fin. & cap. 3. 4. & 24.* Sed hoc pronuntiatum mihi Paradoxon eſt; tum quia modicè coërcere contumacem in cauſa civili ſolius mixti eſt imperii, non iuriſdictionis ſpecialis, *l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.* at cognoſcere prius, an contumax ſit modicè coercendus; eſt ſolius iuriſdictionis ſpecialis; cum ipſa notio, ſive cognitio de re aliqua ſit ſpecialis iuriſdictionis; *d. l. Ait Prætor. 15. ff. de re judic.* tum etiam quia ipſum *dare bonorum poſſeſſionem* eſt ſolius mixti imperii, *d. l. 3. ff. de juriſdict.* ut & ipſum *jubere caveri Prætoria ſtipulatione*, & *mittere in bonorum poſſeſſionem* eſt tantùm mixti imperii, non iuriſdictionis ſpecialis. Verum *cognoſcere*, an danda ſit bonorum poſſeſſio, an iubendum ſit caveri Prætoria ſtipulatione, vel mittendum in poſſeſſionem eſt ſimplicis iuriſdictionis, *l. 4. ff. d. t. & d. l. Ea quæ. 26. ff. ad municipal.*

36 Poſtremò *Cujac. ad l. 1. 2. 3. & 4. ff. de juriſdict. mihi pag. 5.* ut oſtendat, iuriſdictionem ſpecialem nihil eſſe aliud, quàm mixtum imperium, ita arguit; Judicem dare eſt iuriſdictionis, *dict. l. 3. in fin. ff. d. t.* Sed iudicem dare eſt mixti imperii, *l. cum Prætor. 12. §. 1. verſ. Item hi*, ibi, *propter vim imperij. ff. de judic.* Ergo imperium mixtum, & iuriſdictio idem ſunt.

ſunt. Idque probat † etiam argumento *d. l. 3. ff. de jurisd.* hoc modo: In principio eiuſdem legis proponit Ulpian. duas tantum ſpecies, merum & mixtum imperium, nec addit confeſtim, & ſingulariter ſpeciem tertiam, juriſdictionem ſcilicet ſimplicem: definit deinde imperium merum, à maxima ſui parte, & majoris momenti, à gladii ſcilicet poteſtate. Poſt definit mixtum imperium, & huius imperii duo ſubiicit exempla: *dare bonorum poſſeſſionem*, & *judicem* dare. Eſt ergo dare judicem, mixti imperii.

At licet magni videantur eſſe momenti hæ ambæ rationes, attamen nihil me movent. Nam quod ad priorem attinet, ex *d. l. Cùm Prætor. 12. § 1. ff. de judic.* petitam, reſponderi poteſt, eo loco per imperium non ſignificari imperium illud, quod mixtum dicimus, ſed imperii nomen denotare ibi magiſtratū, quod ipſemet etiam Cuiac. fatetur, *in commentariis in lib. 1. Pauli ad edictum, mihi pag. 20. in explicatione. l. Legatus. 12. ff. de offic. Proconſul.* Sic aliàs etiam imperii nomine ſignificatur non tantùm merum & mixtum imperium, ſed & juriſdictio ſpecialis, atque omnis poteſtas, quam magiſtratus aliquis habet, *ut in l. Et ideo. 8. leg. ultim. ff. de offic. Proconſul. l. 3. & l. 4. Digeſt. de offic. Præſid. & l. 4. ff. de recept. arbitr.*

Altera ratio idcirco haud neceſſariò con- 38

cludir, quod rarum non eſt in jure, ut ex tribus ſpeciebus duæ tantùm proponantur primum, ac poſtea ſeparatim ſubiiciatur ſpecies tertia. Sic Imp. Juſtinianus *in §. Actionum autem, Inſtit. de actionibus*, duas tantùm actionis ſpecies proponit: *Actionum*, ait, *quædam bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti juris.* Poſtea verò in §. *Præterea quaſdam*, ſubiicit actionum ſpeciem tertiam, actiones ſcilicet arbi-
59 trarias. Quod autem † arbitrariæ actiones, neque bonæ fidei, neque ſtricti juris ſint, apparet *ex l. in actionibus. 5. in princ. junct. §. Planè. ff. de in litem jurand.* ubi primum Martianus Juriſconſultus ab actionibus arbitrariis, ut ſunt in rem actio, & actio ad exhibendum, quæ arbitrariæ ſunt, *dict. §. Præterea quædam Inſtit. de action.* diſertè diſtinguit bonæ fidei actiones, ac poſtmodum ſeparatim, & ſingulariter meminit actionis ſtricti juris. Similiter Papinianus Juriſconſultus *in l. 3. §. 1. ff. de uſuris*, diſtinguit invicem arbitrarias, bonæ fidei & ſtricti juris actiones. Sic etiam actionum duo tantùm proponuntur genera *in §. omnium autem actionum. Inſtit. de actionib.* Cùm tamen poſtea *in §. Quædam actiones, Tit. eod.* ſubiiciatur genus tertium.

Et quia Ulpianus Juriſconſultus *in d. l. 3. ff. de juriſdict.* dividit ſolum imperium in merum & mixtum; neq; ſingulariter, & nominatim mixtum imperium vocat juriſdictionem, probari

probari ex eo non poteſt loco, quod idem ſint duo illa, juriſdictio ſpecialis, & mixtum imperium.

Quod autem eadem in lege meminit ſpecialis juriſdictionis, eamque per unum aliquod definit exemplum, id per occaſionem hanc factum reor, quod prius in mixti imperii definitione facta fuit juriſdictionis mentio.

Verum itaq; manet, generalis juriſdictionis tres ſpecies eſſe, juriſdictionem ſpecialem Imperium mixtum & merum imperium.

Eſt tamen, qui juriſdictionis quartam conſtituit ſpeciem, in ea juriſdictione, quæ nominatim lege tribuitur, ut Franciſc. de Claperiis, *Tractat. de juriſdict. concluſ. 24. & ſeq.* At quia Juriſdictio illa vel mixto apponitur Imperio, ut infrà ſub capite, *de imperio mixto* oſtendam, vel ſpeciali juriſdictioni cognitionali, ut cap. ſequenti dicetur; nihil opus eſt, ſpeciem juriſdictionis conſtituere quartam. 41

Specialem juriſdictionem (quod ignorandum non eſt) Doctores vocant etiam juriſdictionem & juſtitiam baſſam; Germani, das Niedergericht. Imperium mixtum appellant juſtitiam mediam, noſtro Idiomate, das Obergericht. Merum imperium altam nominant juſtitiam Maſuerius *in Practica forenſi, tit. de Judicibus, & eorum juriſd. n. 12.* In noſtra Germania dicitur Hochgericht/ das Halßgericht/ Item/ der Blutbann/ die hohe Obrigkeit. 42

In Saxonia autem juriſdictio alia eſt ſuperior, alia inferior. Ober: vnnd Vndergericht. Superior Juriſdictio das Obergericht/comprehendit merum & mixtum imperium. Inferior juriſdictio eſt ea, quam Doctores ſimplicem & baſſam vocant juriſdictionem, Matthias Coler. *de proceſſibus executivis, part. 2. cap. 1. num. 109. & ſeq. Daniel Mollerus lib. 4. Semeſtrium, c. 45. n. 1.*

In Palatinatu, Franconia & vicinis locis ipſa criminalis juriſdictio, ſive merum imperium appellatur non tantùm Blutban/ ſed & Malefitziſche Obrigkeit/ Cendtbarliche Obrigkeit/ die hohe Fraiſch/ Cendtbarlichkeit/ Centgericht/ Centgerechtigkeit/ Centrecht/ Centfälle. Et quandoque Vogtey vber das Maleſitz. Et Dominus, cui competit Juriſdictio criminalis vocatur Centherr/ Item Fraiſchherr/ ut ex aliis ſcribit Andr. Knichen in Synoptica tractatione, de ſublimi & Regio territorii jure, c. 4. n. 35. 36. & 37.

Caput III.

De Speciali Juriſdictione, ubi de l. 3. verſic. Quod in danda, & verſ. ultim. ff. de iuriſdiction.

1 Datio bonorum poſſeſſionis an mixti ſit imperii, vel ſpecialis iuriſdictionis.
2 Iuriſdictionis ſpecialis definitio eiusq; explicatio.
3 Definitio iuriſdictionis ſpecialis veterum iuris interpretum, ut & Franciſc. de Claper. inepta videtur. & num. 5.
4 Iudicis officium duplex, mercenarium & nobile.
6 Specialis iuriſdictio duplex, prior conſiſtit in cognoſcendo & judicando cauſam actionis inter duos pluresve controverſam: poſterior in cognoſcendo negotio, quod mixti eſt imperii.
7 Licentia dandi judicis utrum juriſdictionis ſit, quæ actionibus inſeruit: an verò eius juriſdictionis, quæ conſiſtit in cognoſcendo negotio, quod mixti imperii eſt.
8 Cauſa reſtitutionis in integrum, an ſit mixti imperii vel juriſdictionis ſpecialis. & n. 9.
10 Cognitio cauſæ reſtitutionis in integrum eſt poſterioris generis juriſdictionis ſpecialis.
11 Datio tutoris utrum ſpecialis ſit juriſdictionis, an mixti imperii, vel quartæ cuiuſdam innominatæ juriſdictionis ſpeciei.
12 Ipſa datio tutoris per ſe conſiderata mixti eſt imperii: Cauſæ autem cognitio, quæ deſideratur in tutoris datione, eſt ſpecialis juriſdictionis generis poſterioris. & n. 13. 14. 16. 18. 21.
15 Explicatio l. ea quæ. 26. ff. ad municipal.
17 Ea quæ mixti ſunt imperii & iuriſdictionis ſimplicis vel jure magiſtratus competunt, vel nominatim lege aut Principis beneficio tribuuntur. & 19.
20 Ea quæ magiſtratus iuſſu in cauſâ civili expediuntur, mixti imperii ſunt.

22 Iuriſdictio ſpecialis poſterioris generis continetur vel levi, vel exacta & plena cauſæ cognitione.

23 Secunda diviſio ſpecialis juriſdictionis in contentioſam & voluntariam juriſdictionem.

24 Tertia diſtinctio in juriſdictionem ordinariam & extraordinariam.

25 Alia conditio & natura ordinariæ, alia item extraordinariæ juriſdictionis.

26 Quarta diſpertio juriſdictionis in Eccleſiaſticam & ſecularem.

27 An judex ſecularis cognoſcere poſſit & judicare de cauſa ſpirituali & eccleſiaſtica quò ad ea, quæ in facto conſiſtunt. & n. 19.

28 Quæſtio facti in cauſa ſpirituali merè eſt profana & ſpiritualitatis habet nihil.

30 Non inconveniens eſt, ut reſpectu eiuſdem rei poſſeſſorium ſit temporalis iuriſdictionis, petitorium verò iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

31 An poſſeſſorium judicium adipiſcendæ poſſeſſionis rei ſpiritualis, ad eccleſiaſticam vel ſecularem pertineat juriſdictionem.

32 Cauſæ poſſeſſionis decimalis, itemq; juris patronatus, ad laici judicis tribunal ſpectant.

33 Si cauſa ſit realis inter clericum & laicum, judicem ſecularem de ea adeundum eſſe, ſub cuius iuriſdictione res illa eſt ſita.

34 Si de ſeculari cauſa judex Eccleſiaſticus aliàs incompetens ex litigatorum conſenſu pronuntiaverit, & ab eius ſententia laicus victus, ad ſuperiorem appellare velit judicem, utrùm ad Eccleſiaſticum, vel ſecularem iudicem appellatio fieri poſſit. & n. 35. 37. 38. 39 41. 42. 43.

36 Prorogatio iuriſdictionis, ut rectè fieri poſſit, neceſſe eſt, ut qualitas cauſæ qualitati juriſdictionis prorogatæ reſpondeat.

40 Appellans à Cameræ ſententiis ad ſummum Pontificem pecuniaria mulctatur pœna.

44 Quæſtio matrimonialis utrùm Eccleſiaſticæ ſit iuriſdictionis, an verò ſecularis. & n. 45. 46. 47.

48 An ſecularis iudex de nullitate ſententiæ ab eccleſiaſtico judice data cognoſcere queat.

49 De nullitate ſententiæ cognoſcit vel idem iudex, vel iudex appellationis.

50 Vtrum ſecularis an verò eccleſiaſticæ iuriſdictionis ſit quæſtio, quâ quæritur, an pendente lite inter ma-

rem &

rem & fœminam de prætenſo matrimonio contra-cto, ſponſa putativa ſequeſtranda ſit necne?

51 Si cauſa coniugii, non inter ipſos coniuges, ſed alios putà filium cuiuſdam coniugii, & alium quendam: vel inter unum coniugem & filium, incidenter moveatur circa principalem de ſucceſſionis iure cauſam, quæ ſeculari in iudicio ventilatur, an ſecularis ille iudex cognoſcere ſimul poſſit, de incidente illa matrimonii quæſtione.

52 Si coram eccleſiaſtico Principe, qui regalia, privilegia, & feudalia bona ab imperatore & imperio habet, quædam profana cauſa, quæ ad ipſius iuriſdictionem civilem pertinet, ratione iuris illius Cæſarei, diſceptata ſit, & victus appellare velit, utrum ad eccleſiaſticum iudicem ſuperiorem, putà Rom. Pontificem vel Cameram imperialem appellatio iſthæc dirigi debeat, Et ſi ad Cameram appellatio dirigi debet, quæritur ulterius an litigatores ex cōſenſu ſuo poſſint prorogare eccleſiaſticam iuriſdictionem ſuperioris eccleſiaſtici iudicis. n. 53.

54 Quinta diviſio iuriſdictionis, in allodialem juriſdictionem & feudalem.

55 Feudalis cognitio data eſt vel paribus curiæ, vel domino feudi, vel iudicibus loci ordinariis & communibus, vel arbitris compromiſſariis. & n. 57.

56 Pares curiæ ſive curtis qui ſint.

58 Si lis ſit de feudi promiſſione ordinarius iudex de eâ cognoſcit, non pares curiæ.

59 Si dominus feudi Imperator ſit, aut Rex vel Princeps, Comes, Baro cui controverſia eſt cum vaſallo, an nihilominus eius cognitio ad parium quoque iuriſdictionem pertineat, licet curiæ pares ipſo Domino longè inferiores ſint. & n. 60.

61 An pares curiæ qui omnes laici ſunt, poſſint cognoſcere de contentione inter vaſallum & dominum, qui clericus eſt.

62 Pares curiæ poſſint ne eſſe iudices inter dominum & vaſallum, ſi de ipſa feudi inveſtitura lis ſit, vaſallus autem nullum aliud ab eodem domino feudum poſſideat.

63 An iuriſdictio ſit parium curiæ, ſi de feudo alia actio moveatur inter dominum & vaſallum, quàm condictio ex lege ſive ex moribus feudorum.

64 Si vaſallus interdicto agat adverſus dominū de feudi poſſeſſio-

poſſeſſione controverſia ea ad parium iuriſdictio-
nem pertineat nec ne.

65 Si inter ipſos covaſallos de feudo lis ſit; quis iudex in-
ter ipſos eſſe debeat. & n. 66. 67. 68. 69.

70 Explicatio §. illud tamen ſciendum. titul. 15. libr. 2.
Feudor.

71 Vtrum vaſalli in caſu, in quo dominus eſt iudex, re-
pudiato domino, alium iudicem eligere poſſint.

72 Quando controverſia feudalis ad ordinarii iudicis
cognitionem pertineat.

73 Quo caſu de lite feudali cognoſcant arbitri.

74 Sexta diſtinctio iuriſdictionis, quæ alia eſt ſimplicis
querelæ, alia cauſæ appellationis.

75 Quorum litigatorum lites ad Cameræ Imperialis iu-
riſdictionem devolvi poſſint.

76 A quarundam civitatum ſententiis non ad ſuperio-
rem iudicem, ſed parem aliquam civitatem ex con-
ſuetudine appellari ſolet.

77 Principes ex privilegio Auſtregarum der Auſträg/
quandoq; ſingulares habent iudices.

78 Cauſa huius privilegii Auſtregarum.

79 In quibus cauſis Imperii Principes non attento au-
ſtreg. rum privilegio, competens iudicium habeat
etiam primæ inſtantiæ in Camera imperiali.

80 Si cauſa matrimonialis verſetur inter hos, qui Auſtre-
garum privilegio fruuntur, an ea ad iudicem Au-
ſtregarum, vel Cameralem, vel ipſum Cæſarem
pertineat.

81 An poſſit in cauſa matrimoniali à prima inſtantia iu-
dicii eccleſiaſtici ad Cameram imperialem appel-
lari.

82 Si quis velit nullitatis arguere ſententiam matrimo-
nialis cauſæ, recipitur & decernitur proceſſus in
Camera.

83 An iuriſdictio appellatorii iudicii cauſas quoque re-
cipiat criminales.

84 Iure communi Iuſtinianeo criminali quoq; in cauſa
appellatio permiſſa.

85 Non in omni cauſa criminali appellatio in Camera
imperiali prohibita eſt, ſed in cauſa tantùm ca-
pitali.

86 Etſi Camera Imperialis, vel quod aliud appellationis
iudicium non recipiat in cauſa criminali appella-
tionem: ſi quis tamen ibi nullitatis querelam op-
ponere velit, audiendus eſt.

87 An ut

87 An ut Reus criminis damnatus, ſic & eo abſoluto accuſator nullitatis querelam in Camerali, vel alio appellationis iudicio, movere poſſit.
88 Septima diviſio iuriſdictionis in communem & ſingularem iuriſdictionem.
89 Iuriſdictio ſingularis quæ. & n. 90. 91. 92. 95. 96.
93 Etſi univerſitas literaria non habeat territorium, tamen iuriſdictionem habere poteſt.
94 In quibuſdam Academiis etiam actor ſcholaris reum non ſtudioſum ad Academiæ Rectorem trahere poteſt.
97 Octava diſtinctio iuriſdictionis, quâ diducitur in propriam & alienam iuriſdictionem.
98 Bartoli diſtinctio iuriſdictionis, in iuriſdictionem maximam, maiorem, magnam, parvam, minorem, minimam, vitioſa eſt. & n. 99.
100 Alia Bartoli ſectio iuriſdictionis ſecundum gradus in magnam, mediam & minimam, ut & Zaſii diviſio in maiorem, magnam & parvam, reiiciuntur.
101 Non inutile eſt omnino iuriſdictionem ſpecialem gradu diſtinguere, reſpectu habito ad cauſas, quarum aliæ in bene conſtitutis Rebuspubl. alios habent iudices.
102 Iuriſdictionis gradus duo conſtituuntur.

QUid ſpecialis ſit juriſdictio, & quomodo a mixto differat imperio, explicatu difficile eſt, nec penitus cognoſci poteſt, priuſquam, datio bonorum poſſeſſionis mixti ſit imperii, vel ſpecialis juriſdictionis, planè intelligamus. 1

2 Veteres omnes dationem bonorum poſſeſſionis mixto adponunt imperio, *per text. in d. l. 3 ff. de jurisdict.* Ubi Juriſconſultus Ulpianus, *Mixtum eſt*, ait, *imperium, cui etiam jurisdictio ineſt: quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit.* Veteribus conſentit Duaren. & Cuiac. *ibidem.* Idem Cuiac. *lib. 21. obſervat.*

c. 30. Coraſ. *lib. 3. miſcell. c. 17. num. 16.* Henricus à Suerin. *libr. repetitarum lectionum juris civilis, c. 6. verſ. Mixtum imperium.*

Ex recentioribus verò quidam jurisdictioni ſpeciali adiiciunt dationem bonorum poſſeſſionis, non mixto imperio, ut Joannes Robert. *lib. 4. ſentent. c. 22.* Govean. *in d. l. 3. n. 34. & ſeq. ff. de juriſdict.* Franciſc. Hotomannus *lib. 7. obſervat. c. 16.* & Anton. Faber. *lib. 4. conjectnrar. c. 4.*

Certant autem hi omnes de lectione textus dict. l. 3. ff. dict. tit. quem putant mendoſum. Alii autem aliter corrigendum exiſtimant eum locum. Hotoman. dicto loco Ulpianum ſcripſiſſe arbitratur: *Quod etiam juriſdictioni ineſt, argumento l. 1. §. ult. & l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.* ubi mixtum imperium ipſi juriſdictioni, non iuriſdictio ipſi imperio mixto ineſſe dicitur. Johan. Robertus dict. cap. 4. retinet quidem definitionem imperii mixti, ut concepta eſt in d. l. 3. his verbis: *Mixtum eſt imperium, cui etiam juriſdictio ineſt:* Verum ſequentia verba, novam pro illis periodum conſtituens, ex vetuſto Codice ita legenda autumat: *Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt.* Atq; ita negat pro Exemplo mixti imperii poni iſthæc verba: *Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit:* ſed ea ſpecialis juriſdictionis continere exemplum ſentit.

Govea-

Goveanus in eadem lege num. 34. eandem probet diſtinctionem, & lectionem, ſed repetit poſtmodum verba: *Juriſdictio eſt*, ac poſtremum eius legis axioma retinet, ut in vulgata ac florentina editione conceptum eſt, atque ita legendum ibi exiſtimat: *Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt. Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia.*

Eandem textus diſtinctionem & lectionem probare videtur Franciſcus Balduinus in Notis ſuis ad lib. 1. & 2. Digeſtor. pag. 103. & ſequenti.

Cæterùm Anton. Faber dict. cap. 4. lib. 4. conjecturarum, pro, *Quod*, legendum judicat, *Quæ*, atque Ulpianum ita ſcripſiſſe arbitratur: *Mixtum eſt imperium, cui juriſdictio ineſt, quæ* (iuriſdictio) *in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia.*

His emendationibus occaſionem præbuit textus in d. l. 1. §. ult. & d. l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt iuriſdictio. Ex quo utroque loco, maximè poſteriori evincitur, mixti imperii formam, quâ differt à iuriſdictione ſpeciali, & mero imperio, conſiſtere in ſola *coërcitione modica eorum, qui civili in cauſa judici non obtemperant.* Cùm autem dare bonorum poſſeſſionem non ſit coërcere aliquem, perperam & ineptè mixto imperio adſcribi vulgò dationem bonorũ poſſeſſionis.

Et certè

Et certè diffiteri non poſſum, quod & mihi eadem hæc ſententia aliquando veriſſima ſit viſa, ſine tamen correctione textus d. l. 3. ff. de iuriſdict. ac ita ſtatui; dationem bonorum poſſeſſionis, non mixti quidem imperii, ſed ſpecialis iuriſdictionis eſſe: In ipſa tamen danda bonorum poſſeſſione conſiſtere mixtum imperium, id eſt, ei cohærere, ſive, ineſſe mixtum imperium, hoc eſt, coercitionem modicam: Siquidem magiſtratus, qui dat bonorum poſſeſſionem, modicè poſſit coercere eos, à quibus impedimentum aliquod obiicitur, quò minus iſthæc iuriſdictio, in danda bonorum poſſeſſione explicetur, & exerceatur commodè.

Verùm hanc opinionem lubens depono, & veterum placito nunc volens ſubſcribo; tum quia Ulpianus *in dict. l. 3. verſ. Mixtum, ff. de iurisdict.* de eo mixto agit imperio, non quod iuriſdictioni ineſt, ſed cui ineſt iuriſdictio, & quod ſubiectum eſt iuriſdictionis, non quod eius adiunctum eſt; tum etiam quia imperium aliquod principale eſt, cuius iuriſdictio ſpecialis eſt tantùm acceſſio quædam, ſive adiunctum aliquod, *l. 4. ff. dict. tit. & l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem*, ubi Juriſconſultus Ulpianus & Paulus docent, quod iubere caveri Prætoria ſtipulatione, & in poſſeſſionem mittere imperii magis ſit, quàm iuriſdictionis. Unde apparet, quod in hiſce negociis imperium

rium principale ſit, iuriſdictio autem acceſſio; ut non immeritò imperium illud mixtum ſit dicendum, propterea quod ei ineſt, ſive cohæret iuriſdictio ſpecialis; ſiquidem etiam cognitio quædam adhibeatur, quandò iubetur quis cavere Prætoria ſtipulatione, vel in poſſeſſionem bonorum mittitur.

2 His præmiſſis definitionem ſpecialis iuriſdictionis conſtituemus: Juriſdictio ſpecialis eſt poteſtas cognoſcendi de cauſa civili, *l. Notionem. 99. in princip. ff. de verb. ſignific. l. Ait Prætor. 5. & l. Quidam conſulebat. 57. ff. de re judic. l. ſæpè. 8. & l. ſeq. ff. de offic. Præſid.*

Dominus Obrechtus arbitratur poteſtatis nomen non fungi vice generis in definitione Juriſdictionis, ſed illud Proprium eſſe imperii meri. Verùm ſuprà c. 1. oſtendi, quòd etiam cum ſpeciali iuriſdictione ſit commune.

Differentia ſpecifica ſive forma iuriſdictionis ſpecialis continetur ſequentibus propoſitæ definitionis verbis, quibus à mixto & mero diſtinguitur imperio. Mixtum imperium conſiſtit non in cognoſcendo, ſed in modicè coercendo, & imperando, ut infrà ſuo loco dicetur, & merum imperium non eſt cauſæ civilis, ſed criminalis. Unde iuriſdictio Civilis, & criminalis iuriſdictio opponuntur inter ſe in conſtitutione de pace conſtantiæ, *§. Nos Romanorum.*

Quod ſi quiſquam proximum huius iuriſdictio-

dictionis genus poni malit, definiri poteſt non incommodè his verbis: *Juriſdictio ſpecialis eſt ea juriſdictio, quæ conſiſtit in cognoſcendo de cauſa civili.* Doctores ſimplicem vocant iuriſdictionem, cùm tamen vel ei mixtum inſit ſive cohæreat imperium, *l. 1. §. ult. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſdict.* vel ipſa plerunq; inſit imperio mixto, *d. l. 3. ff. de juriſdict.*

18 Veteres autem iuris interpretes aliter definiunt hanc iuriſdictionem, his nempe verbis: Juriſdictio eſt, quæ officio iudicis mercenario expeditur, privatam utilitatem reſpiciens; Bartol. & eum ſecuti alii, *in dict. l. 3. ff. de juriſdict.*

Hæc autem definitio ab aliis improbatur, tum quod in illa genus certum eſt omiſſum, tum etiam, quod nullum ſit mercenarium iudicum officium, Dominus Obrechtus poſt alios *Tract. de juriſdict. c. 1. n. 35. & Diſput. de Juriſdict. & imperio theſi 96. & 97.*

Sed generis prætermiſſio non omninò vitiat definitionem, modò conſtet de ipſo genere, & commodè ſubintelligatur illud.

Et quia ſpecialis iuriſdictio ſpecies eſt Juriſdictionis generalis, ut ex huius diſtributione cognoſcitur, intellectu difficile non eſt, Bartolum generis loco ſubintelligere iuriſdictionis generalis nomen.

Quod verò huius definitionis attinet formam, ſi-

mam, ſive ſpecificam differentiam, planè eam iudico ineptam; tum quia non ſatis dilucidè explicat, quid ſit Juriſdictio, ita in ſpecie dicta, neque à mixto & mero quid differat imperio, ex ea cognoſci ſatis poteſt; tum quia de mercenario iudicis officio leges noſtræ nuſquam mentionem faciunt ullam; tum etiam quia & mixtum imperium privatam reſpicit utilitatem, quod tamen ſpecie differt à ſpeciali iuriſdictione.

Poſtremò, quia ſpecialis Juridictionis ſubiectum, & finis non ſolùm eſt utilitas privata, ſed & quandoque publica utilitas; ut quando Procurator Cæſaris de cauſa fiſci cognoſcit, *l. 5. Codic. ubi cauſa fiſcales agantur, & leg. 2. verſic. Quod ſi adverſus fiſcum. C. ſi adverſus fiſcum.*

Doctores officium iudicis communiter duplex conſtituunt, Mercenarium, & nobile officium. Mercenarium iudicis officium definiunt, quod per ſe non ſtat, ſed actioni deſervit, & ceſſante actione, ceſſat & ipſum officium. Nobile vocant iudicis officium, quod per ſe ſtat, non deſerviens actioni, ut quod iudex ſua, id eſt, iuris autoritate exercet, etiamſi nulla proponatur actio, *Dd. in l. 1. & l. 3. ff. de iuriedict. Canoniſt. in c. ultim. ff. de offic. iudic. Ang. Jaſon. Schneidevvin. & alij in §. Præterea quaſdam. Inſtit. de act. Weſenbec. ad Rubr. tit. Inſtit. de offic. Judic. n. 2.*

Cæte-

Cæterùm, ut dixi, autoritas iuris hanc officii iudicis partitionem non agnoſcit. Et licèt quoddam iudicis officium non deſerviat actioni, attamen alii deſeruit negocio, putà adoptionibus, emancipationibus, manumiſſionibus, reſtitutionibus in integrum, dandis bonorum poſſeſſionibus, miſſioni in bonorum poſſeſſionem, cautionibus Prætoriis, &c. Idque fateri quoq; coguntur Doctores, quando generalem iuriſdictionem definiunt, quòd ſit poteſtas de publico introducta, *cum neceſſitate jurisdicendi.* Si neceſſitas incumbit ius dicenti expedire omnem iuriſdictionem, certè iuriſdictio omnis mercenaria dici poteſt, nec alia eſt nobilis, id eſt, non mercenaria. Adhæc ſpecialis noſtra iuriſdictio non omn s actionibus deſeruit. Quæ enim mixto ineſſe dicitur imperio, non deſeruit actionibus, cum non ſit actio bonorum poſſeſſionis datio, iuſſus caveri prætoria ſtipulatione, miſſio in bonorum poſſeſſionem, reſtitutio in integrum, quibus & ſimilibus negociis ineſt, ſive cohæret iuriſdictio noſtra ſpecialis, *d. l. 3. verſ. Mixtum, & l. 4. ff. de Jurisdict. l. Ea quæ. 26. ff. ad municipal.*

5 Franciſcus de Claperiis *tractat. de Imperio & jurisdictione, concluſ. 18. num. 4.* reiecta Bartoli definitione, ſimplicem juriſdictionem definit, ut ſit juriſdictio civilis, nulli imperio accedens, jure magiſtratus competens.

Sed hæc

Sed hæc definitio duplici laborat vitio. Nam huius juriſdictionis ſpecies quædam mixto accedit imperio *d.l.3. §. Mixtum.* & *l 4. ff. de jurisdict. d. l. Ea quæ. 26. ff ad municipalem.* Quædam etiam non jure magiſtratus competit, ſed ſpecialiter lege quadam tribuitur; qualis eſt ea, quæ mixto ineſſe dicitur imperio illi, quod ſpeciali ex lege competit, huiuſmodi imperium eſt, præſtare autoritatem tutoribus & curatoribus, prædia pupillorum vel adoleſcentum alienantibus *l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienand.* de quo imperio, aliisque eius Exemplis diſſeremus poſtea infra ſuo loco.

Cæterùm ſpecialis hæc iuriſdictio variis 6
diſtinguitur modis. Et primò quidem alia conſiſtit in cognoſcendo, & judicando cauſam actionis, inter duos pluresue controverſam, *l. Ait Prætor. 5.* & *l. Quidam conſulebat. 57. ff. de re judic. junct. l. Si idem. 11. ff. de jurisdict.* Alia in cognoſcendo negocio, quod mixti eſt imperii *l. 3. verſ. Mixtum.* & *l. 4. ff. de jurisdict.* & *l. Ea quæ. 26. Digeſt. ad municipalem.*

Veteres ut & recentiores juris interpretes hanc ſpecialis juriſdictionis diſtinctionem non animadverterunt, ſed omnes *in d. l. 3. ff. de jurisdict.* ut & alibi agnoſcunt tantum ſimplicem iuriſdictionem illam priorem, qu-

actionibus inſervire civilibus tradunt. Unde etiam Duaren. *ad Tit. de jurisdict. c. 2.* Non malè, *ait*, definiemus juriſdictionem cognoſcendi judicandiq; facultatem in cauſis privatis ac pecuniariis, pro quibus actiones civiles proditæ ſunt.

De poſteriori juriſdictionis ſpecialis genere nihil præcipiunt interpretes, cum tamen ſit quædam juriſdictio cognitionalis, quæ non pertinet ad actiones, ſed ad alia negocia. *d. l. 3. verſ. Mixtum. 4. dict. l. 4. ff. de jurisd. l. Ea quæ 26. ff. ad municipalem.*

7 Queri autem hoc poteſt loco, cum licentia dandi judicis, ſpeciali annumeretur Juriſdictioni, *in d. l. 3. verſ. ult. ff. d. t.* cuiuſnam generis ea ſit ſpecialis juriſdictio, prioris vel poſterioris? Cùm vident Dd. ipſam judicis dationem non eſſe cognitionem, aliorum aliud eſt judicium de Ulpiani ſententia *in dict. l. 3. verſ. ult.* quæ hæc eſt: *Jurisdictio eſt etiam Judicis dandi licentia.*

Quidam enim, inter quos eſt Cuiac. & Domin. Obrechtus confundunt juriſdictionem, & mixtum imperium. Et utrumq; rem unam eandemque eſſe ſtatuunt, ut ſupr. c. 2. oſtendi. Proindeq; judicis dandi licentiam mixti imperii eſſe docent. Aliqui verò corrigunt textum loci illius, & pro vocibus, *Judicis dandi*, legunt, *Juris dicendi*; & tale ibi axioma conſtituunt; *Jurisdictio eſt juris dicendi licentia.*

Viglius

Vigl. in §. *Præterea,num. 7. Inſtit. Quibus teſtament. fac. non lic.* Nonnulli autem nomen *licentia ſexti*, id eſt, Ablativi caſus eſſe, non nominativi exiſtimant, & ſubintelligendam volunt præpoſitionem, *In*; ac ſi JCtus ita dixiſſet: *Juriſdictio eſt etiam in judicis dandi licentia.* Ita ſentit Alciatus libr. 2. Paradoxon cap. 8. & eum ſecutus Bellonus libr. 5. Supputat. cap. 4.

Verùm in iſthoc Ulpiani pronuntiato nihil corrigendum; juriſdictionis autem nomen exaudiendum arbitror de ſpeciali juriſdictione prioris generis, ut quæ conſiſtit in cognoſcendo, & judicando cauſam actionis inter quoſdam controverſam. Moveor, quòd huiuſmodi cauſæ cognoſcendæ ſpecialis, ſive Pedaneus Judex, jure Juſtinianeo conſtituebatur *l. Ait Prætor. 5. ff. de re jud. l. Cùm Prætor. 12. ff. de Judic. l. ſæpè. 8. & l. ſeq. ff. de offic. Præſidis.* Unde hanc Ulpiani ſententiam eſſe puto, quòd huiuſmodi juriſdictioni cohæreat licentia dandi judicis, quando dicit: *Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia.* Et quia multa alia ſunt, quæ cum hac juriſdictione ſunt conjuncta, ut eſt coërcitio modica, *l. ultim. §. 1. Digeſt. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.* & plura alia, *leg. 2. Digeſtor. de juriſdiction.* Idcircò ait Ulpianus: *Etiam*, quæ tamen particula à quibusdam codicibus abeſt; ſed malè. Atque hæc interpretatio

probari quoque videtur Duareno, *in d. l. Imperium, ff. de jurisdict. in fin. Non hîc*, ait, *principaliter definit* (Ulpianus) *quid ſit jurisdictio, ſed eam, cui mixtum imperium cohæret; quaſi dicat, Qui jurisdictionem habet, poteſt ea, quæ ſunt mixti imperij, ſed & dare Judicem poteſt.* Negat tamen ibidem Duarenus, mixti imperii eſſe, judicis dandi facultatem.

Utrumq; autem meo animo recte dici poteſt, quod iſthæc licentia ſit juriſdictionis ſpecialis, quod item ſit mixti imperii. Specialis eſt juriſdictionis illius, quæ actionibus inſeruit, hoc ſcilicet reſpectu, quod qui habet hanc Juriſdictionem, licentiam quoq; habet dandi judicem pedaneum, ut prius oſtendi. Eſt item mixti imperii, reſpectu juſſus, quo jus dicens, conſtituendo ſive dando judicem, jubet eum de cauſa actionis cognoſcere. Juſſus enim ille eſt mixti imperii, *l. 4. ff. de jurisdict. & l. Quod juſſit. 14. ff. de re judic.*

8 Dubitatur ſimiliter de causâ reſtitutionis in integrum, ſitne ſpecialis juriſdictionis, vel mixti imperii? & ſi juriſdictionis ſpecialis fuerit, quoad cauſæ cognitionem, quæ in integrum reſtitutione requiritur, *l. ult. C. ubi & apud quem cognitio in integr. reſtitut. agitand. ſit.* Quæri ulterius poteſt, ſitne prioris vel poſterioris generis? Quod ad prius attinet, veteres omnes & plerīq; recentiores cauſam reſtitutionis in integrum mixto ſubiiciunt imperio,

perio, *Bart. in d. l. 3. num. 19. ff. de juriſdict. & alij eum ſecuti ibidem, Hieronym. Muſcornus, Tractat. de juriſdict. num. 156. & ſeqq. Franciſcus de Claperiis. Tractat. de juriſdiction. Concluſ. 17. num. 1. Cuiac. ad d. l 3. imperium, ff. de juriſdict.*

At Joannes Longovallius *ad d. l. imperium. §. venio ad mixti imperij Diſputationem nu. 10. 13. 14. & ſeqq. pag 191. & ſeqq.* cauſam reſtitutionis in integrum, ſpecialis eſſe juriſdictionis, non mixti imperii affirmat. Idem ſentit Anton. Goveanus *in dict. l. 3. num. 38 39 & 40. & in l. 4. num. 6. 16. & ſeqq. ff. de juriſdict. Anton. Faber lib. 4. coniecturar. cap. 4.* quibus & ego meum aliquando calculum addere non dubitavi.

Prioris ſententiæ fundamentum ponitur *in l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem*, ubi Paulus Juriſconſultus primum *ea*, ait, *quæ magis imperij ſunt, quàm Jurisdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt.* Loquitur ergò JCtus de his, quæ mixti ſunt imperii. Deinde ſubiicit Exempla, inter quæ primum eſt reſtitutio in integrum. *Magiſtratibus*, ait, *municipalibus non permittitur in integrum reſtituere*, &c.

Poſterioris opinionis ratio ea eſt, quod mixtum imperium modica tantum coërcitione contineatur, ut ipſi huius opinionis autores & patroni volunt. *per text. in l. 1. in fin. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſd.*

quibus ex locis veriſimiliter mixtum imperium Govéanus *in d. l. 3. num. 30. ff. de juriſdict.* definit, quòd ſit modica coercitio, cui ineſt juriſdictio. Et Longovallius *in d. §. Venio ad mixti imperij, num. 1. pag. 188.* idem imperium his definit verbis: Mixtum imperium eſt modica coercitio, quæ juriſdictioni ſervit.

Reſtituere autem in integrum non eſt coercere, ſed beneficium tribuere, cùm id, quòd amiſſum eſt, per reſtitutionem in integrum reſtituatur. Non ergo mixti eſt imperii ipſa in integrum reſtitutio, ſed ſpecialis juriſdictionis.

Huic rationi & alia poteſt addi, hæc ſcilicet, quòd petitio reſtitutionis in integrum eſt quædam actionis ſpecies, *l. Non ſolùm. 39. §. Et eſt caſus 6. ff. de Procurat. leg. 1. § Ait Prætor. 4. junct. §. Idem Pomponius. 6. ff. de dolo malo, Donell. ad §. 1. num. 15. & ſeq. Inſtitut. de action. & lib. 21. Commentar. c. 4.* Atque hinc in integrum reſtitutionem qui petit, actor dicitur, *in l. penultim. in princip. & §. ult. C. de temporibus in integr. reſtit.* & in judicio reſtitutionis in integrum litis conteſtatione opus eſt, *l. ult. in fine principij. C. d. t. Mynſing. cent. 1. obſerv. 49.*

Cauſa autem actionis ſpeciali ſubiecta eſt juriſdictioni, non mixto imperio, ut ſuprà oſtendi, & communis eſt Dd. ſententia. Hinc

ergo

ergò conſequi videtur, reſtitutionem in integrum ſpecialis eſſe juriſdictionis, non mixti imperii.

Adiungunt nonnulli & hoc argumentum, quòd reſtitutionis petitæ cognitio alii mandari poteſt, *l. ult. C. de temporibus in integrum reſtitut.*

9 De hac difficultate, ut meum jam interponam judicium, veterum opinioni ſubſcribendum planè cenſeo, per textum in d. l. Ea quæ, 26. ff. ad municipalem, cui nihil obſtat, quod mixtum imperium in coercendo conſiſtere videtur, *ex dict. l. 1. in fin. & d. l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.* Non omne enim mixtum imperium coercitione continetur, ſed quoddam etiam in aliis conſiſtit negociis, *d. l. 3. verſ. Mixtum. & l. 4. ff. de juriſdict.*

Neq; etiam refragatur, quòd petitio reſtitutionis in integrum actio dicitur, id enim impropriè fit, cùm actio propriè ſit jus perſequẽdi in judicio, quod nobis debetur, ut Juſtin. definit in §. 1. Inſtit. de act. Ipſa autem reſtitutio in integrum nobis jure civili non debetur, ſed beneficio Prætoris extra ordinem tribuitur, *l. 3. 4. & 5. ff. de in integrum reſtit. l. 1. & tot. tit. de minorib. l. 1. & t. tit. ff. Ex quib. cauſ. maior.*

Denique non obſiſtit communi opinioni, quòd cognitio cauſę reſtitutionis in integrum alii mandari poteſt. *l. ult. C. de temporibus in*

 integrum

integrum reſtit. Nam & nonnulla eorum, quæ mixti ſunt imperii, mandari poſſunt. *l. 1. in fin. l. pen. § ult. l. ult. § 1. ff. de offic eius, cui mandat. eſt jurisdictio.*

10 Ex huius Quæſtionis reſolutione patet & alterius expeditio, cùm enim petitio reſtitutionis in integrum propriè non ſit actio, ita ſpecialiter dicta, conſequens ei eſt, quod cognitio cauſæ reſtitutionis in integrum non prioris, ſed poſterioris ſit generis ſpecialis juriſdictionis.

11 Eſt & illa huius loci quæſtio, datio Tutoris utrum ſpecialis ſit juriſdictionis, an mixti imperii? Cùm enim generali ſubiiciatur juriſdictioni, ut ſuprà c. 1. contra alios argumentis indubiis manifeſtum reddidi, conſequens ei eſt, quod alterutri ſpeciei, juriſdictioni ſcilicet ſpeciali, vel mixto imperio adponi debeat, ſiquidem meri imperii eſſe nequeat. Bart. & communiter Dd. in *l. 1. & l. 3. ff. de jurisdict. & l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* tutoris dationem mixti eſſe imperii affirmant.

Orianus verò in commentario *in d. l. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdict.* ſimplicis eſſe juriſdictionis exiſtimat, non mixti imperii.

Sed Franciſcus de Claperiis, *Tractat. de jurisdict. Concluſ. 24. & ſeq.* dationem tutoris, & cætera, quę nominatim lege quadã tribuuntur

quartę cuidam innominatę juriſdictionis ſpeciei aſſignat.

Eſt & quarta opinio Hieronymi Muſcorni, *Tractat. de jurisd. nu.168. verſ. Hæc ſunt præcipua, & numero ſeq. mihi pag.169.* ubi diſtinguit inter tutoris dationem, quæ maioribus competit magiſtratibus, putà Prætori, Præſidi, Proconſuli, & eam quę competit magiſtratibus municipalibus. Illam mixti imperii eſſe autumat, hanc verò ſpecialis eſſe juriſdictionis ſcribit.

Ego autem diſtinguendum judico inter ipſam tutoris dationem, & cauſæ cognitionem, quæ deſideratur in datione tutoris. Tutoris datio per ſe conſiderata, meo animo, mixti eſt imperii; quippe cùm per mandatum & juſſum magiſtratus expediatur, qui juſſus, & mandatum mixti eſt imperii, *l. Quod juſſit. 14. ff. de re judic. junct. l.4. ff. de jurisdict. & l. Ea, quæ. 26. ff. ad municip.* Et quia datio bonorum poſſeſſionis mixti eſt imperii, *d. l.3. §. mixtum. ff. de jurisdict.* Cur non & ipſa tutoris datio? cùm hæc plus juſſus & imperii habeat, quàm illa; Siquidem tutor etiam invitus detur: Bonorum verò poſſeſſor non niſi volens conſtituatur, *& §. Sed ex his. verſ. Nam ſuprà dictis,* ibi, *Neq; de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, Inſtit. de Attiliano Tutor.* Ipſa autem cauſæ cognitio, quæ deſideratur in tutoris datione, *l. In dando. 18. l.* 12

divi. 24. ff. de tutoribus & curat. datis ab his, qui jus dandi habent. § Sed ex his legibus, ibi, *ex inquiſitione. & §. Sed hoc jure,* ibi, *ex inquiſitione, Inſtit. de Atiliano tutor. l. 2. in fin. Cod. Quando mulier tutel. officio fung.* non eſt imperii, ſed ſpecialis juriſdictionis, generis poſterioris, quæ ſpecialis juriſdictio cum inſit dationi tutoris, & ei cohæreat, patet ex eo etiam, quòd ipſa tutoris datio mixti ſit imperii, *per text. in dict. l. 3. verſic. Mixtum. ff. de jurisdiction.*

13 Non adverſatur huic concluſioni, quod Ulpianus Juriſconſultus tutoris dationem negat eſſe imperii, *in l. Muto. 6. §. tutoris. 2. ff. de tutel.* Hæc enim Juriſconſulti ſententia, ut & ſuprà cap. 1. apperui, exaudienda eſt de illo tantùm imperio mixto, quod jure magiſtratus competit, ex eo ſolo, quod eſt magiſtratus. Tutoris autem datio non competit jure magiſtratus, ſed lege ſpeciali, cui nominatim tributa eſt, ei ſoli competit, jure Iuſtinianeo *d. l. 6. §. tutoris, vers. Sed ei ſoli competit, ff. d. t.*

14 Neq; etiam refragatur quòd jus dandi tutores omnibus magiſtratibus municipalibus datum dicitur, *in l. 3. ff. de tutorib. & curatoribus datis ab his, &c. & l. 2. §. Si mater, in fin. ff. ad Senatusconſultum Tertull.* Cùm tamen ea, quæ magis ſunt imperii, quàm juriſdictionis, hiſce magiſtratibus denegata pronuntiet Paulus
15 Juriſconſultus, *in d. l. Ea quæ. 26. in principio ff. ad*

ff. ad municipal. In hac enim lege proponitur Regula de his, quæ magis ſunt imperii, quàm jurisdictionis. Huius Regulæ exceptio traditur in tutoris datione, quæ licèt magis ſit imperii, quàm jurisdictionis, magiſtratui tamen municipali competit; idq; favore pupillorũ, nedum hic expectarentur Præſides, facultates impuberum ex ea mora detrimentum acciperent, *ut arguit textus in l. Sancimus. 30. C. de Epiſcopali aud. & §. Nos autem*, ibi, *nec expectata juſſione Præſidum, Inſtit. de Attil. tutor.* & ſcribit expreſsè Paulus Caſtrenſis, *in leg. 1. num. 4. verſ. Reſpondeo, ff. de tutorib. & curat. datis ab his. & Ioannes Faber ad princip. titul. Inſtit. de Attil. tutor. col. 3. verſic.* Sed & clarius Fulgoſ. *num. 13. & 17.* & Dec. *num. 46. in leg. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.*

Sic eiusdem Regulæ exceptionem admittit juris autoritas in cautione de damno infecto. Damni enim infecti actio eſt prætoria, *§. Prætoriæ ſunt. Inſtitution. de diviſion. ſtipulat.* eaque mixti eſt imperii, & quidem magis eſt imperii, quàm iuriſdictionis *l. 4. ff. de jurisdict.* nihilominus tamen iubere caveri hac prætoria ſtipulatione poſſunt etiam magiſtratus municipales ex iuſſu Prætoris, ſiquidem res damni infecti celeritatem deſideret, & dilatio eius ſit periculoſa, *l. 1. & leg. 4. §. Dum ergo, 3. Digeſt. de damno infecto.* Cùm aliàs, qua

quæ magis ſunt imperii, quàm juriſdictionis, non competant magiſtratibus municipalibus, *dict. l. Ea, quæ. 26. ff. ad municipal.*

16 Similiter non obloquitur, quod dandi tutoris poteſtas alii mandari nequit, *l. Nec mandante. 8. in princip. ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his, &c.* Ea autem, quæ mixti ſunt imperii, alii poſſunt mandari. *l. 4. §. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt jurisdictio.* Eſt enim diſtinguendum inter ea, quæ mixti ſunt imperii; hæc vel jure magiſtratus competunt, & mandari poſſunt, vel nominatim lege, aut Principis beneficio tribuuntur, & mandari non poſſunt. *l. 1. ff. d. t.* Cuius poſterioris generis eſt tutoris datio, *d. l. Muto. 6. §. tutoris, verſ. Sed ei ſoli. ff. de tutelis.*

17 Franciſci de Claperiis opinionem, de quarta juriſdictionis ſpecie, quod attinet, ea certè veriſimilis videri poteſt, cùm tutoris datio & à mixto imperio, & à juriſdictione ſimplici, quam vocant, expreſsè removeatur *in dict. l. Muto. 6. §. tutoris. 2 ff. de tutelis*, ac certum ſit, quod mero imperio tribui nequeat, proindeque alia juriſdictionis ſpecies, quæ ſit quarta, neceſſariò ponenda videatur, modo ſub genere iuriſdictionis poteſtatem dandi tutoris retinere velimus.

18 Verùm enimverò cùm generalis juriſdictionis tres tantū ſpecies juris autoritas agnoſcat; Merum imperium, mixtum imperium, & juriſ-

& juriſdictionem ſpecialem, *l. 3. ff. de juriſdict.* non eſt admittenda quarta illa Cleperiana juriſdictionis ſpecies.

Aequè autem & hoc loco diſtinguendum 19 eſt inter mixtum imperium, itemque juriſdictionem illam ſpecialem. Mixtum imperium & ſpecialis juriſdictio vel jure magiſtratus ordinariè competit, vel extra ordinem ſpeciali lege, aut Principis beneficiò nominatim tribuitur, *l. Si in aliam. 7. §. ult. junct. l. ſeq. ff. de officio Proconſul. & l. 1. in princip. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.* Prioris generis mixtum imperium & juriſdictio ſpecialis ſignificantur ſolùm appellatione imperii, & juriſdictionis in d. l. Muto. 6. §. tutoris, ff. de tutelis, ut evincitur ibi ex oppoſitione imperii, itemque juriſdictionis, atque illius poteſtatis juriſdictionalis, qua lege, Juriſconſulto, aut Principis beneficio nominatim conceditur.

Quòd ſi eo loco per *imperium & juriſdictionem* ſignificaretur omne mixtum imperium, & omnis juriſdictio ſpecialis, conſequeretur inde, quod tutoris datio omninò acenſeri non poſſet juriſdictioni, cùm tamen datio tutoris ſub juriſdictionis genere comprehendatur, ut arguit textus expreſſus in *l. 3. §. Sed et ſi. 5. ff. judic. ſolvi, & in l. 3. in prin. ff. de poſtuland.* & pluribus oſtendi argumentis ſuprà cap. 1.

Quia

Quia verò ipſa tutoris datio per ſe conſiderata non eſt iuriſdictionis cognitionalis, ſed magiſtratus potiſſimùm iuſſu expeditur; cui tamen quædam cauſæ cognitio accedit, manifeſtum inde evadit, quòd mixti ſit imperii, *arg. l. quod juſſit. 14. ff. de re jud. & l. Ille à quo. 13. §.*
20 *pen. ff. ad SCtum Trebell.* Ex quibus locis conſtat, imperii eſſe ea, quæ magiſtratus iuſſu in cauſa civili expediuntur, & docet Anton. Goveanus *in l. 4. ff. de Juriſd.* Si imperii ſunt, non alterius, quàm mixti ſunt imperii, cum fiant adhibita quadam ſpeciali iuriſdictione, id eſt, cauſæ cognitione, quæ mixto huiuſmodi imperio ſemper ineſt, *d. l. 3. verſ. mixtum, ff. de juriſdict.*

21 Poſtremò nihil etiam movere quenquam debet Muſcorni opinio. Imperium enim mixtum, & ſpecialem iuriſdictionem, non ex ſubiectis perſonis, quibus competunt, diſcernimus, ſed ex ſua forma interna, *ut arguit textus in dict. l. 3. ff. de juriſdict.* Mixti imperii interna forma eſt iuſſus, cui iuriſdictio ſpecialis, id eſt, quædam cauſæ cognitio ineſt. Specialis iuriſdictionis interna forma eſt ipſa cauſæ cognitio, ut ſuprà eodem hoc capite 3. docui. Tutoris ergo datio, ſive fiat à maiore ſive à minore Magiſtratu, mixti eſt imperii, cùm in ea expedienda & imperium, & ſpecialis iuriſdictio concurrant.

Eſt & illud hìc notandùm, quod iuriſdi- 22
ctio ſpecialis, poſterioris generis, continetur vel levi, vel exacta & plena cauſæ cognitione. Levis cauſæ cognitio ſufficit in adoptionibus, & manumiſſionibus, quæ fiunt à maioribus, *argument. l. 2. ff. de officio Proconſulis.* & danda bonorum poſſeſſione edictali, *l. ult. C. Qui admitti ad bon. poſſeſ. poſſunt.* Exacta & plena cauſæ cognitio exigitur in his, qui per decretum expediuntur, *l. Nec quicquam. 8. §. 1. ff. de offic. Proconſul.*

Secundò diſtinguitur ſpecialis iuriſdictio 23
in contentioſam & voluntariam juriſdictionem. *l. 2. ff. de officio Proconſul.* Illa exercetur in Invitum, cùm duo pluresúe de cauſa quadam in judicio contendunt *leg. Inter. 83. §. 1. verſ. Judicium, ff. de verb. obligat.* Henricus à Suerin libro repetitar. lectionum iuris cap. 6. verſ. contentioſa iuriſdictio. Donell. lib. 17. comment. c. 8.

Hæc verò expeditur inter volentes, putà in manumiſſionibus, & adoptionibus *d. l. 2. ff. de officio Proconſulis.* bonorum poſſeſſionis agnitione *l. 1. ff. de juriſdict. & l. ult. C. Qui admitti ad bonor. poſſeſ.* Huius diſtributionis uſus in eo conſiſtit, quòd iuriſdictio contentioſa exerceri non poteſt, niſi in territorio ius dicentis, *l. ultim. Digeſt. de juriſdiction. Baldus in leg 1. numer. 5. Codic. de jure aureorum annul.* Berous *conſil. 59. num. 26. vol. 3.* Beccius

conſil.

conſil.62.n.27.in fin. Hieron. Gabriel. *conſ.181.n.31.& ſeq.n.35 40.& ſeq.*

Voluntaria verò juriſdictio expediri poteſt in territorio etiam alieno *d. l.2. in princip. ubi Coſtal. ff. de offic Proconſul. l. Emancipati 36. ff. de adopt.* Hippol. de Marſil. *in d. l.ult. n.10. in fin. ff. de Jurisdict.* Bellamera *deciſ. 649. n.7. fol. 123.* Bald. *in d. l. Emancipati. 36. num.1. ff. de adopt.*

24 Tertiò diſtinguitur juriſdictio ſpecialis in ordinariam & extraordinariam. Illa jure magiſtratus competit ex eo ſolo, quod quis magiſtratus eſt: hæc verò extra ordinem ſpeciali quadam lege, aut Principis beneficio nominatim tribuitur, *d. l. Si in aliam. 7. § ult. ff. de offic. Proconſul. junct. l.1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio.*

Prioris generis eſt cognoſcere, & iudicare de litigatorum privatâ ſive pecuniaria controverſia, *l. ſæpè. 8 & l. ſeq. ff. de offic. Præſidis. l. Ait Prætor. 5. & l. Quidam conſulebat 57. ff. de re judic. l. Notionem 99. &* ibi *Alciat. Gœdd. & alij, ff. de verb. ſignat.* Cuiuſmodi controverſia eſt etiam de civili cauſâ ſuſpecti tutoris, vel curatoris, *l.1. §. An autem, ff. de ſuſpectis tutor. & l.4. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisdict.*

Poſterioris generis eſt cauſæ cognitio de dando in Provinciis iudice ſpeciali, *l. Cùm Prætor. 12. §.1. ff. de jud. l. legatus. 12. ff de offic.*

Proconſul.

Proconſul. Cuiac. in lib. 1. Pauli ad edict. pag. 20. col. 1. in princ. de tutore pupillis dando d. l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis, & l. Nec mandante. 8. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his, & c. de alienatione Prædiorum, quæ ſunt minorum, *l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutel. vel cura ſunt l. 2. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* de tranſactione ſuper alimentis ultima voluntate relictis, *dict. l. cum hi. 8. §. Sed nec mandare, ff. de tranſact.* tum etiam de adoptione liberorum *l. 2. §. 1. & l. ſeq. ff. de offic. Proconſul.* tum denique de emancipatione liberorum, *l. ult.* ibi, *quib. hoc facere vel legib. vel longa conſuetudine permiſſum eſt. C. de emancipat. liberorum.*

Eſt autem alia conditio, & natura ordinariæ, alia item extraordinariæ iuriſdictionis. 25 Illam qui habet, poteſt eam alii mandare, hanc verò mandare alii nemo poteſt, *l. more. 5. ff. de jurisd. & l. 1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisdict.*

Quartò diſtinguitur iuriſdictio ex ſubiectis ſuis in Eccleſiaſticam & ſecularem: Illa 26 magiſtratui Eccleſiaſtico in cauſis Eccleſiaſticis, hæc Laico ſive ſeculari competit magiſtratui in ſecularibus negociis, *c. 1. cap. Si clericus. c. cùm ſit generale. c. licet. & tot. Tit ext. de foro competenti.* Nec confundi debet ſecularis iuriſdictio cum Eccleſiaſtica iuriſdictione, *text. eſt in ordinat. Cameræ Imper. part. 2.*

Tit. 1. in princ. verſ. doch ſollen daneben/ꝛc. *decernimus, &c. Quanto. extr. de Judic.* Vant. *de nullitate ex defectu jurisdictionis ordinariæ, nu. 54 & ſeqq.*

27 Hinc quæritur, poſſitne judex ſecularis cognoſcere & judicare de cauſa ſpirituali, & eccleſiaſtica, quò ad ea, quæ in facto conſiſtunt? Baldus negat *in leg. Quoties. 3. Codic. de Judic. l. Omni innovatione, 6. Codic. de SS. Eccleſ.* Imola *in leg. Titia. 34. ff. ſolut. matrimon. & in cap. cum ſit generale. extr. de foro competenti.*

Pro hac opinione, quę etiam Fachinæo placet, *lib. 1. controverſiar. jur. c. 44.* adducitur textus in c. Si Judex Laicus, Tit. de ſententia executionis, in 6. tum etiam hæc ratio, quod cauſæ continentia dividi non debeat. *l. Nulli. 10. Cod. de judic.* Proindeque cùm de juris ſive proprietatis quæſtione in cauſa Eccleſiaſtica cognoſcat judex Eccleſiaſticus, de facti etiam quæſtione eundem cognoſcere debere. Bartolus verò affirmantem probat ſententiam *in dict. l. Quoties. 3. C. de judic. & dict. l. Titia, ff. ſolut. matrimon.* & poſt alios Didac. Covar. *in Epitom. de Sponſalib. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 3.* & Senatus Pedemontanus, *deciſ. 137. num. 11.*

28 Huius autem Concluſionis fundamentum eſt, quòd quæſtio facti merè eſt profana, & ſpiritualitatis habet nihil, ut communiter

ſentiunt

ſentiunt Dd. referente Alexand. *in dict. l. Titia, ff. ſolut. matrimon.* Jaſon *in dict. l. Quoties, num. 6. Cod. de judic.* Vant. *de nullitate ex defect. jurisdict. ord. num. 54. verſ. Quamvis ſi eſſet*, Coſtal. *in Rubr. titul. ff. de Sponſalib.* Aufrer. *tit. de poteſtate ſeculari, in Eccleſiaſt. Reg. 4. num. 12. verſ. Octavo fallit.* Atque hanc veram magisq; receptam dicit opinionem, Menoch. *de retinend. poſſ. remed. 3. num. 335.* & Proſper Farinac. *in praxi & theoria criminali, lib. 1. tit. 1. quæſtion. 8. num. 25. verſ. limita. principaliter.*

Eſt & media de hac quæſtione conciliatrix ſententia, quæ mihi quoque probatur, hæc ſcilicet, Quæſtio illa facti de re eccleſiaſtica movetur vel inter laicos, vel ab Eccleſiaſtico actore contra Laicum; & hoc utroque caſu aiens opinio procedit. Vel movetur ea quæſtio inter duos Eccleſiaſticos, vel à ſeculari perſona cõtra Eccleſiaſticum reum, & hoc caſu utroque admittenda opinio negata. Ita diſtinguunt Didac. Covarruv. *libr. practicar. quæſtion. 35.* Menochius *de recuperand. poſſ. Remed. 15. num. 223. & ſequenti, & de retinend. poſſeſ. Remed. 3. num. 324. & ſequentib.* Farinac. *dict. quæſtion. 8. num. 23. verſ. Sublimita ſecundò, & num. 25. verſic. Sublimita primò*, Fachinæus *lib. 8. Controverſ. juris. capit. 15. verſicul. Hæc ſunt, quæ alij attulerunt.* 29

Diſtinctionis huius ratio eſt, quod actor forum Rei ſequi tenetur, *l. 2. C. de juriſdict. l. ult. ubi Stchard. Cod. ubi in rem actio exerceri debeat, & c. cùm ſit generale, & c. ſi clericus. ext. de foro competenti*, quodque cognitio de re Eccleſiaſtica contra clericum ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet. *c. ſi judex laicus, Tit. de ſententia excommunicationis, in 6.* quod denique civilis & criminalis quæſtio Eccleſiaſticæ mota Perſonæ, non ad ſecularem; ſed Eccleſiaſticum pertinet Judicem. *Auth. Statuimus ut nullus. C. de Epiſcop. & cler.* Harum regularum Exemplum eſt propoſitum in cap. ult. ext. de judiciis, ubi magiſtratus Florentin. de cauſa poſſeſſionis (quæ facti magis eſt, quàm juris. *l. 1. §. 3. l. naturalis. §. 1. l. poſſeſſionem 29. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. Deniq; 19. ff. Ex quib. cauſis maior.* maximè ſi naturalis ſit. Cuiac. in *paratit. Codic. de acquir. & retinend. poſſeſſ.*) a clericis contra Laicos mota cognovit.

30 Nihil obſtat deciſioni diſtinctionis propoſitæ membri primi, ratio negatæ opinionis: non enim inconveniens eſt, ut reſpectu eiuſdem rei poſſeſſorium ſit temporalis juriſdictionis, Petitorium verò juriſdictionis Eccleſiaſticæ, cùm nihil cauſæ inter ſe habeant proprietas & poſſeſſio, *l. naturaliter, 12. §. 1. & l. Quod meo. 18. §. 1. Digeſt. de adquir. vel amitt. poſſ.* Guido Papæ *deciſio. 1, num. 1. & 2.*

Andreas

Andreas Gail. *lib.1.obſervat.practic.obſerv.37. num.5.*

Quod igitur Andr.Gail. jam dicto loco, & obſervat. ſequent. num. 3. ſimpliciter ſcribit, poſſeſſorium judicium ad ſecularem pertinere iudicem; quod etiam Petrus Friderus Mindanus ſentit. libr. 1. de Proceſſibus formandis, c. 11. n.15. ſub prædicta diſtinctinctione verum cenſeo.

Quod ſi tamen clericus litem velit movere laico ſacrilego, de re Eccleſiæ ablata, in arbitrio eſt clerici, laicum convenire, coram Eccleſiaſtico vel ſeculari iudice ipſius laici, *d. c.cùm ſit generale, ubi Cujac.ext.de foro cõpet.* Atque hinc clericatus Mindenſis, civitatem Mindenſem, & capitulũ Hamburgenſe, ipſam Hamburgenſem civitatem de ſpolio quodam in Camera Imperiali convenerunt, *teſte Mynſing.cent. 5.obſ.93. §.ult.*

Si tamen laicus Reus ſuam eſſe rem, non Eccleſiaſticam affirmat, hoc caſu, litis huius deciſio, ad laici illius iudicem ſecularem pertinet, *d.c.ſi clericus.extr.d.t.*

Cæterùm quæſtionis eſt controverſæ, an poſſeſſorium iudicium adipiſcendæ poſſeſſionis rei ſpiritualis ad Eccleſiaſticam, vel ſecularem pertineat iuriſdictionem? Joannes 31
Igneus *in l. Neceſſarios. 5. Si alias, part. 2.n.42. ff. de Senatuſconſulto*, Silan. & Ant. Theſſaur. poſt alios, *deciſ. Pedemont. 82. num. 2. & ſeqq.*

hoc etiam poſſeſſorium judicium ſeculari juriſdictioni ſubiiciunt, etſi inter clericos, vel contra clericum agatur cauſa.

Verùm Guido Papæ, *quæſt.1.* Menoch. *de recuperand. poſſeſ. remed.15.num.235.& conſ.268. num.17.* & Farinacius, *dict. quæſtion. 8. num. 23. verſic. Sublimita ſecundò*, illorum opinionem planè falſam judicant, & quidem rectè. In adipiſcendæ enim poſſeſſionis judicio non tantùm facti quæſtio verſatur, ſed illud proprietatis cauſam habet annexam. *l.2. §. Quædam. & §. ſequent. ff. de juriſdict.* quæ proprietas in ſpiritualibus à Judice Laico tractari non poteſt, *cap. tuam. extr. de ordin. cognit. & cap. Lator. extr. Qui filij ſint legitimi.*

Non confirmat opinionem contrariam conſuetudo quorundam locorum, quâ nituntur eius Patroni. Conſuetudo enim iſthæc jure improbatur, *c. clerici, ubi gl. & Dd. extr. de jud. can. placuit, & can. abolita, 21. q. 1.* & ſentiunt Dd. communiter, quos refert & ſequitur Farinacius d. q. 8. num. 3.

Cùm, ut dixi, cauſa Eccleſiaſticæ poſſeſſionis retinendæ vel recuperandæ, quòd ea tantùm facti ſit, ad juriſdictionem pertineat ſe-
82 cularem, ſi lis ſit contra Laicum, apparet inde, quòd & cauſæ poſſeſſionis decimalis, itemque juris patronatus, ad Laici judicis tribunal ſpectent, Andreas Gail. *dict. libr. 1. obſerv.*

obſervation. 38. num. 3. 4. 6. & ſeq. Theſſaur. deciſ. 82. Mynſing. cent. 1. obſervat. 100. in princip. Petrus Friderus Mindan. dict. libr. 1. cap. 11. num. ult.

Similiter ſi cauſa ſit realis inter clericum 33
& laicum, judex ſecularis erit de eâ adeundus, ſub cuius juriſdictione res illa eſt ſita, quamvis reus ſit clericus, *l. 1. & l. ult. C. ubi in rem actio, & cap. 1. c. 3. &c. ex tranſmiſſa. extr. de foro compet.* Andr. Gail. *libr. 1. obſervat. 38. num. 4.* Mynſ. *cent. 5. obſerv. 93. num. 6. & reſp. 47. num. 26.*

Non deſunt tamen, qui reali actione clericos coram ſuo Eccleſiaſtico Judice conveniendos cenſent, *Marant. de ord. jud. part. 4. diſtinct. 11. num. 2. in fin. adducens Abbatem.* Sed horum opinionem in fraudem temporalis ſive ſecularis juriſdictionis à quibuſdam Canoniſtis ſine legibus & ratione excogitatam dicit Petr. Frider. Mindan. *dict. lib. 1. c. 11. num. 13.*

Eſt & illa huius loci quæſtio notabilis, ſi 34
de ſeculari cauſa judex Eccleſiaſticus aliàs incompetens, ex litigatorum conſenſu pronuntiaverit, & ab eius ſententia laicus victus, ad ſuperiorem appellare velit judicem, utrum ad Eccleſiaſticum, vel ſecularem judicem appellatio fieri poſſit? Petr. Friderus *d. c. 11. n. 4. & 5.* ad ſuperiorem judicem ſecularem rectè

fieri appellationem exiſtimat, hoc motus argumento, quòd renuntiatio competentis fori, ut omnis alia renuntiatio ſtricti iuris eſt, proindeqùe ultra mentem renuntiantis extendi non debet; *l.1.ff.ſi quis in jus vocat, non ierit. l. Eum 13 & l. ult. ff. de jurisd. argum. l. ſi eum. 10. §. 2. ff. Si quis cautionibus judic. ſiſtend. cauſa fact.*

Renuntiantes ergo litigatores privilegio fori competentis primæ inſtantiæ, non cenſentur ſimul renuntiâſſe eidem privilegio ſecundæ inſtantiæ.

Accedit & illud argumentum, quod recurſus uniuscuiusq; rei ad priſtinum ſuum ſtatum favorabilis eſt, *l. voluntate. 10. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. ſol. & l. Si unus. 27. §. pactus. in fin. ff. de pact.*

Adiungit Friderus & hanc rationem, quòd Eccleſiaſtici Judices non admittant, ut Clericus ſibi laicum eligat iudicem: Et licèt Clericus iuramento ſuo in laicum conſentiat iudiçem, attamen hac renuntiatione nihil agi ſtatuant, *C. ſi diligenti, ff. de foro compet.* unde arguit, pati etiam debere Eccleſiaſticos iudices, ut laicus in cauſa peculiari ab ipſorum ſententia ad ſecularem appellet iudicem in eadem ſeculari cauſa. Cùm quisqùe id iuris in ſe decerni pati debeat, quòd ipſemet in alium ſtatuit, *tot. Tit. ff. Quod quisq; juris in alium, &c.*

Verùm

Verùm hæc Frideri opinio vera ſit necne, haud immeritò quis dubitaverit. Primò enim expeditum † planè non eſt, quod ſeculari in causa litigatores Laici prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam poſſint. Ut enim Eccleſiaſtici litigatores ſuâ in causâ prorogare nequeunt iuriſdictionem ſecularem, *c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti. ext. de foro competent.* Ita nec litigatores laici ſuâ in ſeculari cauſa prorogare Eccleſiaſticam iuriſdictionem poſſe videntur. Siquidem † prorogatio iuriſdictionis, ut rectè fieri poſſit, neceſſe ſit, ut qualitas cauſæ qualitati iuriſdictionis prorogatę reſpondeat, putà ut in cauſa civili iuriſdictio civilis, in cauſa ſeculari, iuriſdictio ſecularis, in cauſa Eccleſiaſtica iuriſdictio eccleſiaſtica prorogetur, *Cyn. in l. 1. in fin. C. de Jurisd. & in l. Teſtamenta omnia. 18. n. 2. C. de Teſtam. Jaſ. in l. ſi per errorem. 15. n. 4. & ibidem Zaſ. n. 7. & Coraſ. ff. de jurisdict.* 35 36

Accedit huc, quod ſecularibus ſe negociis immiſcere prohibentur clerici, *diſtinct. 88. Episcopus.* & eccleſiaſtici ſecularia negocia non curant; *& can. 1. & ſeqq. 21. q. 3.* 37

Deinde poſito, quòd laici Litigatores, qui 38 iuriſdictioni iudicis Eccleſiaſtici ſunt ſubiecti, prorogârint eius iuriſdictionem in cauſis ſecularibus, quæ ad illius iudicis iuriſdictionem non pertinent: quo caſu prorogationem valere poſt alios ſentit etiam Vulteius *in d. l. 1.*

conſil.62.n.27. in fin. Hieron. Gabriel. *conſ. 181. n.31.& ſeq. n. 35 40.& ſeq.*

Voluntaria verò juriſdictio expediri poteſt in territorio etiam alieno *d. l. 2. in princip. ubi Coſtal. ff. de offic. Proconſul. l. Emancipati 36. ff. de adopt.* Hippol. de Marſil. *in d. l. ult. n. 10. in fin. ff. de Juriſdict.* Bellamera *deciſ. 649. n. 7. fol. 123.* Bald. *in d. l. Emancipati. 36. num. 1. ff. de adopt.*

24 Tertiò diſtinguitur juriſdictio ſpecialis in ordinariam & extraordinariam. Illa jure magiſtratus competit ex eo ſolo, quod quis magiſtratus eſt: hæc verò extra ordinem ſpeciali quadam lege, aut Principis beneficio nominatim tribuitur, *d. l. Si in aliam. 7. § ult. ff. de offic. Proconſul. junct. l. 1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio.*

Prioris generis eſt cognoſcere, & iudicare de litigatorum privata ſive pecuniaria controverſia, *l. ſæpè. 8 & l. ſeq. ff. de offic. Præſidis. l. Ait Prætor. 5. & l. Quidam conſulebat 57. ff. de re judic. l. Notionem 99. &* ibi *Alciat. Giedd. & alij, ff. de verb. ſignat.* Cuiuſmodi controverſia eſt etiam de civili cauſa ſuſpecti tutoris, vel curatoris, *l. 1. §. An autem, ff. de ſuſpectis tutor. & l. 4. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdict.*

Poſterioris generis eſt cauſæ cognitio de dando in Provinciis iudice ſpeciali, *l. Cum Prætor. 12. §. 1. ff. de jud. l. legatus. 12. ff. de offic. Proconſul.*

Proconſul. Cuiac.in lib.1.Pauli ad edict. pag.20. col.1. in princ. de tutore pupillis dando d.l. Muto. 6. §. tutoris. ff. de tutelis,& l. Nec mandante. 8. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his,&c. de alienatione Prædiorum, quæ ſunt minorum, *l.1. ff de rebus eorum, qui ſub tutel. vel cura ſunt l. 2. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio.* de tranſactione ſuper alimentis ultima voluntate relictis, *dict. l. cùm hi. 8. §. Sed nec mandare, ff. de tranſact.* tum etiam de adoptione liberorum *l. 2. §. 1. & l. ſeq. ff. de offic. Proconſul.* tum denique de emancipatione liberorum, *l. ult.* ibi, *quib. hoc facere vel legib. vel longa conſuetudine permiſſum eſt. C. de emancipat. liberorum.*

Eſt autem alia conditio, & natura ordinariæ, alia item extraordinariæ iuriſdictionis. 25 Illam qui habet, poteſt eam alii mandare, hanc verò mandare alii nemo poteſt, *l. more. 5. ff. de jurisd. & l. 1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisdict.*

Quartò diſtinguitur iuriſdictio ex ſubiectis ſuis in Eccleſiaſticam & ſecularem: Illa 26 magiſtratui Eccleſiaſtico in cauſis Eccleſiaſticis, hæc Laico ſive ſeculari competit magiſtratui in ſecularibus negociis, *c. 1. cap. Si clericus. c. cùm ſit generale. c. licèt. & tot. Tit ext. de foro competenti.* Nec confundi debet ſecularis iuriſdictio cum Eccleſiaſtica iuriſdictione, *text. eſt in ordinat. Cameræ Imper. part. 2.*

Tit. 1. in princ. verſ. doch ſollen daneben/ꝛc. *decernimus, &c. Quanto. extr. de Judic.* Vant. *de nullitate ex defectu jurisdictionis ordinariæ, nu. 54 & ſeqq.*

27 Hinc quæritur, poſſitne judex ſecularis cognoſcere & judicare de cauſa ſpirituali, & eccleſiaſtica, quò ad ea, quæ in facto conſiſtunt? Baldus negat *in leg. Quoties. 3. Codic. de Judic. l. Omni innovatione, 6. Codic. de SS. Eccleſ.* Imola *in leg. Titia. 34. ff. ſolut. matrimon. & in cap. cum ſit generale. extr. de foro competenti.*

Pro hac opinione, quę etiam Fachinæo placet, *lib. 1. controverſiar. jur. c. 44.* adducitur textus in c. Si Judex Laicus, Tit. de ſententia executionis, in 6. tum etiam hæc ratio, quod cauſæ continentia dividi non debeat. *l. Nulli. 10. Cod. de judic.* Proindeque cùm de juris ſivè proprietatis quæſtione in cauſa Eccleſiaſtica cognoſcat judex Eccleſiaſticus, de facti etiam quæſtione eundem cognoſcere debere. Bartolus verò affirmantem probat ſententiam *in dict. l. Quoties. 3. C. de judic. & dict. l. Titia, ff. ſolut. matrimon.* & poſt alios Didac. Covar. *in Epitom. de Sponſalib. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 3.* & Senatus Pedemontanus, *deciſ. 137. num. 11.*

28 Huius autem Concluſionis fundamentum eſt, quòd quæſtio facti merè eſt profana, & ſpiritualitatis habet nihil, ut communiter ſentiunt

ſentiunt Dd. referente Alexand. *in dict. l. Titia, ff. ſolut. matrimon.* Jaſon *in dict. l. Quoties, num. 6. Cod. de judic.* Vant. *de nullitate ex defect. jurisdict. ord. num. 54. verſ. Quamvis ſi eſſet*, Coſtal. *in Rubr. titul. ff. de Sponſalib.* Aufrer. *tit. de poteſtate ſeculari, in Eccleſiaſt. Reg. 4. num. 12. verſ. Octavo fallit.* Atque hanc veram magisq; receptam dicit opinionem, Menoch. *de retinend. poſſ. remed. 3. num. 335.* & Proſper Farinac. *in praxi & theoria criminali, lib. 1. tit. 1. quæſtion. 8. num. 25. verſ. limita. principaliter.*

Eſt & media de hac quæſtione conciliatrix ſententia, quæ mihi quoque probatur, hæc ſcilicet, Quæſtio illa facti de re eccleſiaſtica movetur vel inter laicos, vel ab Eccleſiaſtico actore contra Laicum; & hoc utroque caſu aiens opinio procedit. Vel movetur ea quæſtio inter duos Eccleſiaſticos, vel à ſeculari perſona cõtra Eccleſiaſticum reum, & hoc caſu utroque admittenda opinio negata. Ita diſtinguunt Didac. Covarruv. *libr. practicar. quæſtion. 35.* Menochius *de recuperand. poſſ. Remed. 15. num. 223. & ſequenti, & de retinend. poſſeſ. Remed. 3. num. 324. & ſequentib.* Farinac. *dict. quæſtion. 8. num. 23. verſ. Sublimita ſecundò, & num. 25. verſic. Sublimita primò*; Fachinæus *lib. 8. Controverſ. juris. capit. 15. verſicul. Hæc ſunt, quæ alij attulerunt.* 29

Diſtinctionis huius ratio eſt, quod actor forum Rei ſequi tenetur, *l. 2. C. de jurisdict. l. ult. ubi Stchard. Cod. ubi in rem actio exerceri debeat, & c. cùm ſit generale, & c. ſi clericus. ext. de foro competenti*, quodque cognitio de re Eccleſiaſtica contra clericum ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet. *c. ſi judex laicus, Tit. de ſententia excommunicationis, in 6.* quod denique civilis & criminalis quæſtio Eccleſiaſticæ mota Perſonæ, non ad ſecularem, ſed Eccleſiaſticum pertinet Judicem, *Auth. Statuimus ut nullus. C. de Epiſcop. & cler.* Harum regularum Exemplum eſt propoſitum in cap. ult. ext. de judiciis. ubi magiſtratus Florentin. de cauſa poſſeſſionis (quæ facti magis eſt, quàm juris. *l. 1. §. 3. l. naturalis. §. 1. l. poſſeſſionem. 29. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. Deniq. 19. ff. Ex quib. cauſis maior.* maximè ſi naturalis ſit. Cujac. in *paratit. Codic. de acquir. & retinend. poſſeſſ.*) a clericis contra Laicos mota cognovit.

30 Nihil obſtat deciſioni diſtinctionis propoſitæ membri primi, ratio negatæ opinionis: non enim inconveniens eſt, ut reſpectu eiuſdem rei poſſeſſorium ſit temporalis juriſdictionis, Petitorium verò juriſdictionis Eccleſiaſticæ, cùm nihil cauſæ inter ſe habeant proprietas & poſſeſſio, *l. naturaliter, 12. §. 1. & l. Quod meo. 18. §. 1. Digeſt. de adquir. vel amitt. poſſ.* Guido Papæ *deciſio. 1, num. 1. & 2.*

Andreas

Digitized by Google

Andreas Gail. *lib. 1. obſervat. practic. obſeru. 37. num. 5.*

Quod igitur Andr. Gail. jam dicto loco, & obſervat. ſequent. num. 3. ſimpliciter ſcribit, poſſeſſorium judicium ad ſecularem pertinere iudicem; quod etiam Petrus Friderus Mindanus ſentit. libr. 1. de Proceſſibus formandis, c. 11. n. 15. ſub prædicta diſtinctinctione verum cenſeo.

Quod ſi tamen clericus litem velit movere laico ſacrilego, de re Eccleſiæ ablata, in arbitrio eſt clerici, laicum convenire, coram Eccleſiaſtico vel ſeculari iudice ipſius laici, *d. c. cùm ſit generale, ubi Cujac. ext. de foro cõpet.* Atque hinc clericatus Mindenſis, civitatem Mindenſem, & capitulũ Hamburgenſe, ipſam Hamburgenſem civitatem de ſpolio quodam in Camera Imperiali convenerunt, *teſte Myn-ſing. cent. 5. obſ. 93. §. ult.*

Si tamen laicus Reus ſuam eſſe rem, non Eccleſiaſticam affirmat, hoc caſu, litis huius deciſio, ad laici illius iudicem ſecularem pertinet, *d. c. ſi clericus. extr. d. t.*

Cæterum quæſtionis eſt controverſæ, an poſſeſſorium iudicium adipiſcendæ poſſeſſionis rei ſpiritualis ad Eccleſiaſticam, vel ſecularem pertineat iuriſdictionem? Joannes Igneus *in l. Neceſſarios. 5. §. alias, part. 2. n. 42. ff. de Senatusconſulto*, Silan. & Ant. Theſſaur. poſt alios, *deciſ. Pedemont. 82. num. 2. & ſeqq.* 11

hoc etiam poſſeſſorium judicium ſeculari juriſdictioni ſubiiciunt, etſi inter clericos, vel contra clericum agatur cauſa.

Verùm Guido Papæ, *quaſt.1.* Menoch. *de recuperand. poſſeſ. remed.15.num.235.& conſ.268. num.17.* & Farinacius, *dict. quæſtion. 8. num. 23. verſic. Sublimita ſecundò*, illorum opinionem planè falſam judicant, & quidem rectè. In adipiſcendæ enim poſſeſſionis judicio non tantùm facti quæſtio verſatur, ſed illud proprietatis cauſam habet annexam, *l. 2. §. Quædam. & §. ſequent. ff. de juriſdict.* quæ proprietas in ſpiritualibus à Judice Laico tractari non poteſt, *cap. tuam. extr. de ordin. cognit. & cap. Lator. extr. Qui filij ſint legitimi.*

Non confirmat opinionem contrariam conſuetudo quorundam locorum, quâ nituntur eius Patroni. Conſuetudo enim iſthæc jure improbatur, *c. clerici, ubi gl. & Dd. extr. de jud. can. placuit, & can. abolita, 21. q. 1.* & ſentiunt Dd. communiter, quos refert & ſequitur Farinacius d. q. 8. num. 3.

Cùm, ut dixi, cauſa Eccleſiaſticæ poſſeſſionis retinendæ vel recuperandæ, quòd ea tan-
82 tùm facti ſit, ad juriſdictionem pertineat ſecularem, ſi lis ſit contra Laicum, apparet inde, quòd & cauſæ poſſeſſionis decimalis, itemque juris patronatus, ad Laici judicis tribunal ſpectent, Andreas Gail. *dict. libr. 1. obſerv.*

obſervation. 38. num. 3. 4. 6. & ſeq. Theſaur. deciſ. 82. Mynſing. cent. 1. obſervat. 100. in princip. Petrus Friderus Mindan. dict. libr. 1. cap. 11. num. ult.

Similiter ſi cauſa ſit realis inter clericum & laicum, judex ſecularis erit de eâ adeundus, ſub cuius juriſdictione res illa eſt ſita, quamvis reus ſit clericus, *l. 1. & l. ult. C. ubi in rem actio, & cap. 1. c. 3. &c. ex tranſmiſſa. extr. de foro compet.* Andr. Gail. *libr. 1. obſervat. 38. num. 4.* Myn*ſ. cent. 5. obſerv. 93. num. 6. & reſp. 47. num. 26.* 33

Nondeſunt tamen, qui reali actione clericos coram ſuo Eccleſiaſtico Judice conveniendos cenſent, *Marant. de ord. jud. part. 4. diſtinct. 11. num. 2. in fin. adducens Abbatem.* Sed horum opinionem in fraudem temporalis ſive ſecularis juriſdictionis à quibuſdam Canoniſtis ſine legibus & ratione excogitatam dicit Petr. Frider. Mindan. *dict. lib. 1. c. 11. num. 13.*

Eſt & illa huius loci quæſtio notabilis, ſi de ſeculari cauſa judex Eccleſiaſticus aliâs incompetens, ex litigatorum conſenſu pronuntiaverit, & ab eius ſententia laicus victus, ad ſuperiorem appellare velit judicem, utrum ad Eccleſiaſticum, vel ſecularem judicem appellatio fieri poſſit? Petr. Friderus *d. c. 11. n. 4. & 5.* ad ſuperiorem judicem ſecularem rectè 34

Verùm hæc Frideri opinio vera ſit néc ne haud immeritò quis dubitaverit. Primò enim expeditum † planè non eſt, quod ſeculari in cauſa litigatores Laici prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam poſſint. Ut enim Eccleſiaſtici litigatores ſuâ in causâ prorogare nequeunt iuriſdictionem ſecularem, *c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti. ext. de foro competenti:* Ita nec litigatores laici ſuâ in ſeculari cauſa prorogare Eccleſiaſticam iuriſdictionem poſſe videntur. 35

Siquidem † prorogatio iuriſdictionis, ut rectè fieri poſſit, neceſſe ſit, ut qualitas cauſæ qualitati iuriſdictionis prorogatę reſpondeat, putà ut in cauſa civili iuriſdictio civilis, in cauſa ſeculari, iuriſdictio ſecularis, in cauſa Eccleſiaſtica iuriſdictio eccleſiaſtica prorogetur, *Cyn. in l. 1. in fin. C. de Iurisd. & in l. Teſtamenta omnia. 18. n. 2. C. de Teſtam. Iaſ. in l. ſi per errorem. 15. n. 4. & ibidem Zaſ. n. 7. & Coraſ. ff. de iurisdict.* 36

Accedit huc, quod ſecularibus ſe negociis immiſcere prohibentur clerici, *diſtinct. 88. Epiſcopus.* & eccleſiaſtici ſecularia negocia non curant, *& can. 1. & ſeqq. 21. q. 3.* 37

Deinde poſito, quòd laici Litigatores, qui iuriſdictioni iudicis Eccleſiaſtici ſunt ſubiecti, prorogârint eius iuriſdictionem in cauſis ſecularibus, quæ ad illius iudicis iuriſdictionem non pertinent: quo caſu prorogationem valere poſt alios ſentit etiam Vulteius *in d. l. 1.* 38

 num. 111.

num. 111. C. de juriſdict. & probat non parum *text. in cap. Si duobus, §. ult. de appellat.* quia tamen litigatores illi ſubiecti ſunt Eccleſiaſticæ juriſdictioni, victi in judicio Eccleſiaſtico, ſi appellare velint ad ſuperiorem Eccleſiaſticum iudicem id fieri neceſſe eſt, non ad iudicem ſecularem, cùm appellationes haud rectè fiant, niſi ad ſuperiorem ab illo, à cuius ſententia fit appellatio, *l. 1. §. penultim. ff. de appellation. l. 1. in princip. ff. Quis & à quo appelletur. c. Dilecti. 66. extra de appellation.*

39 Et ſanè admodum fuerit abſurdũ & monſtroſum, ſententiam à iudice datam Eccleſiaſtico, poſtmodum per appellationis viam cenſuræ ſubiici iudicis ſecularis.

Confert huc, quòd à civili iudice, qui non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, appellari non poteſt ad Papam, *dict. c. ſi duobus. §.*
40 *ult. extr. de appellat.* proindeqúe à Cameræ ſententiis ad ſummum Pontificem appellans, pecuniaria multetur pœna, ut arguunt præiudicia Cameræ Imperialis, *ſub liter. A. pagin. 31.* Cui conſequens eſt, quod perſonæ ſeculares, ex iuriſdictionis prorogatione coram iudice Eccleſiaſtico de cauſa profana litigantes, cùm iudex ille non ſit ſuperiori ſeculari magiſtratui ſubiectus, appellare ad eiuſmodi ſecularem magiſtratum nequeunt.

Non

Non confirmat Domini Frideri opinionem ratio eius prima, de renunciationis ſtricta interpretatione. Qui enim renunciat priuilegio ſecularis ſui fori, & alienæ iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſe ſubmittit, ille cenſetur quoq; tacitè iuri communi ſe conformare Canonico, & ciuili. *arg. c. cùm dilectus, extr. de conſuetud. & l. 3. ff. de reb. credit.* Cùm ergò utrumq; illud ius deſideret, ut gradatim ab inferiore ad ſuperiorem appellationes fiant, huic etiam iuri ſe conformare voluiſſe cenſentur laici illi, qui ciuili in cauſa Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſe ſubiecerunt. 41

Neque iuvat quicquam altera ratio de recurſu rei ad priſtinum ſtatum. Eſt enim intelligenda ea de re, quæ iure permittente ad priſtinam ſuam cauſam redire poteſt, non de alia, *argument. text. in l. adeò. 7. §. Cùm quis ex aliena, verſic. Eſt tamen, ff. de adquir. rerum dominio. & §. Quum ex aliena. verſicul. Et poſt multam. Inſtitut. de rerum diviſion.* 42

Deniq; robur nullum accipit Frideri opinio ex ultimo à comparatis argumēto. Comparatio enim iſthæc diverſorum eſt terminorum, cùm à prorogatione iuriſdictionis ad appellationis ius inſtituta ſit; Cùm potius ita fieri debuiſſet: Clerici non poſſunt ſeculari ſe ſubmittere iuriſdictioni prorogando eam. Ergò nec laici poſſunt ſe ſubiicere 43

iuriſd-

iuriſdictioni Eccleſiaſticæ prorogando eam in cauſa ſeculari.

44 Dubitationem habet & illud, quæſtio matrimonialis Eccleſiaſticæ, vel ſecularis ſit iuriſdictionis? Eccleſiaſticæ iuriſdictionis eſſe arguit *text. in c. 1. ext. de conſang. & affinit. c. cauſam matrimonij. ext. de offic. Iud. delegat.* Cùm enim matrimonialis cauſa ſit ſpiritualis, ad Eccleſiaſticum pertinet iudicium, *c. 2. & 3. ext. de iudic. c. accedentibus, ext. de exceſſibus prælatorum.*

Sed in hac quæſtione expedienda ſimiliter diſtinguunt communiter Doctores inter facti & iuris quæſtionem, quæ eſt de matrimonio: Illam ad ſeculare, hanc ad Eccleſiaſticum ſpectare forum affirmant, Petrus Coſtal. *ad Rubr. ff. de ſponſalibus.* Proſper Farinacius, *in praxi & theoria criminali, lib. 1. Tit. 1. quæſt. 8. numer. 150.* ubi in hanc ſententiam multos allegat.

45 Quæſtionem autem iuris de matrimonio illam eſſe dicunt, quâ quæritur, an iure ſit contractum matrimonium, nécne? Facti quæſtionem appellant, quâ quæritur, an mulier deſponſata ſit, nécne? Item an quis natus ſit ex illo matrimonio, aut ex eo natus non ſit.

Nonnulli verò etiam iuris quæſtionem, quæ eſt de matrimonio ad ſecularem referunt iudicem, ut Marſilius de Padua, *in conſultatione ſuper divortio matrimonij inter Ioannem, filium*

Regis

Regis Bohemiæ, & Margaretham Carinthiæ Duciſſam, Item Guilhelm. Occa. *in conſultatione ſuper diſpenſatione in gradu conſanguinitatis ſive affinitatis inter Ludevicum Marchionem Brandeburgenſem, & Margaritam Carinthiæ Duciſſam, matrimonialiter copulari volentes*, & Hubertus Giphaneus in Commentario manuſcripto ad Tit. C. de nuptiis.

Non deſunt etiam, qui ut iuris, ſic & facti 46
quæſtionem de matrimonio ad Eccleſiaſticũ pertinere forum exiſtimant, ut Didac. Covar. *in Epitom. de Sponſalib. & matrimonio, part. 2. c. 8. §. 12. num. 3. verſ. Vnde conſultius.* Sed Petrus Friderus Mindanus, *lib. 1. de proceſſib. formand. c. 10. num. 3.* ubi, *Etſi*, ait, *cauſæ matrimoniales, quantum ad inſtitutionem, & myſterium Eccleſiæ, ſunt Spirituales, tamen quantum ad formam & ſubſtantiam matrimonij, ut quæ in conſenſu & contractu perpetuæ cohabitationis conſiſtit, Hotomanno, conſil. 108. num. 2. ſunt ſeculares. Vnde non abſurdum eſt, ſi & Politicus Magiſtratus juxta leges & Canones de matrimonio contrahendo, vel diſſolvendo cognitionem ſibi ſumat, præcipuè in terris Pontificem non recognoſcentibus.*

Cæterùm iuris Canonici autoritatem ſequi 47
ſi volumus, dicendum reor, omnem de matrimonio, vel contrahendo, vel diſtrahendo quæſtionem, ad Eccleſiaſticum pertinere iudicem, per textus ſupra citatos. Verùm ſi

quæſtio

quæſtio occurrat, vel circa vel extra matrimonii ſubſtantiam, de illo iudicem ſecularem rectè cognoſcere nihil dubito, puta ſi quæratur, an filius ex tali matrimonio natus, parenti ſuccedat, nec ne? *per text. in c. Tuam, extr. de ordine cognit. & c. lator. extr. Qui filij ſint legitimi.* Aut de facto, coniuge thoro expulſa, ad poſſeſſionem matrimonii redintegrandam remediis poſſeſſoriis agatur, Joannes Ignæus *in repetit. l. Neceſſarios, 5. §. Non aliàs, ff. de S Cto. Silan. n. 476.* Menoch. *de recuperand. poſſ. Remed. 15. n. 212.* Theſſaurus, *deciſ. 117. num. 4.*

18 Eſt & illa huius loci quæſtio: An ſecularis Judex de nullitate ſententiæ ab Eccleſiaſtico Judice data cognoſcere queat? Mynſinger conſulendo ita ſenſit, *Reſp. 6. decad. 1.* quem ſequitur Petrus Friderus Mindanus, *d. lib. 1. de proceſſib. formand. c. 8. n. 8.*

19 Verùm quia de nullitate ſententiæ cognoſcit, vel idem iudex vel iudex appellationis. *l. 4. Codic. de accuſat. l. Quid tamen, 21. in princip. ff. de arbitr. l. 1. C. de ſententiis ex periculo recitand. l. Cùm non eo, 6. Cod. Quando provocare non eſt neceſſe, Mynſing. centur. 5. obſer. 92. num. 6. Andr. Gail. lib. 1. obſer. pract. obſerv. 127. num. 6.* & appellationis iudex gradu proximo ſuperior eſt ab eo, qui tulit ſententiam nullam, non video, qui ſuſtineri iſthæc opinio poſſit.

In du-

In dubium vocatur & illud, ſitne ſecularis, 50
vel Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, quæſtio hæc: An pendente lite inter marem & fœminam de prætenſo matrimonio contracto, ſponſa putativa ſequeſtranda ſit, nécne? Sequeſtrationem Sponſæ huius metus evitandi cauſa apud honeſtam fieri debere matremfamil. & quidem per Eccleſiaſticum iudicem, apud quem principalis de coniugio ventilatur quęſtio, arguit textus, *in c. cùm locum. 14. extr. de ſponſalibus, & c. cauſam matrimony. 14. extr. de probat.* De hac ſequeſtratione agit etiam Hotoman. *conſil. 43. num. 5.* & Andr. Clud. *Tractat. de ſequeſtrat. c. 5. caſu 7. num. 41. & ſeqq.* quò facit etiam, quòd acceſſorium ſequitur naturam principalis, *c. acceſſorium, tit. de reg. jur. in 6.*

Similiter dubia eſt & hæc quæſtio; ſi cauſa 51
coniugii noninter ipſos coniuges, ſed alios, putà filium cuiuſdam cõiugii, & alium quendam; vel inter unum coniugem & filium, incidenter moveatur circa principalem de ſucceſſionis iure cauſam, quæ ſeculari in iudicio ventilatur, an ſecularis ille iudex cognoſcere ſimul poſſit de incidẽte illa matrimonii quæſtione? Dd. communiter affirmant, quos referunt & ſequuntur Menoch. *conſ 367. n. 14. & 37.* capi. *deciſ. 7. n. 7.* Decianus, *conſil. 51. nu 2. col. 5.* Joannes Baptiſta Aſinius. *in praxi judicior. part. 2. §. 1. cap. 151.* Farinacius *in praxi &*

Theoria criminali, lib. 1. tit. 1. q. 8. n. 150. verſ. Sublimita ſecundo.

Atque hanc deciſionem & ego veram iudico, ſi incidens illa quæſtio de matrimonio ſit merè facti, ut ſi quæratur, an inter hos, vel illos fuerit matrimonium, nécne? Verùm ſi quæſtio ſit iuris, putà an iuſtum fuerit inter hos vel illos coniugium, iudico eam decidendam remitti debere ad Eccleſiaſticum Judicem, *per text. & Canoniſtas in d. c. Lator. 5. extr. Qui filij ſint legitimi c. Tuam. 10. de Ord. cognit.* Et ita ſentit poſt alios etiam Coſtalius *ad Rubr. ff. de ſponſalibus.* ac teſtatur etiam Mynſing. *centur. 2. obſervat. 100.* quod in Camera aliquoties incidens Spiritualis quæſtio determinanda ad Eccleſiaſticum iudicem ſit remiſſa.

52 Non eſt aliena à propoſito noſtro & huius quæſtionis excuſſio; ſi coram Eccleſiaſtico Principe, qui regalia, privilegia, & feudalia bona ab Imperatore & Imperio habet, quædam prophana cauſa, quæ ad ipſius iuriſdictionem civilem pertinet, ratione iuris illius Cæſarei, diſceptata ſit, & victus appellare velit, utrum ad Eccleſiaſticum iudicem ſuperiorem, putà Romanum Pontificem vel Cameram Imperialem appellatio iſthæc dirigi debeat? Et quamvis Capitius *deciſ. 137. num. 12. & ſeq.* ſentire videatur ad ſuperiorem Eccleſiaſticum iudicem hanc appellationem eſſe

devol-

devolvendam, attamen ſententia contraria communiter probatur, ut ſcribit Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. practic. obſerv. 30. num. 4. 5. & 6.* Menoch. *conſil. 322. n. 13. vol. 4.* Petr. Surdus *conſil. 275. num. 9. & 10.* & Henningus Gœden. *conſil. 59.* eaque in Camera obſervatur, ut teſtis eſt Compilator deciſionum ſeu præiudiciorum Cameræ Imperialis *ſub lit. A. tit. Appellare quibus, à quibus perſonis ad quas, & ex quibus regionibus, & quorſum liceat, vel non, pag. 32. verſ. ſæpe fit, quod in ſecularib.*

Ratio eſt, quia reſpectu jurium illorum, quæ ab Imperio & Imperatore poſſident, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut ſeculares judices de prophanis cauſis cognoſcunt & pronuntiant. Ne igitur juriſdictionum confuſio fiat, contra text. ord. Cam. *tit. 1. part. 2.* ad Cameram dirigi appellatio debet. Quod niſi fiat, ſed ad Papam Romanum devolvatur, atq; is cauſam illam determinandam deleget cuidam, poteſt Camera, contra delegatum Pontificis, avocatorium decernere mandatum, ut teſtatur Compilator deciſionum ſeu præiudiciorum Cameræ Imperialis, *ſuprà dicto loco, pag. 33. in principio.*

Circa expeditam modò quæſtionem dubitari poteſt, ſitne integrum ipſis litigatoribus ex conſenſu ſuo in prędicta appellationis cauſa omittere ſecularem appellationis judicem, & prorogare Eccleſiaſticam juriſdictionem 53

ſuperioris Eccleſiaſtici judicis? Negativa Concluſio veritati propior videri debet; cum quia in cauſis appellationum nulla eſt prorogatio in judicem incompetentem, *Baldus in conſtitut. de pace Conſtantiæ. §. In cauſis appellationum, ad verb. ſecundum mores. & poſt alios Maranta de Ordin. judic. part. 4. diſtinction. 12. num. 22.* tum etiam, quia in tertii, putà judicis ſecularis, præiudicium, à litigantibus juriſdictio prorogari non poteſt, *c. 1. extr. de foro competent. Bartol. in l. 1. §. Et poſt operis, num. 8. Digeſt. de operis novi nunciat.* Vincentius de Franchis *deciſion. 529. & deciſ. 417.*

54 Quintò diſtinguitur juriſdictio ex ſubiectis ſuis in allodialem & feudalem juriſdictionem. Illa pertinet ad cauſas rerum allodialium; hæc verò lege feudali conceſſa, ad feudales ſpectat controverſias, *Tit. 18. libr. 1. feud. Tit. 16. in princ. tit. 20. in princ. tit. 39. §. Si inter Dominum, tit. 55. §. pen. lib. 2. feudor. c. ex tranſmiſſa, extr. de foro compet. &c. Cæterùm, extr. de judic.*

55 Feudalis cognitio data eſt vel paribus Curiæ, vel Domino feudi, vel judicibus loci ordinariis & communibus vel arbitris compromiſſariis.

56 Pares curiæ ſive curtis ſunt convaſalli eiuſdem Domini eodem ſub territorio degentes: In diverſis diſtrictibus ſive territoriis, qui habitant

habitant vaſalli, inter ſe pares Curiæ non ſunt, licèt eiuſdem Domini ſint vaſalli, Mynſing. *cent. 4. obſerv. 89. in fin.* Weſenbec. *tractat. de feud. c. 17. num. 3.* & Henr. à Roſenthal. *cap. 12. concluſ. 23.*

Neque hîc cum aliquibus diſtinguendum 57
eſt inter litem de amiſſione feudi, & quandam aliam feudi controverſiam. Sed quod de feudi amiſſione diſpoſitum eſt, *in tit. 21. in princ. tit. 22. §. ult. lib. 1. feud. & Tit. 22. libr. 2. feud.* id etiam exaudiri debet de alia contentione feudali, putà quæ eſt de inveſtiturali conſtitutione feudi, vel evictione, vel commodo feudi; tùm quia textus, qui volunt, quòd pares Curię ſint judices inter dominum & vaſallum de feudali controverſia, admodum generales ſunt, & ſine diſtinctione propoſiti; tùm quia abundè evincitur illud ex *textu in tit. 20. verſ. Item dicit Vaſallus. lib. 2. feud.* Atq; hanc ſententiam amplectitur Duaren. *in Comment. de feud. cap. 20. num. 1.* De inveſtiturali contentione, quæ eſt inter Dominum & fidelem, quòd ea ad parium Curiæ pertineat juriſdictionem, eſt textus *in Tit. 10. in princip. libr. 1. feudorum.*

Quod item feudalis evictionis controverſia ad juriſdictionem parium Curiæ ſpectet, arbitratur Henricus à Roſenthal *in Synopſi juris feudal. cap. 12. concluſ. 30.* Si tamen lis ſit 58
de feudi ſolùm promiſſione, atque ita de

ſeudo adhuc conſtituendo ordinarius judex de ea cognoſcit, non pares curiæ, *argument. textus in Titul. 20. §. Item dicit Vaſallus & in Tit. 39. §. Si inter Dominum libr. 2 feudor.* & docet Panorm. *in dict. c. Cæterum, extr. de judic.* Nicol. Mozz. *Tractat. de feud. c. de naturalibus feudor. num. 113. verſ. Tertio limitatur, mihi pag. 243.* & Vult. *lib. 2. de feud. c. 2. n. 32.* Cum enim feudorum placita nullo textu tribuant de hac lite juriſdictionem ipſis Curiæ paribus, ſequimur hic jus commune, *per text. in Tit. 1. lib. 2. feud.*

Et facit eodem, quod is, cui ſaltem de feudo facta eſt promiſſio, ante inveſtituram vaſallus non eſt, neque feudum habere dicitur, *per textum in Tit. 25. in principio libr. 1. feudor.*

59 Quid ſi dominus feudi Imperator ſit, aut Rex, vel Princeps, Comes, Baro, cui de feudo controverſia eſt cum vaſallo, nunquid eius cognitio ad parium quoque juriſdictionem pertinet, licet Curiæ pares ipſo Domino longe inferiores ſint? Dd. communiter affirmant, Mynſing. *cent. 4. obſervat. 89.* & Nicol. Mozz. *Tractat. de feudis, cap. de naturalibus feudor. verſic. Secundo amplia,* Henricus à Roſenthal, *in Synopſi juris feud. cap. 12. concluſ. 16.* Vult. *lib. 2. de feud. c. 2. n. 23. & ſeq.*

60 Non deſunt tamen, qui inter Imperatorem vel Regem, feudi dominum & eius vaſallum, de ho-

de horum feudali controverſia cognoſcere negant pares Curiæ, inter quos eſt Martinus Laudenſ. *in Tit. 18. Apud quem vel quos controverſia feudi definiatur lib. 2. feud.* (quem forte, ut & alios putat, notatque Weſenbec. *Tractat. de feud. c. 17. num. 5. verſ. Quanquam quidam volunt, &c.*) quorum opinionem juvare videtur regula juris, quòd ut par in parem nullam habet juriſdictionem: ita nec minor ſive inferior in maiorem aut ſuperiorem, *l. Ille à quo. 13. §. Tempeſtivum, ff. ad Juriſconſultum Trebellian. l. 4. ff. de receptis, qui arbitr. receper. &c. Innotuit. §. Quamvis extr. de electione.*

Verùm regula hæc communi ſententiæ officit planè nihil. Eo ipſo enim quod Imperator vel Rex feudum concedit inferioribus, ſponte ſubiicit ſeſe parium Curiæ juriſdictioni, cùm feudorum lege paribus Curiæ in dominum & vaſallos juriſdictionem tribui non ignoret, & contrahentes legum authoritati conformare ſe intelligantur, *l. 3. ff. de reb. credit. cum ſimilibus.* ac juris ſit expedi[illegible], quod quis maior, aut par, minoris, aut paris cuiuſdam juriſdictioni ſubiicere ſe poſſit, *dict. l. Ille à quo, 13. §. Tempeſtivum, verſ. ſed ſi juriſdictioni ſe ſubiiciant. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.*

Eſt & illud quæſtionis, ſi Dominus feudi clericus ſit, putà Epiſcopus, vel prelatus alius: 61

Pares verò Curiæ omnes ſint laici, an nihilominus contentio inter Dominum & vaſallum de feudo quodam ad Curiæ pares laicos pertineat? Non deſunt, qui negant; Verùm affirmativè poſitum eſt fundamentum, in *tit. 20.* ibi, *dixerit ſe à quodam Epiſcopo, libr. 2. feudor.* atq; hæc communis eſt Dd. ſententia, ut oſtendit Schrader. *tract. feudal. part. 10. ſect. 5. num. 2.*

62 Dubitatur, an pares Guriæ ſint judices inter Dominum & vaſallum, ſi de ipſa feudi inveſtitura lis ſit, vaſallus autem nullum aliud ab eodem domino feudum poſſideat? Feudiſtæ communiter negant, quos refert & ſequitur Mynſing. *centur. 1. obſervat. 99. verſic. Unde ſi contentio*, verùm Schraderus affirmantem probat ſententiam, *Tract. feud. part. 10. ſect. 6. num. 164. & ſeqq.* quæ neq; mihi diſplicet, *propter text. in tit. 39. §. Si inter, lib. 2. feud.* Quò confert etiam, quòd coràm paribus Curiæ inveſtitura feudi ſolet fieri, *Tit. 2. §. 1. tit. 3. titul. 4. §. 1. & §. Item ſi vaſallus, §. Item ſi quis, tit. 26. §. Teſtes verò ſint, lib. 1. feud. tit. 2. in princ. verſ. Quæ ſiquidem, tit. 16. in prin. tit. 20. in prin. lib. 2. feud.* Ut proinde ſatius ſit, Curiæ pares de hac cognoſcere controverſia, quàm judex ordinarius.

63 Eſt & illa quæſtio anceps, ſitne parium Curiæ juriſdictio, ſi de feudo alia actio moveatur inter Dominum & vaſallum, quàm condictio ex

ctio ex lege, ſive ex moribus feudorum? Mynſing. *dict. obſerv. 99.* tum etiam Schrader, *dict. ſect. 6. n. 40.* poſt alios negant; à quorum ſententia recedere dubito nihil; tum quia Dominus contra vaſallum non præſtantem ſervitia debita, experiri poteſt cōdictione cauſa data, cauſa non ſequuta ad repetendum feudum, *textus eſt in tit. 21. lib. 1. feud.* Cuiuſmodi lis cùm ſit de feudi amiſſione, pertinet certè ad juriſdictionem parium Curiæ, *Tit. 22. §. ult. lib. ead. feud.* Tum etiam quia rei vindicatio, quæ competit Domino adverſus vaſallum ad repetendum feudum, ob feloniam ipſo jure amiſſum, coram judicio parium intentari debet, *per text. in Titul. 22. lib. 2. feud.* tùm poſtremò quia utilis vindicatio de feudo competit vaſallo contra feudi poſſeſſorem, non modò extraneum, ſed & ipſum Dominum, *tit. 8. §. Rei autem,* ibi, *à quolibet poſſidente lib. eod. feudor. junct. l. 1. in fin. ff. ſi ager vectigal.* quæ tamen actio apud ſolos Curiæ pares inſtitui poteſt, ut arguit non modò textus generalis *in tit. 16. in princip. tit. 20. in princ. tit. 39. §. Si inter. & tit. 55. §. penultim. libr. 2. feudorum;* Sed etiam ſpecialis textus *in Tit. 22. §. Si verò vaſallus conqueritur, lib. eodem feudor.*

Quid ſi vaſallus interdicto agat adverſus Dominum de feudi poſſeſſione, nunquid & hæc controverſia ad parium juriſdictionem 64

pertinet? Feudiſtæ communiter affirmant; nonnulli tamen negant, ut oſtendit Henric. à Roſenthal *in Synopſi juris feudalis, c. 12. concluſ. 14.* Negantibus aſſipulari videtur Herman. Vulteius *lib. 2. de feud. c. 2. num. 40.* Mihi aiens arridet opinio, *per text. in Tit. 22. §. ſi vero vaſallus, lib. 2. feud.* Quò facit, quòd idem judex de proprietate & poſſeſſione cognoſcit, *l. Nulli. 10. C. de judic. & c. 1. ext. de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct.*

Non tuetur negātem Concluſionem, quòd poſſeſſio cum proprietate nihil commune dicitur habere, *l. Naturaliter. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſ.* Hæc enim regula hanc ſolùm habet ſententiàm, quod poſſeſſio apud hunc, proprietas verò apud alium eſſe poſſit, *l. ſi quis vi. 17. §. 1. ff. d. t.*

Neque etiam robur accipit negans opinio ex eo, quòd pares curiæ litem ſive controverſiam de feudo terminare jubentur, *Tit. 55. §. pen. lib. 2. feudor.* Nam eo loco *terminare litem* Friderico Imperatori nihil eſt aliud, quàm finire & dirimere eam litem tantùm, quæ eſt inter dominum & vaſallum, ſive de jure feudi, ſive de poſſeſſione ea fuerit, quamvis controverſia de poſſeſſione finita non tollat controverſiam, quæ eſt de ipſo dominio, *l. 1. §. ult. ff. de aqua quotidian. & æſtiv. l. unic. Codic. uti poſſidet.*

65 Cæterùm ſi inter ipſos cõvaſallos de feudo lis ſit,

lis ſit, difficilis eſt diſpectionis, quis judex inter ipſos eſſe debeat, in tantum, ut Hotomannus, *lib. Diſputat. feudal. c. 42.* exiſtimet, jus feudale in hac quæſtione varium & incertum eſſe. Atqui pro regula habendum, hanc ad Domini, ut competentis judicis, juriſdictionem referri debere, *per text. generalem in Tit. 55. §. Præterea ſi inter duos, lib. 2. feudor. c. Ex tranſmiſſa, ext. de foro compet. c. Cæterùm. extr. de judic.*

Vnde, ſi inter Duces, Comites, Marchiones, Imperii vaſallos, de feudo ſit orta contentio, Imperatoris juriſdictioni locus eſt, ut ipſe de ea lite cognoſcat, *Tit. 34. in prin. lib. 2. feud. & Tit. 18. in prin. lib. 1. feud.* Cammergericht-ordnung. *part. 2. Tit. 7.* And. Gail. *lib. 1. obſ. practic. obſerv. 29. n. 1.*

Et licet non Provinciale putà Marchiæ, Ducatus, Comitatus, ſed quoddam aliud feudum Imperii ſit, de quo lis eſt inter convaſallos, attamen ea de lite Imperator, ut competens Judex cognoſcit, non modò ex conſuetudine Mediolanenſium, de qua in *tit. 34. in prin. verſ. Mediolani lib. 2. feud.* Sed & ex generali Imp. Friderici conſtitutione, uti arguit textus *in Tit. 55. §. pen. lib. eod.*

Ut autem Imperator, vel Rex inter ſuos vaſallos de feudi controverſia cognoſcit; Ita quilibet alius dominus competens eſt Judex de feudi controverſia inter ſuos vaſallos, *ut* 66

patet ex generali textu proximè citato, & dict. c. Caterùm ext. de jud. & c. ex tranſmiſſa, ext. de foro compet.

67 Non obſtat textus in *tit. 18. in princip. verſ. Si verò, lib. 1. feud.* ubi dicitur, controverſiam feudalem inter minores, & maiores valvaſores ortam in parium judicio definiendam eſſe, vel per judicem curtis. Cùm enim maiores valvaſores domini ſint minorum valvaſorũ, ſiquidem hi ab illis feuda ſua poſſideant, *tit. 1. §. 1. lib. 1. feud. & tit. 10. lib. 2. feud.* meritò intereos de beneficii feudalis contentione pares Curiæ cognoſcunt: vel ſi deſint illi, judex curtis, id eſt, territorii ſive diſtrictus judex ordinarius.

68 Neq; etiam refragatur textus in *tit. 46. verſ. Et reſponſum ſcio, libr. 2. feudor.* ubi controverſia, quæ eſt inter vaſallos de feudo, coram paribus Curiæ definiri jubetur. Ea namque controverſia aliquatenus ipſummet dominũ concernit, ut ibi expreſsè dicitur, ac perinde eſt, ac ſi vaſallus cum ipſo quoq; Domino litigaret, ut proinde non ipſe dominus, ſed pares Curiæ de ea lite juriſdictionem habeant.

69 Nihil quoq; impedit prædictam definitionem textus in *tit. 34. in prin.* ibi, *Si inter valvaſores coram paribus Curiæ, libr. 2. feudorum.* Quòd enim de valvaſoribus eo loco dicitur, intelligi poteſt de caſu, quo maior valvaſor, & valvaſor minor, atq; ita Dominus & vaſallus de feu-

de feudo litigant; quo caſu parium Curiæ juriſdictio eſt, ut ſuprà docuimus.

Similiter non obloquitur textus in *Tit. 15. §. Illud tamen ſciendum, libr. 2. feudorum.* ubi 79
dicitur, ſi de feudo inter duos ſit controverſia, quòd alter alterum invitum trahere ad dominum non poſſit. Hic etenim locus haud incommodè poteſt intelligi de vocatione in Curiam Domini, quæ fit propriâ vaſalli authoritate, non ab ipſo Domino, *juxta text. in Tit. 46. verſic. Et reſponſum ſcio*, ibi, *Et licet alter per ſe non poſſit alterum trahere ad Curia judicium, lib. eodem feudor.* Atq; hanc interpretationem ſuadet etiam verſic. ultimus dict. tit. 15.

Alii tamen aliter interpretantur eum locum; Duarenus *Tractat. de feudis, cap. 20. numer. 4.* accipit eum de caſu, quo ſuſpectus eſt Dominus, & ſuſpecti etiam Curiæ pares, vel Dominus ſuſpectus alios Curiæ pares habet nullos.

Quidam intelligunt ibi JCtum Feudiſtam de caſu, quo dubia eſt juriſdictio domini, & parium, Roſenthal *poſt alios in Synopſi jur. feudal. c. 12. concluſ. 33.*

Nonnulli arbitrantur differere Feudiſtā eo loco de caſu, quo Dominus partē feudi, quod ad ſe morte vaſalli reverſum putabat, ſibi retinuit; partem verò alii in feudum dedit, Alvarot. *in d. tit. 15. n. 1. lib. 2. feudor.*

Aliqui

Aliqui verò putant correctum eſſe textum dicti Tit.15. §. Illud. per textum in dict. tit.46. lib. eodem feud. Mozzius poſt alios *Tractat. de feud. cap. de naturalibus feudorum.num.111. verſ. limitatur quintò*; quam ſententiam probat etiam Vulteius, *libr. 2. de feud. cap. 2. num. 18.*

71 Sed quæri hoc loco poteſt, utrum vaſalli repudiato Domino eligere poſſint judicem alium? Negantium opinio communis eſt, Jul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 19.* Marant. *in Speculo aureo, part. 4. diſtinct. judicior. 12. n. 19. & part. 6. Titul. de compromiſſo, num. 22.* Gail. *lib. 1. obſerv. 40. n. 6.* Roland. à Valle *conſil. 22. n. 20. vol. 4.* Zaſ. *in tract. de feud. part. 11.* Duar. *in Comment. in conſuetud. feud. c. 20. n. ult.* atq; hanc opinionem tuetur text. in *d. Tit. 15. in fin.* ubi Gothofred. & in *d. Tit. 46. in fin. lib. 2. feudorum.*

72 Ad ordinarii judicis cognitionem pertinet controverſia feudalis, ſi dominus inter duos vaſallos cognoſcere differat, *c. Ex tranſmiſſa, & c. Ex parte, extr. de foro competent. & c. Cæterùm. extr. de judic. Ordinat. Cameræ Imp. part. 2. Tit. 1. §.* Es ſollen auch/ zc. Item ſi dominus alios non habeat vaſallos, *Tit. 18. in fin. principij, lib. 1. feud. & Tit. 15. verſ. Mihi, & aliis, lib. 2. feud.* ut & ſi controverſia, quæ eſt inter convaſallos, quodammodò ipſum Dominum concernat, *Tit. 46. lib. 2. feud.*

Arbitri

Arbitri verò cognoſcunt de feudi contro- 73
verſia eodem caſu, quo lis feudalis ad ordinarium pertinet judicem; ut ſi litigatores feudales compromittant hoc caſu in arbitrum, *arg. tot. tit. ff. & C. de arbitr.*

Sextò ſpecialis juriſdictio alia eſt ſimplicis 74
quærelæ, alia cauſæ appellationis. Illa eſt inferiorum judiciorum primæ inſtantiæ, der Undergericht: Hæc ſuperiorum judiciorum ſecundæ & ulterioris inſtantiæ, der Ober: oder appellation Gericht/ als der Hoff: vnnd Cammergericht/ uti arguit *ordinatio Cameræ Imperialis, part. 2. tit. 1. 27. & 28.* ac docet Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. pract. obſ. 1. n. 1. & ſeqq. & obſer. 119. in princip.*

Ad juriſdictionem inferioris judicii, ſive primæ inſtantiæ quæ pertinent cauſæ, ad juriſdictionem ſuperioris judicii, ſecundæ vel ulterioris inſtantiæ abſque nullitatis metu devolvi non poſſunt, *l. Si quis. 6. §. Quid ſi quis. verſ. Ergo & ſi quis. ff. de iniuſto rupt. irrit. fact. teſtament. l. 1. §. ultim. verſ. Et ideo ſi inter eos, ff. Quod quisq; juris in alium ſtatuerit. l. 1. § ultim. ff. ad Senatuſconſultum Tertull. l. 2. in fin. ff. de pœnis, l. 1. C. de pedan. judicib. & tot. Tit. Codic. Si à non compet. judice judicatum eſſe dicatur.*

Eſt tamen in arbitrio Principis, cauſam ſubditorum inferioris iuriſdictionis ſimplicis quærelæ, ad iuriſdictionē judicii appellatorii remitte-

remittere, ut ibi primam habeat inſtantiam ea cauſa; uti etiam cognoſcimus ex ordinatione ſupremi judicii Würtenbergici *part. 2. Tit. 1. §. 1. & 2.* his verbis: An unſerm Hoffgericht ſollen allein appellationes, und keine Sachen in primâ inſtantiâ leichtlich angenommen werden / Doch ſoll uns bevor ſtehen / daß wir auſſer ſondern Bedencken und Urſachen / auch Sachen in primâ inſtantiâ, darfür weiſen / und daran anzunemmen / befehlen mögen.

75 Qui litigatores mediatè ſubiecti ſunt Romano Imperio, eorum lites ad Cameræ Imperialis juriſdictionem devolvi non poſſunt, niſi per appellationis viam. *per text. ordin. Imperialis tit. 1. & tit. 28. part. 2.*

Si tamen Princeps adverſus civitatem ſibi immediatè ſubiectam experiri judicio velit, Camera Imperialis in prima inſtantia adeunda eſt, Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. practic. obſer. 1. n. 18.* & Mynſ. *cent. 5. obſerv. 1. n. 1.*

Qui verò litigatores immediatè ſubiecti ſunt imperio, ut Principes, itemq; Comites, Barones, Nobiles Imperatorem ſolùm recognoſcentes, die nicht Landſaſſen ſeyn eines Fürſten / competentem etiam in prima inſtantia habent juriſdictionem Cameralem, ſive conveniantur à civitatibus, collegiis, communitatibus, ſive à privatis ſubditis ſuis, vel non ſubditis, ut cautum eſt in *ordination. Camerali part. 2. titul. 27.* & ſentit Dominus Vultejus

in l. 1.

in l. 1. num. 46. verſ. Tertius caſus. C. ubi Senatores vel Clariſſ.

Idem quoque dicendum de civitatibus Imperialibus. Hæ enim non ſolùm à civibus ſuis, ſed & à quolibet alio in Camera immediatè conveniuntur, cùm in illis juriſdictio, der Außträg/ quæ ſtricti juris eſt, planè ceſſet, Andr. Gail. *dict. obſerv. 1. num. 20.* & Vulteius *in l. 1. num. 47. C. ubi Senatores vel Clariſſ.* Qui uterq; hanc ſubiicit limitationem, niſi ex privilegio vel longiſſimi temporis præſcriptione, civitas aliqua Imperialis ſingulares habeat judices, jhre beſondere Außträge/ prout habet Norinberga, Argentina, Ratisbona, Wormacia, Eſslinga, Reutlinga, Schvveinfurtum, Dinckelſpilum.

Quod ſi quiſpiam ſubditus vel alius privatus non ſubiectus immediatè imperio convenire velit Principem imperio immediatè ſubjectum, quæſtionis eſt, poſſitne Princeps Reus cogere actorem, ut eius conſiliarios judices admittat? Hanc quæſtionem aliquando incidiſſe in Camera Imperiali, & poſt longam diſputationem deciſam fuiſſe, quod non, niſi probet Princeps conſuetudinem contrariam, teſtatur Mynſing. *dict. cent. 5. obſerv. 1. num. 2. in fine.*

Eſt & illud hìc notandum, quòd à quarundam civitatum ſententiis non ad ſuperiorem judicem, ſed parem aliquam civitatem appellari ex 7

lari ex conſuetudine ſolet: quod tamen fit, non tam iure appellationis, quàm in vim conſultationis, & prorogatæ iuriſdictionis; Siquidem appellatio non ad parem, ſed ad ſuperiorem fiat Judicem.

Hinc fit, quòd huiuſmodi civitates, ad quas illæ diriguntur appellationes, nec compulſoriales, nec inhibitiones decernere poſſunt adverſus civitatem, à cuius ſententia facta eſt appellatio; neq; etiam exequi ſuam eiuſmodi ſententiam poſſunt; cùm par in parem imperium habeat nullum, *l. 4. ff. de receptis, qui arbitr. receper.* proindeq; & compulſoriales, & inhibitiones, & executiones impetrandæ ſunt à Camera imperii.

77 Etſi verò Principum aliorumque Imperio immediatè ſubiectorum cauſæ ad Cameræ Imperialis iuriſdictionem pertinere videantur ſemper, etiam quo ad primam inſtantiam: attamen ex privilegio Auſtregarum, der Außträg / quandoque ſingulares habent iudices, non ſolum ſi conveniant ſe invicem, ſed & ſi ab aliis conveniantur, iuxta ordinationem Cameralem *part. 2. tit. 2. 3. & ſeqq.* quos declaravi in *diſputat. 12. Theſ. 62. & ſeqq. Claß. 5.* Ac inſpiciendus eſt de hoc Auſtregarum privilegio Petrus Friderus Mindanus de proceſſibus formand. lib. 1. c. 17. 18. & 19. tum etiam Chriſtophor. Schvvanman de proceſſib. Cameræ Imperialis, lib. 1. c. 4.

Cauſa

Cauſa autem privilegii huius ab Andrea 78
Gail. *lib. 1. obſervat. practicar. obſerv. 1. num. 17.* adſcribitur preeminentiæ, & excellentię principalis dignitatis, verùm hæc eſſe ratio non poteſt, cùm propter dignitatem illam potiùs ad Imperialem Cameram, quàm Auſtregarum judicia pertinerent; Siquidem Camera dignitate ſua præcellat ipſis Auſtregarum judiciis, ut proinde veriſimile ſit, aliam eſſe huius privilegii cauſam; & hanc fortè, ut ſcilicet in Auſtregarum judicio pars victa uti poſſit appellationis beneficio, & provocare queat ad ipſum Camerale judicium; ne deterioris ſint conditionis Principes, quàm illi, qui mediatè imperio ſubiecti ſunt, quibus duæ vel tres jure communi conceſſæ ſunt inſtantiæ, ut non deducta deducere, & non probata probare poſſint, ſecundum tradita Gailii, *dict. lib. 1. obſervation. 128. num. 8.* Menochii *Conſil. 358. num. 17.* Maſcardi *de probat. Concluſ. 118.*

Atque hanc cauſam, præter aliam, quæ eſt Gailii, agnoſcit etiam Vulteius *in l. 1. n. 30. C. ubi Senatores vel Clariſſ.*

Non igitur immeritò ob cauſam hanc negârunt, Principes renuntiare privilegio huic, Anno 1548. Cùm in comitiis Auguſtanis Imp. Carolus V. id deſideraret ab illis.

Non eſt hoc loco omittendum, quòd Imperii Principes certis in cauſis, non attento 79

Auſtregarum privilegio competens judicium habent, etiam primæ Inſtantiæ per viam ſimplicis querelæ, in Imperii ſolùm Camera; ut ſunt cauſa Religionis, Reichsabſchied zu Augſpurg *de Anno &c. 55. §.* Wir befehlen und gebietten auch/ *Andr. Gail. lib. 1. obſerva. pract. obſerv. 2.* Item fractæ pacis cauſa, Cammergerichtsordnung/ *part. 2. tit. 9. §. 2.* ibi. hoch und nidere/ *Andr. Gail. lib. 1. de pace publica cap. 11. n. 1. & ſeqq. & lib. 1. obſerv. pract. obſ. 1. n. 2. & obſerv. 3. n. 1.* Cauſa pignorationis, Cammergerichsordnung/ *part. 2. tit. 22. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 6. & de Arreſtis obſ. 8. tum etiam de pignorationibus obſerv. 21. n. 1.* Cauſa Arreſtorum *Andr. Gail. d. lib. 1. obſ. pract. obſ. 1. n. 6. & de Arreſtis, c. 11. nu. 1.* Cauſa litigioſæ poſſeſſionis, Cammergerichtsordnung/ *part. 2. tit. 21. Andr. Gail. d. obſerv. 1. n. 14. & obſer. 6. n. 1. & 2.* Cauſa item in qua locus eſt mandato, ſine clauſula, Cammergerichtsordnung/ *part. 2. tit. 23. Andr. Gail. d. obſ. 1. n. 5. & obſ. 13. n. 16.* & denique cauſa, quæ mero judicis officio expeditur, non actionis jure, qualis eſt ordinatio, & confirmatio tutorum: tum etiam alimentorum cauſa, ut oſtendit compilator præjudiciorum Cameralium, in verbo Austräg/ pag. 52. Ratio eſt, quòd privilegium primæ Inſtantiæ der Austräg ſtricti juris eſt, Ordinatio autem Cameralis, privilegium Auſtregarum tribuens, loquitur tantùm de controverſiis, quæ jure

actionis

actionis moventur, non de his, quæ officio judicis nobili expediuntur.

Similiter ſi plures immediatè Imperio ſubjecti una conveniantur actione, locus non eſt privilegio Auſtregarum; tùm, quia ſinguli intra conſtitutum temporis ſpacium, vigore ordinationis nominare judices nequeunt; tùm etiam, quia intra breve illud tempus plures illi in eligendis judicibus facilè concordari non poſſunt; tùm poſtremò quia ſine cauſæ diſtractione vix procedi poteſt.

Quare ſi ex narratis ſupplicationum liquidò conſtet, citra diſtractionem cauſæ primis Auſtregarum inſtantiis, cum ſuis requiſitis locum dari non poſſe, cauſa recipitur in Camera, & proceſſus ibidem decernuntur, ut docet Schvvanman. *d. lib. 1. proceſſ. Cameral. c. 4. n. 8.*

Quid ſi cauſa matrimonialis verſetur inter hos, qui Auſtregarum privilegio fruuntur, nunquid ea ad Judicem Auſtregarum, vel Cameralem, vel ipſum Cæſarem pertinebit? Movet hanc quæſtionem Dominus Vulteius *in d. l. 1. num. ult. C. ubi Senatores vel Clariſſ.* ubi dicit quidem Cæſareæ maleſtatis & ſtatuum Imperii deciſione quæſtionem hanc egere, inclinat tamen in eam ſententiam, ut putet in hac etiam cauſa Auſtregas locum habere; quæ ſententia ex eo firmamentum capere videri poteſt, quod privilegium Auſtregarum de iis loquitur cauſis, quæ (ut dixi) jure actionis 86

moventur; & contentio de matrimonio contracto vel non contracto, per actionem præjudicialem in judicium deduci poteſt, *l.3. §. Et quid ſit. ff. de agnoſc. & alend. liber.* Weſenbec. *conſil. 44. num.23. part.1.*

Verùm ſententiæ huic planè obloquitur illud, quod cauſa matrimonialis ad judicem pertinet Eccleſiaſticum, ut ſuprà docui. Proinde putarem diſtinguendum inter eos, qui Pontificem agnoſcunt, & eos, qui Pontificatum exoſi ſuperiorem agnoſcunt ſolùm Imperatorem: Ut illi coram loci Epiſcopo, aut ipſomet Papa Romano litigare neceſſe habeant, *per text. in c. 2. & 3. extr. de judic. c. cauſam matrimonij, extr. de offic. deleg. & c. 1. extr. de conſang. & affinit.* Hi verò in Camera Imperiali de cauſa hac diſceptare queant; Siquidem Imperatorem judicem habere non poſſint, ut qui Pontificiæ Religioni addictus de cauſa matrimoniali cognoſcenda ſe vix intromiſerit.

Accedit huc, quod jure civili Juſtinianeo matrimonium juris eſt privati, non publici, niſi per quandam conſequentiam, uti ex eo colligitur quod de matrimonio in Inſtitutionibus quoque agitur *Tit. de nuptiis*, in quibus Inſtitutionibus jus tantum privatum exponitur, *§. ult. Inſtit. de juſtit. & jur.* agitur item de matrimonio in C. lib. 5. Cùm tamen ea, quæ publici juris ſunt, explicentur partim lib. 1.

partim

partim libr. 10. 11. & 12. Codic. Sic de matrimonio tractatur in Pandect. libr. 23. Sed ea, quæ ſunt juris publici, explicantur quibuſdam aliis libris.

Confert eodem, quòd jure civili coniuges etiam privata authoritate matrimonium diſſolvere poſſunt, miſſo repudii libello, *l. 2. l. ſi pœnituit. 7. & l. nullum. 9. ff. de divortiis & repudiis.* Non ergò jure civili ad Eccleſiaſticos pertinet judices matrimonialis cauſa, ſiquidem ad Sacerdotes ſpectent ſolum ea, quæ juris ſunt publici, *l. 1. §. Huius. ff. de juſtitia & jure.*

Deniq; tuetur & illud concluſionem prædictam, quòd fundata eſt Cameræ Imperialis juriſdictio, quando judex inferior denegat juſtitiam, *ut cautum in ordin. Camerali. part. 2. tit. 26. & patet ex c. ex tranſmiſſa, c. licet ex ſuſcepto, & c. ex parte. extr. de foro competent. & c. Ceterùm. extr. de judic.* Cui conſequens, quòd cùm alibi competens haberi non poteſt Judex, aditus ad Cameræ Imperialis juriſdictionem patet.

Expeditæ jam quæſtioni proxima eſt illa, an poſſitne in cauſa matrimoniali à prima inſtantia judicii Eccleſiaſtici ad Cameram Imperialem appellari. Andr. Gail. negat *lib. 1. obſervat. pract. obſerv. 112. num ult.* cuius ſententiam iuvat *viſitationis receſſus de Anno 1570* ex quo patet, quòd Cameræ iuriſdictio in matrimonialibus

nialibus cauſis fundata non ſit, de quo teſtatur Compilator præiudiciorum Cameralium, *cap. matrimonium, & cauſæ matrimoniales, pagin. 228.* Petrus tamen Mindan. *libr. 1. de proceſſibus formand. cap. 10. num. 7.* exiſtimat, quod cauſarum etiam matrimonialium appellatio in Camera ſit recipienda, ſi quis in graviſſimo hoc & valdè præjudiciali negocio ſe gravatum in prima inſtantia putet: quæ ſententia procedit fortè in his, qui non pontificiæ, ſed Auguſtanæ Confeſſioni ſunt addicti, per ea, quæ circa præcedentem quæſtionem ſunt adducta.

82 Quicquid autem ſit, licèt iniquitatis ratione appellari ad Imperii Cameram non poſſit in matrimoniali cauſâ, attamen nullitatis arguere ſi quis velit ſententiam matrimonialis cauſæ, recipitur & decernitur proceſſus in Camera, ut præiudiciis quibuſdam oſtendit compilator præiudiciorum Cameralium, *d. c. matrimonium, & cauſæ matrimoniales, pag. 228.*

83 Opportunè moveri hoc loco poteſt & illa quæſtio, an juriſdictio appellatorii judicii cauſas quoq; recipiat criminales? In Camera Imperiali ex legislatione ſingulari non recipiuntur appellationes in cauſis criminalibus, ut patet *ex ordinatione Camerali, part. 2. tit. 28.* §. Item nachdem / *& Receſſu Imperij Auguſtano de Anno 1530.* §. Item als jeßt etlicher Zeit her von peinlichen Sachen.

Sed du-

Sed dubitari poteſt, an idem ſit in aliis appellationum judiciis? Scribunt autem Germani Juriſconſulti practici generaliter, quod totius Germaniæ conſuetudine appellationes in cauſis criminalibus non recipiantur, Mynſ. *cent. 4. obſerv. 41. & Reſp. 7. n. 13. decad. 1. & Reſp. 59. num. 61. decad. 6.* Andr. Gail. *libr. 1. obſerv. pract. obſer. 1. num. 28. & lib. 1. de pace pub. c. 29. num. 36.* Joachim. à Beuſt. *in Rubr. de jurejurand. n. 97. verſ. Quamvis verè, pag. 24.* Idque probat etiam ordinatio Cameralis, *d. tit. 28. §.* Item nachdem / ꝛc. his verbis: Nachdem auch dem alten hergebrachten Brauch im heiligen Reich zuwider / daß in peinlichen Sachen appellation zugelaſſen werden ſollen.

Quia tamen jure communi Juſtinianeo criminali quoq; in cauſa appellatio permiſſa eſt, *l. Non tantùm. 6. l. conſtitutiones. 16. ff. de appellat. l. Eos. 6. §. Super. 3. l. minimè. 12. l. addictos. 29. C. dict. tit. l. Qui à latronibus. 13. §. 1. ff. qui teſtament. fac. poſſunt. l. 1. ff. An per alium cauſa appellat. reddi poſſ. l. 2. Cod. Quorum appell. non recip. & l. 2. Cod. Si pendente appell. mors interv. Can. licèt etiam. 2. q. 6.* Et appellatio defenſionis quædam eſt ſpecies, *c. cum ſpeciali. §. porrò, extr. de appellat. l. 1. ff. d. t.* Bart. Socin. *conſil. 195. nu. 2. verſ. Confirmatur, vol. 2.* Maranta *in Speculo in dict. titul. de appellat. num. 247.* Veriſimile eſt, non omnibus & ſingulis Germaniæ in locis non appellandi 84

criminali in cauſa conſuetudinem receptam eſſe. Idque indicat etiam Weſenbec. in Paratit. ff. tit. de appellationib. recipiend. num. 3. verſ. Quòd conſuetudo pleriſque locis in Germania, &c. & arguunt ſententiæ nonnullæ datæ à Collegiis facultatis iuridicę Univerſitatum quarundam Francofurtenſis, & Marpurgenſis, ab Erneſto Cothmanno adſcriptæ Reſponſo 16. Atq; olim etiam in Camera Imperiali admittebantur huiuſmodi appellationes, & proceſſus decernebantur, licèt alibi in orbe Romano de conſuetudine eſſent prohibitæ, ut patet ex dict. Receſſu Imperii Auguſtano de Ann. 1530. §. Jtem alß jetzt etlich Zeit/ pagin. 215.

Quando igitur dubium eſt, an alicubi conſuetudo hæc non appellandi in cauſa criminali recepta ſit, nec ne, conſuetudo illa, ut quæ res facti eſt, probari debet, *cap. 1. §. ultim. ubi Canoniſta, extr. de conſuetud.* Idque ſentit etiam idem Cothmannus *Reſponſ. 14. num. 16.* & Daniel Möllerus, *libr. 4. Semeſtr. c. 33. num. 8.*

85 Non tamen (quod notandum) in omni cauſa criminali appellatio etiam in Camera Imperiali prohibita eſt, ſed in cauſa tantum capitali, die eine Leibſtraff auff jhr trägt / *uti liquet ex ordin. Camerali dict. Tit. 28. §. Item* nachdem auch. In reliquis ergò non capitalib. cauſis recipienda eſt appellatio in Camera, ut

ſentit

ſentit etiam Dominus Vulteius *in l.1. num. 23. C. ubi cauſæ fiſcales.* Incluſio enim unius eſt excluſio alterius, *l. Cùm Prætor.12. ff. de judic. l. Maritus. 21. C. de procurat. l. Si cùm dotem. 22. in princip. ff. ſolut. matrim.* Et novæ conſtitutiones communi Iuri contrariæ ſtrictè accipi debent. *l. Præcipimus.32. in fin. Cod. de appellat.*

Etſi verò Camera Imperialis, vel quod aliud appellationis iudicium non recipiat in cauſa criminali appellationem; Si quis tamen ibi nullitatis querelam opponere velit, audiendus eſt, Cammergerichtsordnung *dict. part.2. tit.28. §.* Item nach dem auch/2c. 86

Sic aliàs iure communi ita comparatum eſt, ut appellatione prohibita, nihilominus appellari queat, ex cauſa iuſta, quam acta monſtrant, & notoriam faciunt, *Robert. Lancellotus tract. de attentatis, part. 2. tit. de attentatis appellatione pendente c.12. num.57. compilator præjudicior. Cameralium titul. matrimonium & cauſæ matrimoniales, pag. 28. verſ. Ex capite etiam nullitatis.*

Et recipitur nullitatis querela in criminali cauſa, non ſolùm ſi in proceſſu commiſſa ſit nullitas, ſed & ſi nulliter ſit iudicatum, *ut diſertè teſtatur ordinatio Cameræ Imperialis, dict. tit. 28. §.* Item nachdem / & docet Mynſing, *cent. 4. obſerv. 42.* tùm etiam Fichard, *conſ. 123. num. 2. vol. 2.*

Eſt tamen qui autumat, nullitatis querelam in cauſa criminali locum non habere, niſi in ipſo proceſſu nullitas ſit commiſſa, quem notat meritò Erneſtus Cothmannus *Reſponſ. 16. n. 127. & ſeqq.*

87 Vocatur autem in dubium, an ut Reus criminis damnatus, ſic & eo abſoluto accuſator nullitatis querelam in Camerali, vel alio appellationis judicio, movere poſſit? Mynſinger. *dict. obſervat. 42.* affirmat in caſu tantùm, quo accuſatori ſi adquieſceret in ſententia, quæ nullitatis laborat vitio, pœna talionis & corporalis immineret pœna; Siquidem hîc eadem foret ratio, quæ in Reo.

Apoſtillator verò ad Wurmbſer. *tit. 24. obſer. 18.* ſimpliciter ſcribit, concluſum fuiſſe, dictæ ordinationis Cameralis diſpoſitionem, locum habere in Reo ſolùm, non etiam in accuſatore.

Sed Erneſtus Cothmann. *d. Reſp. 14. n. 60. & ſeqq. & Reſp. 16. n. 139. & ſeqq.* autumat, quòd & accuſator in cauſa criminali nullitatis quæſtionem, non quidem ad Cameram Imperialem, ſed alium appellationis judicem deducere poſſit omni etiam caſu, quo tantùm exiſtimatio eius ex ſententia abſolutoria periclitaretur, eo quòd infamię nota acerbior ſit viro honeſto relegatione, deportiōe, & morte ipſa. Hermannus Vulteius, *in d. l. 1. n. 19. C. ubi cauſa fiſcalis*

fiſcales agantur, etiam in Camera Imperiali recipiendam nullitatis quæſtionem exiſtimare videtur, licet cauſa non ſit capitalis. Scribit enim dicto loco, nullitatis quæſtionem in cauſis criminalibus civilem non criminalem eſſe. Verùm licèt de hac Vulteii ſententia non immeritò quis dubitaverit, judico tamen in omni cauſa criminali non capitali, nullitatis quæſtionem in Camera moveri poſſe non ſolùm ab ipſo Reo damnato, ſed & accuſatore, ſi Reus ſit abſolutus: Siquidem Principalis quoque cauſa criminalis non capitalis, & per modum ſimplicis querelæ, & per viam appellationis in Camera ſit recipienda, ut antea oſtendi, & ſentit etiam Daniel Mollerus *lib. 4. Semeſtrium, c. 33. n. 3. 6. & 7.*

Septimò diſtingui poteſt juriſdictio in cõmunem & ſingularem juriſdictionem, quarũ illa ſit, quæ jure communi in aliquem, & negocia eius competit: Hæc verò quæ alicui jure ſingulari contra communis juris regulas in aliquem, & eius cauſam competit, *arg. l. Jus ſingulare. 16. ff. de legib. junct. l. 2. & l. 3.* ibi, *communi jure teſtari, ff. de teſtam. milit.* 88

Singularis ergo juriſdictio eſt, quæ competit Comiti Palatino Rheni, Imp. Romani Archidapifero Electori, in Imperatorem Romanum, cum eius maieſtati lis movetur, ut arguit aurea Bulla *Tit.* Vom Rechten der Pfaltzgrafen vñ Hertzogen zu Sachſen. §. Vndwiewol/ ꝛc. 89

Quod

Quòd ſi criminis alicuius, vel malè adminiſtrati Imperii arguatur Imperator, cauſę huius cognitio non ſolius eſt Electoris Palatini, ſed & cęterorum Imperii Electorum, uti conſtat ex ſententia exauctorationis & privationis Wenceslai Imperatoris ab Electoribus Imperii lata Anno Chriſti 1400.

90 Eſt quoque ſingularis iuriſdictio Auſtregarum, *de quibus ſupra ex ordinatione Camerali, part. 2. Tit. 2. & aliquot ſequentibus diſpeximus.*

91 Similiter iuriſdictio ſingularis eſt, quàm in cauſis feudalibus, vel dominus feudi inter vaſallos, vel pares Curiæ inter dominum & vaſallum expedire poteſt, de qua etiam ſuprà diſſerui.

92 Eſt item ſingularis iuriſdictio, ſtudiorum reverentia & intuitu literarum in ſtudioſos conceſſa, legislatione Friderici Imperatoris *in Authent. Habita. C. Ne filius pro patre.* ubi Scholaris reus tres habere dicitur iudices, Rectorem Univerſitatis, Epiſcopum loci, in quo ſtudet (qualis olim fuit hic Epiſcopus Conſtantienſis) & Præfectum urbis, ſive Præſidem, als iſt der Vogt allhie: quod etiam patet ex prooemio. ff. §. pen. Non tamen invitus coram alio, quàm Rectore Univerſitatis conveniri poteſt Scholaris, Sichardus *in dict. Authent. Habita, num. 16. & Vulteius in leg. 1. numer. 127. Codic. de iuriſdict. & in l. unic. num. 5. Codic.*

C. In quibus cauſis militantes fore præſcript. uti non poſſunt.

Non obſtat, quòd Univerſitas literaria territorium non habet, quod iuriſdictionis eſt ſubiectum, *l. ult. ff. de jurisdict.* Nam iuriſdictio eſſe poteſt ſine territorio, & territorium ſine iuriſdictione, ut tradit Menochius *lib. 3. præſumpt. 97.* & Hoſtienſ. *in c. Cùm contingat, extr. de foro compet.* Eſt enim iuriſdictionis ſubiectum recipiens non tam aliquod territorium, quàm ipſe magiſtratus, cui conceſſa eſt iuriſdictio, *ut evincitur ex l. 1. ff. de officio e ius, cui mandata eſt jurisdictio.* 93

Quòd ſi tamen coram Epiſcopo vel Præſide loci, cauſam tractari patiatur Studioſus, etiam ignorans privilegium illud, geſta haud ſunt nulla; ſed omninò valent, *gl. in l. 2. §. convenire, ff. de judic.*

In quibuſdam Academiis, id quod de Leidenſi Lycæo teſtatur Donellus, *libr. 17. Commentar. cap. 20.* receptum eſt, ut Scholaris etiam Actor, reum non Studioſum, cum quo ipſi lis eſt, ad Academiæ Rectorem trahere poſſit. 94

Præterea ex Conſtantiana legislatione ſingularis eſt iuriſdictio, cuius vi imperator, inferiore omiſſo iudice, de cauſa miſerabilium Perſonarum, ut ſunt pupilli, viduæ, diuturno morbo fatigati, & debiles cognoſcit, *leg. unic. Cod. Quando Imperator inter pupillos vel* 95

viduas

cui mandat. eſt juriſdictio, quæ aliena iuriſdictio dicitur iuriſdictio mandata, *l. Et quia 6. ff. de jurisd. l. 1. l. 3. l. 4. l. ult. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio.*

At quia hæc iuriſdictionis diſtinctio communis eſt ſpeciali iuriſdictioni cum mixto imperio, agam de ea ſuo loco infrà; ubi quoq; de prorogata iuriſdictione convenientius tractari poteſt.

Hactenus propoſitas & declaratas iuriſdictionis ſpecialis diſtinctiones pleraſque non animadverterunt, proindeq; omiſerunt Interpretes noſtri veteres, & recentiores, licèt earum uſus frequens ſit.

Bartolus verò in l. Imperium. 3. num. 24. ff. de iuriſdict. diſpertit iuriſdictionem in maximam, maiorem, magnam, parvam, minorem, minimam. 9

Maximam iuriſdictionem definit, in qua res maximi præiudicii vertitur, putà cauſa liberalis, ut eſt ingenuitatis & liberalitatis cauſa, *de qua in §. præjudiciales, Inſtitut. de actionibus.*

Maior iuriſdictio eſt ipſi Bartulo, quæ expeditur in cauſa, ex qua deveniri poteſt ad corporis coercitionem, ſi condemnatus reus iudicatum ſolvere nequeat; *de qua cauſa eſt textus in l. Quicunq. 4. Codic. de ſervis fugitivis, & in l. Si quis injuriam 35. ff. de injuriis.*

Magnam

Magnam finit iuriſdictionem Bart. quæ ad cauſas pertinet trecentis aureis maiores; de quibus cauſis cognoſcunt maiores tantùm Magiſtratus, *Novell. 15. de defenſoribus civitatum, c. 3. §. Et iudicare, quò pertinet etiam textus in l. ſi idem. 11. & l. penult. §. ult. ff. de iuriſdict. & §. Sed hoc iure, Inſtitut. de Attiliano Tutore.*

Parvam iuriſdictionem dicit Bartol. eam, quæ conſiſtit in cognitione illius cauſæ, quæ eſt infra trecentos aureos, de qua magiſtratus minores, putà defenſores civitatum cognoſcere poſſunt, *dict. Novell. 15. cap. 3. §. iudicare.*

Minorem iuriſdictionem Bartolus neque definit, neq; ullo exemplo deſcribit. Fulgoſio autem minor iuriſdictio eſt, quæ pertinet ad cauſas centum aureorum, quibus tamen cauſis Bartolus aſſignat iuriſdictionem minimam, quam Fulgoſius adſcribit cauſis viginti quinque aureorum, & quæ ſunt infra 25. aureos.

99 Verùm enimverò hęc Bartoli diſtinctio iuriſdictionis ſpecialis in gradus ſex vitioſa eſt. Tres enim primi gradus eiuſdem ſunt conditionis, cùm de ipſorum cauſis ſoli magiſtratus cognoſcant, non delegati iudices, ut ipſemet etiam Bartolus fatetur.

Et licèt cauſæ gradus tertii maiorum ſolummodò ſint iudicum, putà Præſidum, non

etiam

etiam municipalium magiſtratuum, *dict. Novella. 15. cap. 3. §. Et judicare*, haud tamen efficitur inde, quod ordine tertius ſit ille gradus.

Quod ad reliquos gradus tres attinet, eſt quidem revera quartus gradus à tertio diſcretus, verùm in quinto & ſexto gradu, neq; Bartoli, neq; Fulgoſii recipienda eſt opinio. Bartolus etenim gradum quintum verbis ſolùm non re diſtinguit à gradu ſexto. Nec etiam jure definitum eſt, cauſas aureorum centum, quas gradui adſignat ſexto ipſe Bartolus, ad alium pertinere judicem, quàm cuius juriſdictio eſt cauſarum, quæ ſunt infra trecentos aureos, quas tribuit Bartolus gradui quarto. Adhæc cauſæ ſunt nonnullæ, quarum æſtimatio aut nulla, aut cognitu difficilis eſt, putà ſervitutum, juriſdictionis, & ſimilis juris, quas ad nullum horum ſex graduum referre potes.

Fulgoſii diſtinctio inter quintum & ſextum gradum, ut juris authoritate caret, ita ridicula eſt, cùm per deciſionem quantitatum mille gradus fieri poſſent, dicente Jaſone, *in dict. l. Imperium. 3. num. 31. verſ. Sextus autem gradus, ff. de juriſdict.*

Idem Bart. *in l. 2. num. 4. C. de pedaneis judicibus*, tres ſaltem gradus juriſdictionis ſimplicis conſtituit. Secat enim hanc juriſdictionem in magnam, mediam, & minimam. Bar- 100

 tolum

Bartolum ſequitur Baldus, *in d. l. Imperium, in fin. & ibidem Iaſon. num. 31. verſ. Tres gradus. ff. de iuriſdict.* Zaſius quoque eodem loco tres gradus facit, ſed aliis nominibus eos denotat. Scribit enim, quòd iuriſdictio hæc aut maior ſit, aut magna, aut parva. In definiendis autem hiſce tribus gradibus ferè conveniunt.

Magnam definiunt iuriſdictionem, quæ verſatur circa cauſas ſtatus, ſive liberales; quibus quæritur, an quis liber vel ſervus ſit, ingenuus vel libertinus, huius vel alterius familię, nobilis, aut plebeius.

Mediam iuriſdictionem appellant, quæ vertitur circa magnæ ſummæ cauſas; ut quæ ſunt aureorum trecentorum, vel ſupra hanc ſummam.

Minimam iuriſdictionem, quæ Zaſio parva dicitur, finiunt eam, quæ eſt cauſarum infra trecentos aureos exiſtentium; quantumvis ſumma tenuis ſit, ut diſertè ſcribit Zaſius dicto loco.

At quia cauſæ, quas iuriſdictioni magnæ & mediæ adſcribunt, ad maiores tantùm pertinent judices ambæ, & delegari negantur, atq; ita eiuſdem ſint conditionis, non video, cur diſtingui gradu debeant.

101 Non tamen inutile eſt omninò iuriſdictionem ſpecialem gradu diſtinguere, reſpectu habito ad cauſas, quarum alię in benè conſtitutis

Rebus-

Rebuſpub. alios habent judices. Cauſę tenues inferioribus judicibus, magnæ & graves ſuperioribus diſceptandæ relinquuntur, ut jure Juſtinianeo, *l. Si idem 11. in pr. & l. pen. §. ult. ff. de jurisdict. & Novell. 15. c. 3. §. ult.* Sic & ſtatutis, ac moribus locorum, Zaſ. *in d. l. Imperium 3. verſ. Magna jurisdictio, ff. de jurisd.* Fürſtlich Würtembergiſch Landtrecht. *part. 1. Tit.* Von Theilung deß Gerichts/*pag. 49.*

Hic autem ſpectamus ſummam in libello petitam, non quantum ſit revera debitum, *l. pen. §. ult. ubi Bart. Bald. Auguſtin. Jaſ. Dec. & alij. ff. de jurisdict. Idem Bald. in l. Si per alium, 5. in fin. ff. Ne quis eum, qui in jus vocabitur vi eximat.*

Quod ſi quis plures actiones coram eodem judice contra aliquem movere velit, quarum ſingularum quantitas quidem ſit intra juriſdictionem eius judicis; coacervatio verò juriſdictionis modum excedat; rectè apud eundem judicem omnes rectè intentari poſſunt; *dict. l. Si idem. 11. in princip. ff. de jurisdiction.*

Franciſc. de Claperiis, *tract. de jurisd. consl. 23.* duos ſolùm ſpeciales juriſdictionis gradus conſtituit. Priorem ponit in voluntaria juriſdictione; poſteriorem in juriſdictione contentioſa, de qua diſtributione egimus ſuprà.

At licèt hoc modo juriſdictionē rectè poſ- 102
ſimus diſpertiri, attamen cùm juriſdictio cō-

tentioſa non ſit indiſcreta, ſed alia ad alios pertineat judices; pro conditione cauſæ, de qua lis eſt, ut ex prædictis patet, non inepte omninò, & huius jurisdictionis gradus conſtitui poſſunt, & quidem meo animo ſolùm duo, ad quorum priorem referendæ ſint cauſæ omnes, quæ maiores deſiderant judices; ut ſunt jure Juſtinianeo, non modo quæ adſcendunt ſummam trecentorum ſolidorum, *Novell. 15. cap. 3. §. ult.* Sed & cauſæ omnes, quæ ſui æſtimationem haud facilè recipiunt, ut cauſæ ſtatus, ſervituris, juriſdictionis, & ſimilis juris, *l. Placet. 2. Cod. de pedan. judicibus.* Poſteriori gradui ſubiicerem cauſas omnes, quæ ſunt infra trecentos aureos, *d. Novell. 15. cap. 3. §. ult.* Sed hodiè in hac re cuiusque loci mores ſpectandi ſunt.

Caput

Caput IV.

De mixto imperio.

Summaria.

1 Mixti Imperii definitiones à Doctoribus traditæ: ut Bartolo, Oldrado, Alciato, Coraſio, Muſcorno, Franciſco de Claperiis, Longovallio, Goveano, Rosbachio, nec non Cuiacio & Obrechto, imperfectæ videntur. & n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13.

2 Perſecutio eſt Doctoribus imploratio nobilis officii.

11 Lex una extendit aliam, eamq; ampliat, etiamſi reſtrictiva ſit eius diſpoſitio.

14 Definitio mixti imperii perfecta & abſoluta proponitur, & explicatur.

15 Quibus modis magiſtratus jubere dicatur.

19 Quando magiſtratus in cauſa civili dicatur modicè coercere.

17 Imperii mixti etymologia.

18 Imperium mixtum duplex, aut enim jurisdictioni ſpeciali, ut rei principali inſeparabiliter ut eius perpetuum adiunctum cohæret; aut verò ipſi mixto imperio, ut rei principali jurisdictio tanquam eius acceſſorium ineſt.

19 Particula MAGIS interdum συγκριτικῶς comparativè, interdum verò θετικῶς poſitivè accipitur.

20 Mixti imperii gradus ſex conſtituit Bartolus, maximum ſcilicet imperium, maius, magnum, parvum, minus, minimum. & num. 21. 22. 23 24. 25 26.

27 Vdalricus Zaſius & Franciſcus de Claperiis mixti imperii gradus tantum tres faciunt, Imperium mixtum magnum, mediocre & parvum. & num. 28. 29. 30. 31.

32 Domini Obrechti & Rosbachii diſtinctio mixti imperii in duos gradus, minus commoda.

33 Alia diviſio mixti Imperii, qua ſimiliter in duos tantum gradus dividitur, magis conveniens.

1 SEquitur de mixto imperio. Mixtum quòd ſit imperium, variant Dd. Bart. *in l.3. ff. de juriſd.* poſt Petrum definit mixtum imperium in hæc verba: *Mixtum imperium eſt juriſdictio, quæ officio judicis nobili expeditur, privatam utilitatem reſpiciens.* Bartolum ſequuntur & alii, atq; inter hos etiam Muſcornus, *Tract. de juriſdict. n.150.*

Verum hæc definitio vitioſa eſt, non quidem ratione generis, licet Dno. Obrechto ita videatur, *tract. de juriſd. c.3. n.24.* ubi affirmat, quod mixtum imperium non ſit juriſdictio, ſed poteſtas. Sed vitioſa eſt in ſua forma, ſive ſpecifica differentia, cùm authoritas juris non agnoſcat illam diſtinctionem inter nobile & mercenarium judicis officium, & ſæpè Judex mixtum exerceat imperium propoſitæ actioni cùm deſeruit; ut quando damni infecti nomine caveri jubet, & in poſſeſſionem mittit, quæ cautio inſtar actionis obtinet, *l. actionis. 37. in pr. ff. de oblig. & actionib.* & quando ex interdicto, quòd eſt in factum actio, *§. ult. Inſt. de actionib.* poſſeſſionem reſtituere jubet.

2 Accedit, quòd perſecutio, quæ Dd. eſt imploratio nobilis officii judicis, ſimiliter actionis verbo continetur, *d. l. actionis verbo. 37. ff. de obligat. & act. l. pecuniæ verbum. 178. §. 2. ff. de verb. ſignif.*

Quòd ultima Bartolinæ definitionis attinet verba, non diſcriminant mixtum imperium à

Google

rium à ſpeciali juriſdictione, cùm & hæc plerunq; ad privatam ſpectet utilitatem.

Oldrad. *conſil. 10. Incip. venditum Caſtrum; n. 3.* mixtum imperium definit, ut ſit *juriſdictio explicandi quæſtiones civiles, quæ ſui excellentia maioribus tribuuntur judicibus.* Verùm definitio hæc latior eſt ſuo definito, cùm & infinitæ ſint quæſtiones ſpecialis juriſdictionis, quæ ad maiores pertinent judices, ut arguit diſtributio ſpecialis juriſdictionis, in ordinariam & extraordinariam, c. præcedenti propoſita. 3

Alciatus mixtum definit Imperium *id, quod Jurisdictioni cohæret, lib. 2. Paradox. c. 8.* Sed & hæc definitio propter defectum generis probanda non eſt. Et quia non explicat omninò quid ſit hoc imperium, reiici meritò debet hac etiam ex cauſa. 4

Joann. Coraſ. *lib. 3. miſcellan. c. 17. n. 6.* propriè hoc modo definiri mixtum imperium autumat: *Mixtum imperium eſt poteſtas, & authoritas adjudicandi, dandi, decernendi, & coercendi in privatis & civilibus negociis.* Quòd ſi Coraſio *Authoritas*, idem eſt, quod *exiſtimatio*, & *dignitas*, ineptum hoc eſſe genus mixti imperii aio, cùm imperium per ſe autoritas non ſit, ſed poteſtas quædam, cum qua conjuncta eſt authoritas. Et quia ex duplici genere ſignificationis diverſæ definit hoc imperium Coraſius, nõ caret vitio hæc definitio. 5

Quòd ſi *authoritatis* nomine ſignificat Coraſius *poteſtatem*, ocioſum eſt in definitione & ſuperfluum nomen illud *Authoritas*.

Ipſam formam mixti imperii à Coraſio expreſſam quod attinet, ſanè adjudicare, & decernere, non ſolius ſunt mixti imperii, ſed & ſpecialis juriſdictionis, *l. Et poſt litem. 12. §. Res qua. l. Et puto. 16. § uſusfructus. 2. l. Item 22. §. 1. l. Heredes. 15. §. Item curare. 21. ff. famil. erciſc. l. penultim. verſic. Prætor quoq; ff. de Juſtitia & jure.* Proindeque duobus hiſce verbis mixti Imperii forma exprimi non poteſt.

6 Muſcornus, *Tractat. de jurisdict. num. 152.* probabiliorem putat hanc eſſe mixti imperii definitionem: *Mixtum imperium eſt juriſdictio cauſarum civilium, annexum imperium habentium, quæ maioris judicis officio expediuntur.*

Verùm hæc definitio non explicat, ſed obſcurat mixtum imperium. Et falſum eſt, quòd dicitur cauſas civiles imperium habere annexum. Imperium enim non ipſis cauſis, ſed juriſdictioni ſpeciali eſt annexum, ut poſt oſtendam. Cauſæ ſunt obiectum imperii, ut circa quas imperium verſatur.

Neque etiam verum eſt, quòd mixtum imperium maioris tantùm judicis officio expediatur. Cùm enim quoddam mixtum imperium cohæreat omni ſpeciali juriſdictioni, *l. 1. in fin.*

in fin. & l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdict. conſequens ei eſt, quòd & minor judex hoc Imperium habeat, & exequi poſſit. Siquidem & hic juriſdictionem habeat. Et poteſt mixtum exercere imperium etiam ille, cui maior judex ſuam mandavit juriſdictionem, *l. 2. ff. de juriſdict. & d. l. 1. in fin. & l ultim. §. 1. Digeſt. de officio eius, cui mandata eſt juriſdict.*

7 Franciſcus de Claperiis, Tract. de juriſdict. concluſ. 8. num. 3. mixtum imperium definit *juriſdictionem civilem maioribus judicibus ſpecialiter tributam, quæ propter juſſum, coactionem, vel Imperium judicis principaliter interponitur.*

Sed hæc definitio itidem vitioſa eſt, tum quia Imperium quoddam mixtum minoribus etiam competit judicibus, ut antea oſtendi, tum quia mixtum aliquod Imperium non tribuitur ſpecialiter, ſed juriſdictione ſimpliciter mandata, tranſit ipſo jure ad eum, cui ita mandata eſt juriſdictio, *d. l. 1. §. ult. & l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* Et quia ſpeciali juriſdictioni cohæret mixtum imperium, quæ juriſdictio ut plurimum jure magiſtratus competit, non ſpecialiter lege tribuitur *l. More. 5. ff. de juriſdict.* apparet inde, quòd non omne mixtum imperium ſpecialiter tribuatur.

Joannes Longovallius in repetitione l. Im- 8

 perium,

perium. ff. de juriſd. §. Venio ad mixti imperii diſputationem mihi pag. 188. mixtum imperium his definit verbis: *Mixtum imperium eſt modica coercitio, quæ jurisdictioni ſervit, & ſine qua jurisdictio commodè exerceri non poteſt.*

9 Eodem fermè modò definit hoc Imperium Anton. Goveanus *in d. l. Imperium, n. 30. ff. de jurisd.* ubi *mixtum*, ait, *imperium eſt modica coercitio, cui ineſt jurisdictio.*

Neutra hæc definitio placet. Nam mixtum imperium non eſt ipſa coercitio, imperium eſt juris, coercitio facti, Imperiũ eſt ipſa poteſtas coercendi, non coercitio. Et quamvis mixti imperii forma cõtineretur modica coercitione, attamen ipſum mixtum imperium perperã definitur modica coercitio, ſicut ineptè homo definitur ratio, licèt ea hominis forma ſit.

Sed quod attinet formam mixti imperii, arbitrabar aliquando & ego, contineri ipſam modica tantum coercitione in cauſis civilibus, motus textu *d. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurisdict.* ubi Paulus JCtus. *Mandata, ait, jurisdictione privato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari: quia jurisdictio, ſine modica coercitione nulla eſt.* Per *non merum imperium* intelligit Juriſconſultus procul dubio, *imperium mixtum.*

Et quia rationem, ex qua decidit, mandata ſimpliciter juriſdictione, ceñſeri mandatum & mixtum imperium, in modica tantùm ponit

ponit coercitione, videtur ex eo colligēdum, imperii mixti formam conſiſtere ſolum in coercitione modica.

Verum quia Ulpianus JCtus in *l. 3. verſic. Mixtum, ff. de juriſd.* diſertè oſtendit, mixtum imperium cōſiſtere etiam in danda bonorum poſſeſſione: Dare autem bonorum poſſeſſionem non eſt coercere aliquem. Vnde patet mixtum imperiũ non ex ſola coercitione modica definiri debere. Id quod liquet etiam ex *l. 4. ff. d. t. & l. Ea quæ. 26. ff. ad Municip.* quibus locis iubere caveri Prætoria ſtipulatione, & reſtituere in integrum dicuntur imperii magis eſſe, quàm iuriſdictionis, ſi imperii, certè mixti ſunt imperii, cùm meri imperii non ſint, & duo tantùm in iuriſdictionis materia agnoſcamus imperia, merum & mixtum, *d. l. 3. ff. de juriſdict.*

Ex prædictis liquet, imperfectam quoque eſſe mixti imperii definitionem à Roſbachio traditam, in proceſſu iudiciario, Tit. 2. nu. 16. quæ hæc eſt: *Mixtum imperium eſt, quòd coercitionem modicam habet, & juriſdictioni ſpeciali cohæret.* Hæc enim definitio non modò caret genere ſuo, ſed & forma nimis eſt anguſta cùm mixtum imperium non omne coercendo expediatur, ut oſtendi. 10

Non obſtat ratio ſubiecta in *dict. l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.* Etſi enim cuiuſque diſpoſitionis ſubiecta ratio reſtrin-

reſtringat diſpoſitionem & limitata cauſa limitatum producat effectum, latè Everhard, in Topicis legalib. in loco à ratione legis ſtricta, nu. 1. & ſeqq., & Tiraquell. Tractat. Ceſſante cauſa ceſſat effectus, parte 1. num. 144.
11 145. & 147. id tamen non procedit, ſi extenſio per aliam fiat legem, cùm lex una extendat aliam, eamque ampliet, etiamſi reſtrictiva ſit eius diſpoſitio, ut arguit textus in *l. ob as 12. ubi gloſſ. in verb. alienum tantùm. C. de prædiis minor, junct. l. 4. C. de jure dot. & l. Mulier. 72. ff. dict. tit.* tum etiam text. *in l. contractus. 23. verſ. Dolum tantùm, ff. de reg. jur. & l. 1. §. ult.* ibi, *dolus duntaxat ff. depoſiti, junct. l. Quod Nerva. 23. ff. dict. tit.*

12 Cuiac. *lib. 21. obſerv. c. 30. & ad l. 1. 2. 3. & 4. ff. de jurisd. pag. 4.* Miſtum imperium ſic definiendum putat; *Miſtum imperium eſt poteſtas, quæ jure magiſtratus competit, cui jurisdictio cohæret ſive ineſt.*

Hanc Cuiacii definitionem probat quoq; Dominus Obrechtus *tract. de jurisdict. & imperio, c. 3. num. 14. & Diſputat. de jurisd. theſ. 322.* ubi *mixtum*, ait, *Imperium, eſt poteſtas, cui jurisdictio ineſt, quæ jure magiſtratus proprio competit.*

13 Sed neque hæc definitio mihi perfecta videtur, tùm quia ſpecialis quoque jurifdictio quædam iure magiſtratus competit. *l. More. 5. ff. de jurisdict. & l. 1. in princ. verſ. Quæ verò. ff. de offic.*

ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict. tùm etiam quia mixtum quoddam imperium non iure magiſtratus competit, ſed ſpecialiter lege tribuitur, putà poteſtas præbendi authoritatem tutoribus, & curatoribus alienantibus prædia minorum, *l.1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutel. vel cura ſunt, ſine decret. non alienand. l.2 §.1. ubi Coſtal. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict.* Poteſtas tribuendi authoritatem tranſigentibus de alimentis ultima voluntate relictis, *l.cùm hi. 8. §. Sed nec mandare, ff. de tranſact.* Poteſtas concedendi authoritatem manumittentibus Dominis 20. annis minoribus. *§. Eadem lege Ælia. Inſtit. Quibus ex cauſis manumittere non licet,* & poteſtas impertiendi authoritatem adoptare volentibus, *l.2. ſ. 1. & l. ſeq. ff. de offic. Proconſul.* quæ omnia per ſe conſiderata mixti ſunt imperii, non ſpecialis iuriſdictionis, quamvis hæc illis inſit; quippe cùm ipſum *tribuere authoritatem* non ſit *cognoſcere,* licèt non ſine cognitione conceſſio authoritatis fiat.

Adhæc definitio illa Cuiacii, & Domini Obrechti non planè explicat, quid ſit mixtum imperium. Etſi enim Studioſus iuris ex hac definitione intelligat, mixtum imperium iure magiſtratus competere; non tamen inde cognoſcit, quæ ſit illa ipſa poteſtas, quæ iure magiſtratus competit, & qua in re illa conſiſtat, quo actu explicetur & exerceatur. Et licèt

licèt audiat, huic poteſtati cohærere iuriſdi-ctionem ſpecialem, adhuc tamen ignorat quæ ſit illa poteſtas; & quo actu expediatur ea.

14 Cùm ergò nulla prędictarum definitionum perfecta ſit omninò & abſoluta, diſpiciendum nobis eſt de alia commodiori definitione. Ego autem mixtum imperium in hęc definiendum verba reor: *Imperium mixtum eſt poteſtas jubendi, & juſſui non obtemperantes modicè coercendi, in cauſa civili; Magiſtratui proprio vel ſpeciali jure competens.* In iubendi poteſtate mixtum conſiſtere imperium, arguit non modò imperii nomen, quòd iuſſum importat. Sed & Textus in *l. Quòd juſſit. 14. ff. de re judic. l. 4. ff de juriſdict. & l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem, l. 2. §. Si mater. 23. in fin. ff. ad SCtum Tertullian.* Quòd autem dictis locis eſt iubere & iuſſus, id Ulpiano JCto eſt præcipere, & præceptum, in *l. injuriarum. 13. §. 2. ff. de injuriis.*

15 Variis autem modis iubere dicitur magiſtratus, ut cùm iubet caveri Prætoria ſtipulatione *d. l. 4. ff. de juriſdict. & dict. l. Ea quæ. 26. §. 1. ff. ad municipal.* putà rem ratam haberi: *tot. tit. ff. Rem ratam haberi. l. 1. §. 2. l. Si Præſes. 16. ff. de ſtipulat. Prætoriis*, iudicatum ſolvi *tot. tit. ff. Judicatum ſolvi*, Judicio ſiſti, *l. 1. & tot. tit. ff. Si quis cautionibus in Judic. ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit*, opus quod factum

fectum eſt demoliri. *l. Prætor.* ait, *20. §. Ait Prætor. 3. ff. de operis novi nunciat.* damni infecti nomine caveri, *§. Prætoria, Inſtit. de diviſ. ſtipulat. l. Stipulationum. 5. in princip. verſ. Prætoria, ff. de verbor. obligat. l. 4. §. Duas, & §. ſequent. ff. de damno infecto, l. cognitio. 4. §. ultim. Digeſt. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.*

Jubere quoque dicitur magiſtratus, quando dat bonorum poſſeſſionem, *d. l. 3. verſ. Mixtum eſt imperium, ff. de juriſdict.* Hac enim datione iubet aliquem eſſe bonorum poſſeſſorem. Item quando in integrum reſtituit, *d. l. Eaque. 26. §. 1. ff. ad municipal. l. 3. & 15. ff. de in integr. reſtit.* Cum tutoribus & curatoribus alienandi prędia minorum poteſtatem tribuit; cum tranſigere de alimentis ultima voluntate relictis permittit, cum in adoptionibus authoritatem ſuam interponit, de quibus exemplis textus attuli ſuprà.

Denique iubere dicitur magiſtratus, quando pupillis tutores conſtituit, *l. Muto. 6. §. Tutoris datio, ff. de tutelis junct. §. Sed ex his legibus, verſic. Neq; de compellendis tutoribus. Inſtitut. de Attiliano Tutor.* Cùm item litigatoribus ſpecialem iudicem conſtituit, quod & ipſum mixti eſt imperii, ut ſuprà docui, cap. 3.

Non ſolùm autem cùm quid iubet magiſtratus, mixtum exercet imperium, ſed & cum modicè

modicè coërcet contumaces, *l. ult. §. 1. ff. de officio eius cui mandat. eſt juriſdictio.*

16 Modicè autem in cauſa civili coërcere dicitur magiſtratus, quando in poſſeſſionem mittit actorem, ſi Adverſarius non caveat, quem cavere iuſſit *dict. l. 4. ff. de juriſdict. & d. l. Ea quæ. 26. §. 1. ff. ad municipal.* cùm pignora ob contumaciam adverſarii capit, *§. penult. Inſtit. de ſatisdat. tutor. §. Sed ex his, ubi gl. Inſtit. de Attilian. tutor.* Cùm item advocatura ſive foro alicui interdicit, *l. Moris. 9. in princ. & legib. ſeqq. ff. de pœnis, l. Imperator. 8. ff. de poſtul.* Longovallius *in l. Imperium. 3. ff. de juriſdict. §. venio ad mixti, num. 3.* Et quando contumacem in bannum civile declarat, Bart. *in l. illicitas. 6. §. ult. num. 1. ff. de offic. Præſid. gl. in l. 1. in princ. in verb. extra ordinem, ff. de adminiſtrat. tutorum.* Cammergerichtsordnung / *part. 3. tit. 43.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 11. n. 4.* aut eundem pecunia multat. *l. Aliud fraus. 131. §. 1. ff. de verb. ſignific. l. 2. §. ult. ff. de jud. l. 2. §. 1. ff. Si quis in jus vocatus non ierit*, vel in vincula coniicit, *dict. l. Injuriarum. 13. §. 2. ff. de injur. l. Sacrilegi. 9. §. ult. ff. ad leg. Jul. Peculatus.* Jul. Paul. *lib. 5. ſentent. tit. de lege Julia de vi publ. & privat.* Goveanus *de juriſd. lib. 1. num. 33.* & Longovallius *in dict. l. Imperium. 3. ff. de juriſdict. §. Venio ad mixti, n. 3.* tùm etiam cùm vilis conditionis teſtes in cauſa civili torquet, per *text. l. Divus Pius. 9 in princip.*

princ. ff. de quæſtionibus. & l. ob carmen. 21. §. Si ea rei conditio, ff. de teſtibus, vel ob contumaciam per lictores verberat, *per l. Oſſa. 8. §. Si in locum, ff. de religioſis, & ſumpt. fun.* Iaſ. *in d. l. 3. num. 24.* & ibidem Bart. *nu. 11. ff. de juriſdict.* Cuiac. *lib. 1. quæſtion. Papin. pag. 11. col. 2. in fin.*

Quòd autem mixtum imperium aliud jure magiſtratus proprio, aliud verò ſpeciali competat jure, quo ſingulariter, & nominatim eſt conceſſum, expoſui ſuprà.

Quæritur etiam de mixti imperii notatione. Accurſ. *in d. l. 3. in verb. Mixtum eſt. ff. de juriſdict.* exiſtimat, mixtum ex eo appellari imperium hoc, quòd in eo conſtituendo, & imperium & juriſdictio concurrant, quæ ſententia meo animo ferenda non eſt, tum quia juriſdict. ſpecialis diſertè diſtinguitur à mixto imperio in *l. 1. in fin. & l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdictio. & l. 3. ff. de juriſdict.* tùm etiam quia imperium mixtum juriſdictioni cohærere dicitur, in *d. l. 1. §. ult. ff. de offic. eius*, & iuriſdictio ineſſe dicitur imperio mixto. Quòd autem alii cohæret rei, vel ei ineſt, id ab eo ſua eſſentia diſtinctum eſſe revera neceſſe eſt. 17

Et licèt dominus Obrechtus *tractat. de juriſdict. c. 2. num. 14. & ſeqq. & num. 23. & cap. 3. n. 22. & Diſputat. de juriſdict. theſ. 296. & ſeqq.* Accurſio aſtipulari videatur, cùm ſcribat, hoc

imperium eſſe compoſitum aliquod ex juriſdictione & imperio: Item imperium hoc cōſiſtere ex mixtura imperii & juriſdictionis, ac ſpecie non differre mixtum imperium à juriſdictione; quæ antè Obrechtum Cuiacii fuit ſententia, *lib. 21. obſerv. c. 30.* ubi docet, quòd mixtum imperium, & juriſdictio res una & eadem ſit.

Attamen eodem tertio cap. n. 21. expreſsè contra Accurſium tradit, quòd juriſdictio non concurrat ad conſtitutionem mixti imperii tanquam ſpecies vel pars generis aut totius, ſed ita cohæreat imperio, ut conſequens antecedenti. Gloſſa verò *in l. 4. in verb. jubere, ff. de juriſdict.* & Bart. *num. 14.* eiuſq; aſſeclæ *in d. l. 3. ff. d. tit.* arbitrantur mixtum dici imperium, quod partem à mero capiat imperio, partem à juriſdictione. At quia ſpecie differunt merum & mixtum imperium, & inter ſe, ut contraria opponuntur *in d. l. 3. ff. d. t. & d. l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio:* nihil propter genus mixtum imperium cauſæ habet cum mero imperio.

Neq; verum eſt, quòd Bart. ſcribit, mixtum imperium à mero illud capere, quod delegari non poſſit: Quoddam enim mixtum imperiū delegari, id eſt, mandari poteſt, ut quòd juriſdictioni inſeparabiliter cohæret, veluti poteſtas modicè coercendi contumaces, *d. l. 1. §. ult. & d. l. ult. §. 1. ff. d. t.*

Ideò

Ideò autem mixtum hoc appellatur imperium, quod velut acceſſorium cohæret juriſdictioni per ſe & principaliter exiſtenti, *dict. l. 1. §. ultim. ff. dict. tit.* vel ei per ſe principaliter exiſtenti juriſdictio, ut adiunctum ipſius ineſt, *dict. l. 3. verſic. Mixtum. ff. de juriſdict.*

Hinc mixtum imperium, licèt præter alios Anton. Faber. *lib. 4. Coniecturar. cap. 4.* aliter ſentiat, duplex eſt: aut enim juriſdictioni ſpeciali, ut rei principali inſeparabiliter, ut eius perpetuum adiunctũ cohæret, quale eſt mixtum imperium, quod in modicè coercendo contumaces conſiſtit, *d. l. 1. in fin. & d. l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisd.* Siquidem juriſdictio haud rectè explicari poſſet abſque hoc mixto imperio, *l. 2. ff. de jurisd.* Aut verò ipſi mixto imperio, ut rei principali juriſdictio tanquam eius acceſſorium ineſt, cuiuſmodi imperium mixtum exercetur in danda bonorum poſſeſſione, *d. l. 3. verſ. Mixtum eſt imperium ff. de jurisdict.* & in jubendo caveri prætoria ſtipulatione, mittendo in bonorum poſſeſſionem, reſtitutione in integrum, *d. l. Ea quæ. 26. §. 1. ad municipalem*, quibus locis prædicti actus dicuntur magis imperii, quàm juriſdictionis, vnde patet, quòd idẽ ſint utriuſq; & imperii & juriſdictionis, Donellus *libr. 17. Comment. c. 8. pag. 27. lin. 38. & ſeq.* principaliter verò imperii. 18

19 Particula enim *magis* συγκριτικῶς comparativè accipitur, *ut in l.3. §. Sed utrum. 4. verſic. ult.* ibi, *magis enim patris, quàm ſilij intereſt ff. de minoribus.* Et cùm dicimus, *Mel magis dulce eſt quàm uva.*

Interdum tamen dictio *Magis* πεθικῶς poſitivè accipitur, ut in illo: *virtus magis prodeſt quàm obeſt*, quo axiomate ſignificamus, virtutem non obeſſe. Sic poſitivè ponitur *in l. 1.* ibi, *Pro ſocio actio magis ad perſonales præſtationes pertinet, quàm ad communium rerum diviſionem, ff. communi divid.* Actio enim prò ſocio, cùm ſit ex contractu, nullo modo pertinet ad diviſionem communium rerum & vindicationem.

Accipitur item dictio *Magis* poſitivè *in l. Stichum, 6.* ibi, *magis conditionem legato injeciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe, ff. de legat. 1.* quibus verbis Julianus Juriſconſultus ſignificat non demonſtrationem, ſed meram conditionem eſſe inſertam, ut contra Accurſium docet Cuiac. *ibidem, & ad d. l. 4. ff. de jurisdict. mihi pag. 31. col. 2.* Prædictam mixti imperii diſtinctionem recipit etiam Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. q. 74. n. 20.*

20 Huius imperii conſtituit Bart. gradus ſex *in d. l. 3. n. 17. & ſeqq. ff. de jurisdict.* Imperium ſcilicet maximum, maius, magnum, parvum, minus, minimum.

21 Maximo imperio ſubiicit poteſtatem præſtandi

præſtandi minoribus veniam ætatis, legitimandi ſpurios, interponendi authoritatem in arrogatione, & infantium emancipatione; Verum hæc poteſtas toto genere differt à juriſdictione, ſiquidem ea ſolius ſit Principis, & pars juris regalis, ſolus namque Princeps adoleſcentibus veniam ætatis præſtare poteſt, ut ipſimet abſque curatoribus bona ſua administrare, & liberè cum aliis contrahere poſſint, *l. 1.* ibi, *à Clementia, l. 2. in princ.* ibi, *ſuper hoc Imperiali auxilio indigere*, & *ſ. ult.* ibi, *à principali Clementia*, & *l. ult.* ibi *ab Imperiali beneficio, C. de his, qui veniam ætatis impetraverunt*. Legitimare item liberos naturales juris eſt regalis, cum imperatori ſolùm competat legitimandi jus, *Novell. 74. c. 2. & Novell. 89. c. 9.*

Similiter authoritatem interponere in arrogatione eſt de regalibus, & ſoli competit Principi, *l. 2. in pr. ff. de adopt. & §. Imperatoris Inſtit. eodem tit. & l. 6. C. dict. tit.* ubi Diocletian. & Maximianus Imperat. *arrogationes* aiunt *eorum, qui ſui juris ſunt, nec in Regia urbe nec in Provinciis, niſi ex reſcripto Principis fieri poſſunt*, Leo tamen Imper. in *Novell. 27. in fin.* permittit, arrogationem fieri coram ordinario loci judice, atque ita hodie etiam rectè arrogationem perfici exiſtimat Jacob. Rickius *Tractat. de unione prolium, cap. 6. num. 4. & 7.*

Quod attinet emancipationem liberorum, poteſt quidem ea vel ex reſcripto Imperatoris, vel authoritate competentis magiſtratus fieri, *l. ult. C. de emancipationib. liber.* Verùm quando ea ex Principis procedit permiſſu, non eſt juriſdictionis, ſed regalis juris, cùm Princeps quod facit, non vi juriſdictionis id faciat, ſed ratione ſupremæ ſuæ poteſtatis. *l. Princeps. 31. ff. de legib.* Franciſc. de Claperiis, *Tract. de jurisd. concl. 9. n. 1. & 2.*

12 Maius imperium mixtum eſt Bart. cognoſcere de ſupplicatione adverſus ſententiam ab eo latam, à quo appellari non poteſt, quæ potiſtis ſoli imperatori, & præfecto Prætorio competit, *Authent. Quæ ſupplicatio, Cod. de precibus Imp. offer. & l. 1. C. de offic. præfect. Prætorio.*

Cæterùm quia hic gradus ſimiliter concernit Imperatorem, non eſt diſtinctus à primo gradu, quo ad ipſum Imperatorem, quod etiam poſt Decium *in dict. l. Imperium. num. 54. ff. de jurisdiction.* & Muſcornum *Tractat. de jurisdiction. num. 155.* animadvertit Dominus Obrechtus *Tractat. de jurisdict. & Imper. cap. 12. num. 27. & Diſputation. de Jurisdictio. & Imperio, theſ. 343.* neque etiam reſpectu præfecti Prætorii, diſtinguitur hic gradus à primo, cum primo etiam gradui adſignet Bartolus ea, quæ non modo Imperatoris, ſed & compe-

competentis ſunt judicis, qualis eſt emancipatio liberorum, ut jam oſtendi.

Quin etiam cùm mixtum imperium vel juſſu magiſtratus, vel coercitione contineatur, ut definitio huius Imperii & eius explicatio arguit, cognoſcere autem de ſupplicatione partis condemnatæ, & ſententia judicis, à quo provocari non poteſt, non ſit jubere, aut præcipere quidpiam, non mixti eſt imperii, ſed ſpecialis jurisdictionis in præfecto Prætorio, id quod ſentit etiam Franc. de Claperiis, *Tract. de jurisdict. concluſ. 10. mihi pag. 55.*

Magnum imperium mixtum vocat Bart. 23 illud, quod ad cauſas pertinet, quæ plenam cauſæ cognitionem deſiderant, & coercitionem perſonalem, vel realem habent, ut ſunt reſtituere in integrum, dare bonorum poſſeſſionem, ex ſecundo decreto in poſſeſſionem mittere. Hunc gradum alii aliter reprobant, Franc. de Claperiis. *tract. de jurisd. concl. 11. n. 1. verſ. Ergò nec magni*, ſcribit; exēpla huius gradus non eſſe mixti imperii: Proindeq; nec gradus huius tertii imperii. Nonnulli, quos refert Muſcorn. *Tract. de jurisd. n. 156. verſ. in tertio gradu, & n. ſeqq.* exiſtimant reſtituere in integrum, & dare bonorum poſſeſſionem ſpecialis eſſe juriſdictionis, non mixti imperii, quod & Franciſcus de Claperiis ſentit de danda bonorum poſſeſſione, *Tractat. de jurisdict. dict. concluſion. 11.* Ac quia certum eſt, quòd

prædicta negocia mixti ſint imperii, ut eius definitio arguit, & eadem negocia plenam deſiderent cauſæ cognitionem, non immeritò hæc mixti imperii exempla gradum quendam conſtituunt.

24 Parvum imperium mixtum definit Bartol. quod ſit cum plena cauſæ cognitione, licèt non habeat coërcitionem realem vel perſonalem, ut dare bonorum poſſeſſionem, quæ jus tribuit pronuntiare de mittendo in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: Interponere authoritatem in alienatione prædiorum minoris, & in tranſactionibus de alimentis ultima voluntate relictis.

Cæterùm neque definitio, neque exempla huius quarti gradus mihi omninò probatur, nullum enim mixtum imperium in cauſæ cognitione conſiſtit, quippe cùm mixto cuidam imperio dicatur ineſſe juriſdictio, *dict. l.3. verſ. mixtum, ff. de jurisdict.* quoddam etiam mixtum imperium cohærere dicatur juriſdictioni, id eſt, cognitioni cauſæ, *l.1. in fin. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdictio.* Ut proinde aliud ſit imperium mixtum, aliud juriſdictio, id eſt, cauſæ cognitio. Deinde ab hoc gradu removet Bartolus coercitionem, quam tertio præcedenti adſignat gradui, ac nihilominus tertio illi gradui ſubiicit reſtitutionem in integrum, tum etiam dationem bonorum poſſeſſionis, cùm tamen utrumq; illud exemplum ad

plum ad hunc pertineat gradum, ſiquidem nullam habeat coercitionem reſtitutio in integrum, & datio bonorum poſſeſſionis, quem Bartoli errorem animadvertit quoque Dec. *in d. l. Imperium. 3. num. 5. verſ. Et ſecundum hoc. ff. h. t.*

Quod attinet Exemplum huius gradus primum de danda bonorum poſſeſſione, ſi illud intelligit Bartolus de miſſione in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto (id quod omninò puto, cum ſuperiori gradui tertio tribuat dationem bonorum poſſeſſionis, quæ Prætoriæ ſucceſſionis genus eſt) certè nihil ad hunc pertinet gradum, ut qui de mixto agit imperio, quod ſine coercitione exercetur, ipſa verò miſſio in bonorum poſſeſſionem etiam ex primo decreto ſit coercitio quędam, ſiquidem & hæc ad coercendam ſpectet contumaciam eius, qui cavere juſſus, non cavet *l. Prætor ait, 7. ff de damno infect.* qui item debitor latitat, nec à quoquam defenditur *l. 2. ff. Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.* Utraq; tamen hæc miſſio ex primo decreto jus tribuit pronuntiare poſtea de mittendo in bonorum poſſeſſionem ex ſecundo decreto, *d. l. Prætor ait, 7. in princip. verſ. Eum cui ita non cavebitur ff. de damno infecto,* & *l Fulcin. 7. §. 1. Quib. ex cauſis in poſſeſſionem eatur,* & *c. Quoniam. §. In aliis verò, extr. ut lite non conteſtata, non procedatur ad teſtium receptionem.*

Accedit huc, quòd omnis miſſio in bonorum poſſeſſionem refractarii, mixto ex imperio procedit, *d.l.4. ff. de juriſdict.* etiam ea, quæ ex primo fit decreto, purà rei ſervandæ cauſa, *l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem, & leg. 4. §. 1. Digeſt. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdictio.*

25 Mixtum imperium minus idem Bartolus, & poſt eum alii, inter quos etiam Henning. Goden, *conſil. 39. num. 11.* deſcribunt ex judicis nobili officio, & ſummaria cauſæ cognitione.

At gradum hunc mixti imperii non agnoſcit Franciſcus de Claperiis *Tractat. de juriſdict. concluſ. 12.* eò quòd multa ſunt, quæ ſummariam cauſæ cognitionem deſiderant, cùm tamen non ſint mixti imperii, ſed ſpecialis juriſdictionis, qualis eſt cauſa alimentorum, inter parentes & liberos controverſa, *l. penult. ff. de his, qui ſui, vel alien. juris ſunt. l. Si quis à liberis, 5. §. Si vel parens. 8. ff. de agnoſcendis vel alend. liber.* cauſa item capti pignoris in re judicata. *l. à Divo Pio, 15. §. Si rerum. 4. ff. de re judic.*

Sed his nihil motus, cenſeo prædicta exempla mixti eſſe imperii, & eius gradum aliquem conſtituere, ſiquidem alimenta non jure actionis petantur, ſed imploratione officii judicis extraordinaria, ut nec per actionem agitur de pignore capto in re judicata

dicata. Et in Bartoli deſcriptione huius quinti gradus non ſolum ſpectandum, quod de ſummaria cauſæ cognitione dicitur, ſed & quod de nobili judicis officio in ea fit mentio, qua actio excluditur, & imploratio officio judicis ſatis ſuperque ſignificatur.

Mixtum imperium minimum ipſi Bartolo eſt, quod exercetur nobili judicis officio, abſque cauſæ cognitione, Bartolum poſt alios ſequitur etiam Henningius Goden *dicto conſilio 39. numero 11.* atque huius gradus exempla adferunt de interponenda authoritate in manumiſſionibus & emancipationibus. 26

At quia omne mixtum imperium cum ſpeciali juriſdictione coniunctum eſt, unde mixtum dicitur imperium, perfecta cenſeri non poteſt huius gradus deſcriptio, quamvis non negem omnino exempla hæc ſpecialem imperii mixti gradum conſtituere, cum non plena, ſed qualis qualis hic etiam cauſæ cognitio deſideretur.

Udalricus Zaſius *in dict. l. 3. ff. de jurisdict.* mixti imperii, tres tantum facit gradus, & diſtinguit illud in mixtum imperium magnum, mediocre, & parvum. Magnum † imperium vocat, quod in nobili iudicis officio conſiſtens, plenam cauſæ cognitionem exigit, & realem vel perſonalem coercitionem 27 28

continet.

continet. Idque exerceri ſcribit in reſtitutione in integrum, miſſione in poſſeſſionem, & expulſione adverſarii ex poſſeſſione, ſed quia primum illud exemplum de in integrũ reſtitutione coercitionem continet nullam, & reſtitutio in integrum alii mandari poteſt, huic gradui adſignari commodè non poteſt.

29 Mediocre imperium mixtum appellat, quod plenam cauſæ cognitionem exigit, ſed ſine coercitione reali, & mandari non poteſt. Idq; conſiſtere ait in tutorum datione, bonorum poſſeſſione, interponenda autoritate in alienandis prædiis minorum, & alimentorum tranſactione.

At quia tutorum dationi cohæret modica coercitio, ſiquidem tutores captis pignoribus coerceri & cogi poſſunt ad ſuſcipiendam tutelam, §. *Sed ex his verſ. Neq; de compellendis*, ubi gl. *Inſtitut. de Attil. tutor.* non eſt omninò perfecta huius gradus deſcriptio.

30 Parvum imperium mixtum definit, quod in nobili judicis officio conſiſtens, cum ſummaria cauſæ cognitione, vel ſine cauſæ cognitione explicatur, ac mandari poteſt: primi generis mixti imperii huius gradus, quod cum ſummaria cauſæ cognitione explicatur, exemplum ponit Zaſius in miſſione in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, ſecundi generis exempla adfert de interponenda authoritate in manumiſſionibus mancipiorum, de præ-

de præſtanda contra aliquem ſecuritate, & mandato de non turbandis tribunalibus.

In hoc tertio gradu nihil reprehendendum video, præterquam quòd retur *Zaſius*, quædam mixti imperii huius gradus ſine cauſæ cognitione expediri etiam ſummaria, cùm tamen nullum ſit mixtum imperium abſque juriſdictione, quæ cauſæ cognitione continetur.

Franciſcus de Claperiis ſimiliter gradus 31 tantùm tres conſtituit mixti imperii, at quia primo gradui ſubiicit tantùm reſtitutiones in integrum, Secundo eas ſolùm cauſas tribuit, in quibus juſſus de cavendo Prætoria ſtipulatione, aut de poſſidendo bona vel rei, vel dotis, vel legatorum ſervandorum cauſa principaliter in judicio poſtulatur, Tertio autem gradui apponit ſolùm cauſas, quibus ob rei contumaciam neceſſe eſt judicem pervenire ad primum & ſecundum decretum, integra & perfecta hæc graduum diſtinctio haberi non poteſt, cùm adhuc multa alia ſint mixti imperii, quæ tamen ad nullum horum graduum referri poſſunt, ut: dare bonorum poſſeſſionem, quæ Prætoriæ ſucceſſionis genus eſt, dare tutores & curatores, interponere authoritatem in ſervorum manumiſſionibus, & liberorum emancipationibus, quę apud competentem fiunt judicem, & id genus alia.

Dominus Obrechtus *Tract. de juriſdict. &* 32 *Imperio,*

Imperio, c.12.n.24.& 27.& Diſp.de juriſdict.& Imperio,theſi 351. mixti imperii duos tantùm gradus conſtituit,unum in his,quæ magis ſunt imperii, quàm juriſdictionis, alterum in his, quæ magis ſunt juriſdictionis, quàm imperii: quæ diſtinctio probatur etiam Rosbachio *in proceſſu judiciario Tit.2.nu, 18. & 19.* eaq; certum habere videtur fundamentum *in d. l.4.ff. de juriſdict. & dict. l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem.*

Verùm quia diſtinctio hæc non eſt ipſius mixti imperii in eius gradus,ſed negociorum, in quibus verſatur non modò imperium mixtum,ſed& juriſdictio ſpecialis,haud commodè poteſt dici, hac diſtinctione gradus fieri mixti imperii,cùm negociorum duntaxat, ut dixi, gradus contineat. Et quiſpiam hic obiecerit, negociorum gradus cauſare ſimul & mixti imperii gradus, reſponderi poteſt, cùm juriſdictio jus perſonale ſit, ut quod perſonæ competere dicitur, *l. 1. in princ. ff.de offic.eius, cui mandat.eſt juriſdict l. Ait Prætor. 5.in prin. ff.de re judic.* gradus ipſius petendos eſſe ex gradibus perſonarum,quibus competit, non ex gradibus negociorum, circa quæ verſari dicitur.

13 Hinc ego ſimiliter quidem duos facio gradus mixti imperii,ſed eos cum Bartolo, & communi Dd. Schola diſtinguo ex qualitate magiſtratuum, quibus competit, ac reor, mixtum

mixtum imperium aliud eſſe maiorum magiſtratuum, ut Præſidum Provinciarum, Prætoris, & ſimilium: & minorum magiſtratuum, qui minores magiſtratus ſunt magiſtratus municipales, *d. l. Ea qua. 26. ff ad municipal. l. ult. C. ubi & apud quem cognitio in integr. reſtitut. agitand. ſit. l. 1. & l. 4. in prin.* & *§. duas ergo. ff. de damno infect. & §. ſed hoc jure utimur,* & *§. ſeq. Inſtit. de Attil. tutor.*

Ad maiores magiſtratus pertinet mixtum imperium, quod conſiſtit in jubendo caveri Prætoria ſtipulatione, mittendo in bonorum poſſeſſionem, reſtitutione in integrum, &c. *d. l. 4. ff. de jurisdict. & d. l. Ea qua. 26. ad municipalem.*

Ad maiores & minores magiſtratus pertinet omne mixtum imperium, quod ſpeciali cohæret juriſdictioni, ſive eam maiores, ſive minores habeant magiſtratus, ſiquidem hoc imperium à juriſdictione ſeparari nequeat, *l. 1. in fin.* & *l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* eò quòd explicari hæc juriſdictio abſque hoc imperio non poſſit, *l. 2. ff. de jurisdict.*

Caput

Caput V.

De Imperio mero.

SUMMARIA.

1 Definitio meri imperii tradita in l. 3. ff. de jurisdictione, à maiori parte meri imperii confecta eſt.
2 Bartolus definivit imperium definitione obſcurà & latiori ſuo definito.
3 Meri imperii definitio perfecta proponitur & explicatur.
4 Merum imperium cur ita dicatur.
5 Vocis MERVM ſignificatio.
6 Bartoli diſtinctio meri imperii in ſex gradus, imperium ſcilicet maximum, maius, magnum, parvum, minus & minimum.
7 Poteſtas condendi legem generalem, jus legitimandi ſpurios, reſtituendi natalibus & famæ, creandi tabelliones, concedendi veniam ætatis & ſimilia, non ſunt meri imperii, ſed regalibus annumerantur & ſoli Principi competunt.
8 Zaſius meri imperii tres ſolùm gradus conſtituit, magnum, medium ſive mediocre, & parvum.
9 Ioannis de Claperiis diviſio meri imperii.
10 Ictus fuſtium, ut & corporis mutilatio, putà manus vel linguæ, vel digitorum quorundam amputatio, aut aurium abſciſſio, ſunt pœnæ relegatione graviores.
11 Corporis mutilatio, an ad primum gradum meri imperii referenda, an verò ad ſecundum.
12 Alia & quidem abſoluta diviſio meri imperii, gradus omnium actuum meri imperii diſtinguens, quæ eſt, quòd merum imperium concernat, vel præparatoria judicii criminalis, vel ipſam judicationem criminis, vel etiam rei condemnati coercitionem.
13 Iudicii criminalis præparatoria.
14 Incarceratio an meri ſit imperii vel mixti.
15 Iudicationem criminis conſiſtere in cognitione de ipſo crimine, & in ſententia vel abſolutorià, vel condemnatoria.

16 Merum

16 Merum imperium an etiam defenſoribus civitatum, ſive magiſtratibus municipalibus competat.
17 Quæſtio ſeu tortura an etiam meri imperii ſit.
18 Interdum iudicatio de crimine, & ipſa executio, quæ coercitione continetur, penes diverſos ſunt iudices.
19 Criminis coercitio vel corporalis vel pecuniaris.
20 Coercitio corporalis vel capitalis eſt, vel non capitalis.
21 Supplicium crucis à Conſtantino Imp. ſublatum.
22 Furcæ ſupplicium quid ſit.
23 Damnatio ad beſtias.
24 Rotæ ſupplicium.
25 Concrematio ſive ſupplicium ignis.
26 Diſſectio corporis in partes.
27 Submerſionis pœna.
28 Vltio gladii.
29 Pœna capitalis non tantùm ea eſt, quæ vitam, ſed etiam ea, quæ libertatem vel civitatem criminis reo adimit.
30 Caput hominis duplex, naturale & civile.
31 Quidam rei civiliter capite damnati, & libertatem & civitatem amittunt, ut damnati in metallum; quidam verò civitatem tantùm, ut deportati.
32 An deportandi ius competat quoque Præſidibus provinciarum.
33 L. Si quis. 6. §. ult. ff. de pœnis.
34 Regula juris de *maiore ad minus*, in juriſdictionis materiâ prorſus ceſſat.
35 An in deportationis pœnam ſucceſſerit bannum imperiale.
36 Corporalis criminis coercitio non capitalis duplex, ſanguinis & ſine ſanguine.
37 Sanguinis coercitio quibus modis fiat.
38 Iure Iuſtinianeo diſtinguuntur inter ſe fuſtigatio, flagellorum caſtigatio & vinculorum verberatio.
39 Corporalis criminis coercitio non capitalis ſine ſanguine quomodo fiat.
40 Relegatio quid.
41 Confinatio.
42 Exhibitio ad publicam columnam.
43 Impoſitio lapidis famoſi ſive ſcandali.
44 Incarceratio.
45 Iure Canonico, & uſu Germaniæ carcer loco pœnæ eſſe poteſt.

M 46 Pecu-

46 Pecuniaris coercitio eſt, cùm reus criminis vel certâ nummorum ſummâ, vel universâ rerum ſuarum ſubſtantiâ, aut eius parte mulctatur
47 Commune eſt cum omni criminis coercitione, quod damnatus infamiâ notatur.
48 Quæ pœna intelligenda ſit per capitis, ſive capitalem pœnam, ſi quadam in ſanctione communi, vel ſtatutaria, ſimpliciter mentio fiat capitis, ſive capitalis pœnæ.
49 L. ultima. ff. de rer. diviſion.
50 L. Cùm autem. 23 §. Excipitur. ff. de Aedil edict.
51 L. Qui cum maior. 14. §. ſi libertus ff. de bonis libertor.
52 Explicatio L. Raptores. 54. in princ & fin. C. de Epiſcop & Cleric.
53 L. Vbicunq; 11. & L. ſeq. C. de Haret. & Manich.
54 L. 1. C. de Eunuch.
55 L. 2. C. Quæ res export. non debeant.
56 L. ult. C. de veter. numiſ. poteſtat.
57 L. 1. C. de cohortalibus. lib. 11.
58 L. 3. § ult l pen. ff. ad l. Corn. de ſicar. cum ſimilib.
59 Si quadam lege reus criminis pœna gladii jubeatur coerceri, an de ſolâ capitis amputatione, ſive decollatione, vel etiam de aliâ pœnâ corporali ea lex intelligi debeat.
60 L. Imperium 3. ff de juriſdict.
61 An per pœnam ſanguinis etiam alia, quàm mortis ſignificetur pœna in jure, vel ſtatuto quodam, putà manus, vel digitorum, vel pedis, vel aurium amputatio, itemq; virgarum caſtigatio.
62 Lege cenſetur impoſita illa pœna, quam proprietas verborum ſignificat.
63 In pœnis etiam lata ſit interpretatio, modò proprietas verborum ſervetur
64 L. ult. verſ. ult. C. de Iudæis.
65 An judex pœnam lege vel ſtatuto definitam ſuo arbitrio mutare poſſit.
66 Etiam in pœnis arbitrariis judex mero arbitrio ſuo pœnam ſtatuere non poteſt.
67 Genuinus ſenſus l Hodie. 13 ff de pœnis.
68 Iudex in pœnis arbitrariis, an ad ultimum ſupplicium progredi poſſit.
69 Reus, cui judex, ut criminis veritatem eliceret, admiſſi impunitatem promiſit, ſi fateatur crimen, poſſitne aliqua affici pœna.

70 An

70 An Judex poſt rei condemnationem, ſi ratio innocentiæ ipſius conſtiterit, vel alia in ipſum dicenda fuerit ſententia, revocare judicatum poſſit, &c.
71 An fur, qui ſuſpenſus rupto laqueo incolumis decidit in terram, denuò ſuſpendi, & fune duplicato ex judicis mandato ſtrangulari in patibulo debeat.
72 An fœminæ, quæ reum morte damnatum in matrimonium petit, annuendum ſit, necne.

MErum imperium non uno eodemq; modo à noſtris definitur. Ulpiano Juriſconſulto in *l. 3. ff. de juriſdict. Merum imperium eſt poteſtas gladij ad animadvertendum in facinoroſos homines.* Hanc definitionem perfectam dicit, præter Longovallium *in novare petit, dict. l. 3. in princip. num. 13.* & alios etjam Scipio Gentilis, *Tractat. de juriſdict. lib. 3. capit. 3.* 1

At quia merum imperium continetur, non tantùm gladii poteſtate, ſed & alia coercitione facinoroſorum, *l. Solent. 6. in princ. & d. l. Si quid erit. 11. ff. de offic. Proconſul. L. Illicitas. 6. § Qui univerſas, ff. de offic. Præſidis. l. Aut damnum. 8. §. 1. & l. Capitalium. 28. ff. de pœnis leg. Nemo poteſt. Digeſt. de regul. juris*, abſoluta & perfecta hæc definitio dici non poteſt. Eſt autem à majori parte meri imperii confecta hæc Ulpiani definitio: Major pars meri imperii eſt gladii poteſtas, ut ex legibus jam adductis abundè conſtat. Gladii poteſtas alibi dicitur jus gladii *d. l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas. ff. de offic. Præſid.* & eſt poteſtas

extorquendæ vitæ, *d. l. Aut damnum.* 8. *§. 1. &* *l. Proſpiciendum. 11. §. ult. ff. de pœnis, & dict. l. Si quid erit. 11. ff. de offic. Proconſul.* Per Synecdochen ergò Ulpianus ex parte ſignificat, & definit totum.

2 Bart. in d. l. 3. nu. 6. ff. de jurisdict. merum imperium definit *jurisdictionem, quæ officio judicis nobili expeditur, & publicam utilitatem principaliter reſpicit.* Sed definitio hæc latior eſt ſuo definito, cùm etiam mixtum comprehendat imperium. Siquidem idem Bart. mixtum imperium nobili judicis officio expediri ſcribat. Et publicam reſpiciat utilitatem, etiam ſimplex juriſdictio, itemquè mixtum imperium, cùm publicè utile ſit per magiſtratum ſecundùm leges cauſas partium decidi, & populares actiones, quibus juriſdictio inſeruit ſpecialis, principaliter publicam concernant utilitatem.

Adhæc in jure noſtro non reperitur officium judicis nobile, quin etiam ſi quod eſſet nobile judicis officium, eo expediri merum imperium haud rectè diceretur, ſiquidem ut ſimplex juriſdictio inſeruit actioni, ita quoque merum imperium plerunque accuſationi inſerviat, *tot. Tit. ff. & C. de accuſationibus. l. Reſcripto 6. §. 1. verſ. Si quis accuſatorem, ff. de muneri b. & honor.* Duaren. *lib. 1. diſp. anniver. c. 38.* Eſt quoq; obſcura hæc definitio, ex qua cognoſci haud poteſt, qua in re merum explicetur imperium. Alii

Alii aliter merum definiunt imperium, ego 3
in hæc verba illud definiendum reor; *Merum imperium eſt poteſtas animadvertendi in eos, qui criminis dicuntur rei, vel ipſos coercendo publicæ vindictæ cauſa, ſi convincantur, vel abſolvendo, ſi inſontes deprehendantur.* Quòd ſit poteſtas ſive jus animadvertendi, patet ex *d. l. 3 ff. de juriſdict. l. 2. §. Populo. 18. ff. de Origin. jur. l. Solent. 6. in princip. ff. de offic. Proconſulis. l. 1. C. Qui non poſſunt ad libertatem pervenire.* Animadvertendi verbum licèt proprium videatur ultimi ſupplicii, & extorquendæ vitæ, attamen pertinet etiam ad quamvis aliam coercitionem, ut vel ex eo patet, quòd animadverſio alia capitis dicitur, alia non capitis, alia maior, alia minor, *d. l. 2. §. Exactis. 16. & dict. §. Populo. ff. de Origin. jur. l. ſi quid erit. 11. ff. de offic. Proconſul.* Hæc autem animadvertendi poteſtas non tantùm in reo coercendo conſiſtit, ſed & in abſolvendo innocentem, *l. Solent. 6. in princ. ff. dict. tit. & l. abſentem. 5. ff. de pœnis.* Et ſit coercitio illa publicæ vindictæ cauſa, *l. Congruit. 13. ff. de offic. Præſid. l. Locatio. 9. §. Quòd illicitè. ff. de Publicanis & vectigal.*

Dicitur autem merum imperium, non 4
quod ſummum ſit, & excellens, quæ vocis
Merum quandoque † ſignificatio eſt, ut 5
cùm Plautus in glorioſo milite dicit: *Meros bellatores*, & Cic. 2. de Orat. *Meros Principes.*

Sed ex eo merum appellatur imperium, quod non cohæreat juriſdictioni ſpeciali, ut qui hanc habet, merum quoque habeat imperium. Mixtum imperium, quod etiam in coercendo conſiſtit, ineſt ſpeciali juriſdictioni, eique ſemper cohæret, proindeque omnis, qui ſpecialem habet juriſdictionem, habet & mixtum imperium, *leg. 1. in fin. & l. ultim. §. 1. Digeſt. de officio ejus, cui mandat. eſt juriſdictio. junct. leg. 2. Digeſt. de juriſdiction.*

Alia verò conditio eſt imperii meri, ut quod ſpeciali juriſdictioni non cohæret, non ineſt, & idcirco non competit omni illi, qui ſpecialem habet juriſdictionem, ſed ſpecialiter lege datur, *l. 1. in princip. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict.* Hoc ergo imperium dicitur merum, quod eſt ſolum, & purum, atque disjunctum à ſpeciali juriſdictione, ſic merum dicitur jus gentium in *l. Bona fides 31. in princip. ff. depoſiti*, & merum judicis, ac Prætoris officium in *l. Stipulationum aliæ. 5. in princ. ff. de verb. obligat. & §. 1. Inſtit. de diviſ. ſtipulat.* Item merum factum. *in l. Qui res 98. §. Mihi Romæ. ff. de ſolut.* quaſi ſolum & purum jus gentium, item quaſi ſolum & purum judicis & Prætoris officium, quorum alterum cum altero nihil commune habeat, tum etiam ſolum & purum factum, ab omni datione liberum.

Hoc

Hoc tamen non ita exaudiri debet, quaſi merum imperium concurrere non poſſit in eadem perſona cum ſpeciali juriſdictione. Sunt enim magiſtratus, qui omnimodam ſive pleniſſimam juriſdictionem habent, ut Proconſul, *l. Si in aliam. 7. §. ult. junct. l. Solent. 6. ff. de offic. Proconſul.* Item Præſes Provinciæ, *l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas, & §. ſeq. ff. de offic. Præſid.* Præfectus quoque urbi præter merum imperium habet etiam ſpecialem juriſdictionem in cauſis quibuſdam, *l. 1. l. 2. l. 3. ff. de offic. præfecti urbi:* ſed merum, ut dixi, imperium ideò appellatur, quòd non cohæreat ſpeciali juriſdictioni, ut qui hanc habet, ex eo habeat quoq; merum imperium. Donell. *lib. 17. Comment. c. 8. pag 32. lin. 40.*

Etſi verò nonnulli ex recentioribus inter merum imperium, & criminalem juriſdictionem diſtinguendum putent, hæc tamen duo diſcriminis nihil admittere, oſtendi ſuprà c. 2. ubi generalis juriſdict. ſpeciem eſſe imperium quoq; merum, indubiis argumentis aperui, omni obice remoto. Quibus item nominibus noſtrate lingua appelletur hoc imperium, expoſui ſimiliter in fine capitis eiuſdem.

Merum imperium Bart. *in l. 3. n. 8. ff. de juriſdict.* in ſex gradus diſtinguit. Quoddam enim imperium merum vocat maximum, quoddam maius, quoddam magnum, quoddam parvum, quoddam minus, quoddam

minimum. Maximum imperium merum definit poteſtatem condendi legem generalem. Alii verò, putà Alex. Jaſon. & cæteri moderni huic imperio ſubiiciunt præter legis condendæ poteſtatem, etiam jus legitimandi ſpurios, reſtituendi natalibus & famæ, creandi tabelliones, concedendi veniam ætatis, & ſimilia.

Verùm nihil hæc cum mero imperio commune habent. Merum quippe imperium eſt poteſtas coercendi facinoroſos, & abſolvendi reos inſontes, quorum neutrum in adducta exempla cadit, & eſt hoc Imperium ſpecies juriſdictionis, ut ipſemet Bartolus, & com-
7 muniter alii agnoſcunt. Iſthæc † verò exempla toto genere differunt à juriſdictione, ſunt enim de regalibus, & ſoli Principi competunt, cùm tamen merum imperium pertineat quoque ad alios magiſtratus. Quinetiam definitio meri imperii à Bartolo tradita non patitur, ut exempla maximi imperii meri referamus ad merum imperium. Imperium enim hoc definitore Bartolo nobili judicis officio expeditur, cùm tamen judicis non ſit, ſed Imperatoris, univerſalem condere legem, legitimare ſpurios, natalibus & famæ reſtituere, creare tabelliones, & veniam ætatis concedere. Haud igitur immeritò huius gradus exempla improbant etiam Zaſ. *in d. l. 3. ff. d. t.* Franciſcus de Claperiis *Tractat. de jurisd. concl. 6.* & Domi-

& Dn. Obrechtus *in ſuo de juriſdict. & imperio tractatu, c. 7. n. 33.*

Maius imperium deſcribit Bartol. poteſtatem animadvertendi in facinoroſos homines, per vitæ naturalis ademptionem, vel membri abſciſſionem, aut dationem in metallum.

Magnum imperium merum dicit eſſe poteſtatem deportandi.

Imperium parvum appellat poteſtatem relegandi aliquem.

Merum imperium minus definit modicam corporis coercitionem.

Minimum merum imperium eſt Bartolo poteſtas leviter mulctandi.

Verùm hi quinque gradus non congruunt per omnia ſententiæ conditorum juris, *in l. Si quis. 6. §. ult. l. 7. & l. 8. l. capitalium. 28. ff. de pœnis.*

Unde Zaſius *in d. l. 3. ff. de juriſdict.* tres ſolùm gradus imperii huius cōſtituit, magnum, medium ſive mediocre, & parvum. 8

Magnum ponit in amiſſione vitæ naturalis & civilis, putà in pœna mortis ſive ultimi ſupplicii, metalli coercitione & deportatione.

Medium ſive mediocre imperium merum refert Zaſius ad relegationem, virgarum caſtigationem, confinationem, & corporis arreſtationem.

Parvum imperium merum conſiſtit Zaſio

 in levio-

in leviori caſtigatione, per quam corpus non ita afficitur, ut quando ſcandali lapides imponuntur, aut reus toti populo publicatur.

At quia confinatio, & corporis arreſtatio pœnæ multò leviores ſunt illis, quas tertio gradui adponit Zaſius, ſiquidem in lictoris, ſive carnificis manus non tradantur, qui confinatione, vel arreſtatione coercentur, doctrina hæc Zaſii per omnia probari non poteſt.

Joannes de Claperiis *Tractat. de jurisdict. & imper. concluſ. 5.* merum imperium ſimiliter ſex gradibus concludit. In gradu primo locat cauſas criminales, quarum pœna eſt mors naturalis, veluti capitis amputatio, ad furcam damnatio, vivi concrematio, &c.

In ſecundo gradu collocat cauſas, quarum pœna eſt civitatis & libertatis amiſſio, ut eſt metalli coercitio, & damnatio in ludum venatorium, ad perpetuos carceres, vel ergaſtula, ſeu vincula nautica, ſive ad triremes, vulgò Gallenen.

In tertio gradu ponit cauſas, quarum pœna eſt deportatio.

Quarto gradui ſubiicit criminales cauſas, quarum pœna eſt relegatio, membri mutilatio, aut alia corporis acris afflictio, ſive ut Doctores noſtri loquuntur, pœna corporis afflictiva.

In quin-

In quinto gradu collocat leviorum criminum caſtigationes & pœnas, ut ſunt fuſtium ictus, ad poſtellum damnatio, & ſimiles,

In ſexto gradu ponit pecuniarias mulctas, quæ ob delictum imponitur.

In hac graduum meri imperii ſectione, illud inprimis mihi diſplicet, quòd fuſtiũ ictus in quinto, relegatio verò in ſuperiori quarto ponitur gradu, quaſi maior eſſet relegationis pœna, cùm tamen ictus fuſtium pœna ſit gra- 19
vior relegatione: humiliores enim fuſtib. ſubijciuntur, non honeſtiores, ſed hi relegantur. *l. ult. ff. de injur. l. Servorum. 10. §. ult. & l. capitalium. 28. §. non omnes. ff. de pœnis.* Nec obſtat, quod relegatio Scripturæ ordine prior eſt fuſtium ictu in *l. Si quis. 6. §. ult. junct. l. ſeq. & in d. l. capitalium. 28. §. 1. ff. d. t.* Verborum etenim ordo maximè in exemplorum enumeratione non admodum attenditur. *l. 2. §. pen. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Everh. *in Topic. legalib. in loco ab ordine, n. 3.* Membri quoq; mutilationem, putà manus, vel linguæ, vel digitorũ quorundam amputationem, aut aurium abſciſſionem ſimiliter maiorem relegatione pœnam eſſe judico, cùm hic Carnificis operâ interveniat, non itèm in relegatione, & relegatio dolorem corpori inferat nullum, membri autem mutilatio dolore corpus afficiat, eò quòd hominem deformet, ut proinde eodem in gradu cõmodè poni haud poſſint relegatio & membri mutilatio.

Domi-

11 Dominus Obrechtus corporis mutilationem ad primum, qui eſt de ultimo ſupplicio, gradum refert in *Tractat. de jurisdict. c. 7. n. 6.* hoc uſus argumento, quòd plerunq; accidat, ut mutilationem hanc mors inſequatur. At quia non plerunque, ſed rariſſimè, ut experientia teſtatur, mors ſequitur corporis mutilationem, non ſatis aptè primò ſubiici poteſt gradui, membri amputatio: Neque etiam tam confirmat, quàm deſtruit Domini Obrechti ſententiam textus in *Novell. 128. cap. 20.* Siquidem locus ille manifeſtò arguat, minus eſſe membrum abſcindere, quàm morte adficere, cùm noviſſimum ſupplicium Juſtinianus diſertè ibi diſtinguat à membri abſciſſione, & illud priori, hanc poſteriori ponat loco. Et quia metalli coercitio, & deportatio, pœnæ ſunt graviores membri abſciſſione, ſiquidem illi, cui aliquod corporis membrum adimitur, civile caput non adimatur, proindeq́ue teſtamenti factionem retineat. *l. Qui manus. 10.* ubi Bart. Imola & Aretin. *ff. qui teſtam. fac. poſſunt*, non niſi ineptè primo gradui adponitur membri amputatio, gradui verò ſecundo metalli coercitio & deportatio. Etſi verò primo accenſeri non poſſit gradui hæc pœna amputationis membri, meretur tamen gradũ ſecundum, ut ex *dict. Novell. 128. cap. 20.* apparet, gradui quoq; ſecundo ſubiicit hanc pœnam Scipio Gentilis *tract. de Jurisd. lib. 3. c. 9.*

Cæterum

Cæterùm ut Zaſius, ſic & Dominus Obrechtus *diſt. c. 7.* & Scipio Gentilis *diſt. libr. 3. c. 7. 8. & 9.* tres tantùm meri imperii gradus conſtituunt, quos tamen diverſo deſcribunt modo. Verùm ut Bartol. aliique: ita & hi diſtinguendo gradus illos; meri imperii gradus diſtinguere volentes, diſtinguunt tantùm pœnarum gradus, non etiam gradus omnium actuum, ad quos pertinet merum imperium, idquod fieri tamen debuit; cùm merum imperium explicetur non tantùm in pœnis imponendis, ſed & aliis in actibus.

Quocirca diſtinguendo gradus omnium actuum meri imperii, dico ego, quod merum imperium concernat, tùm Præparatoria judicii criminalis, tum ipſam judicationem criminis, tùm etiam rei condemnati coercitionem. 12

Præparatoria illa ſunt, inquiſitio in criminis authorem, apprehenſio rei, & miſſio eiuſdem in carcerem. 13

De inquiſitione illa eſt textus in *l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. Præſid. c. Qualiter. 17. c. cùm oportet. c. inquiſitionis, & c. Qualiter. 24. extr. de accuſationibus.* Quòd autem meri ſit imperii hæc inquiſitio, evincitur ex eo, quòd fit in cauſa meri imperii, ut proinde ex qualitate cauſæ principalis æſtimari, & hic debeat actus, per *text. & quæ ibi notantur in l. 2. ff. de jurisdict. l. ordinarij. 13. C. de rei vind. & l. 3. C. de inter-*

de interdict. quò etiam pertinet, quod acceſſorium ſequitur naturam & conditionẽ principalis, *c. acceſſorium, Tit de reg. jur. in 6.* Apprehenſio hominis facinoroſi, quod meri ſit imperii, arguit text. *in Novell. 15. c. Quia verò. §. 1. & in c. Si clericos. 15. tit. de ſententia excommunicationis in 6.* & docet Petr. Jacob. Aurel. *in aurea pract. libellor. Rubr. 12. nu. 59.* Schurff. *conſ. 71. nu. 13. cent. 3.* & Menoch. *de retinendâ*
14 *poſſeſſ. Remed. 3. n. 586.* Miſſio † quoq; in carcerem, ſi fiat in cauſa criminali, proindeq; ſecundum eius cauſæ qualitatem judicari debeat, meri ſimiliter eſt imperii, ut cenſet Ang. *in d. l. 2. n. 1. ff. de jurisdict,* Bald. *n. 6.* & Dec. *n. 45. in l. imperium. 3. ff. d. t.* Weſenb. *conſil. 43. nu. 77.* Non obſtat, quòd civitatum quoq; defenſores maiorum criminum reos capere, & in carcerem detrudere poſſunt. *d. Novell. 15. c. Quia verò,* Quo ex loco Bartol. *in dict. l. Imperium, n. 8.* & ibid. Jaſ. *n. 24. verſ. Tertium exemplum. ff. de jurisdict.* malè negant de mero eſſe imperio incarcerationem; ſi cuſtodiæ cauſa fiat, donec de maleficio inquiratur. Defenſoribus enim civitatum non competere merum imperium perperam ſentiunt. Nam licèt maiora coercere non poſſint crimina, judicationem tamen & coercitionem habent leviorum criminum *d. Novell. 15. c. Quia verò,* & *l. Magiſtratib. 12. ff. de jurisdict.* quæ leviora crimina ſimiliter meri ſunt imperii, ut arguit textus,

l. levia,

l. levia. 6. ff. de accuſat. & docet ipſemet Bart. & DD. communiter, quando imperio mero minimo crimina ſubiiciunt levia. Quod ſi verò incarceratio fiat in cauſa civili, in qua etiam ob rei contumaciam fieri poteſt; *Authent, Hodiè. C. de cuſtodia reor.* non meri, ſed mixti eſt imperii, *argum. l. ult. §. 1. ff. de officio eius, cui mand. eſt jurisdict.* cùm æſtimari debeat ſecundum qualitatem principalis cauſæ; quæ civilis eſt.

Ad criminis judicationem quod attinet, 15 conſiſtit illa tum in cognitione de ipſo crimine, tum etiam in ſententia vel abſolutoria vel condemnatoria.

Cognitionem de crimine meri eſſe imperii negat Henricus à Suerin, negat & Dn. Obrechtus, *ut ſupr. c. 2.* monui, ſed ibidem ſolidis, ac immotis argumentis opinionem ipſorum rejeci. Et quòd ipſa etiam cognitio de crimine, ac totus proceſſus judicii criminalis meri ſit imperii, ſentit quoq; Bald. in *l. Si quis filio. 6. §. Irritum. 5. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. Rubr. 1. n. 76.* Petr. Jacob. Aurel. *in aurea Practic. libellor. Rubr. 12. n. 40.* & Joannes Longovallius *in d. l. imperium verſ. Imperium, inquit Ulpianus, n. 8. & 9. ff. de jurisdict. mihi pag 170.*

Non diſplicet quidem Coraſio communis 16 opinio, quam probamus, negat tamen omnem de cauſis criminum cognoſcendi poteſtatem

meri

meri eſſe imperii, hoc motus argumento, quod etiam defenſores civitatum audire poſſunt, & coercere crimina, quos tamen merum habere imperium non concedit, *lib. 3. Miſcell. cap. 17. num. 10.* At nullum adducit argumentum, quo doceat, civitatum defenſoribus, haud competere merum imperium, præterquam quòd affirmat, merum eſſe imperium habere gladii poteſtatem in vitam hominis, cùm tamen in hoc ſolo jure non conſiſtat merum imperium, ut antea docui, tum argumento, *l. levia. 6. ff. de accuſat.* tum etiam autoritate doctorum communiter affirmantium, modicam corporis coërcitionem, & multandi poteſtatem meri eſſe imperii minoris vel minimi.

In confirmationem eiuſdem ſententiæ, accedit præterea illud, quòd cognitio de levi crimine, eiuſqúe coercitio, ſpecialis juriſdictionis non eſt, neque etiam eſt imperii mixti, ut ex utriuſque definitione ſatis ſuperqúe apparet.

Neque mirum denique videri debet, quòd etiam defenſoribus civitatum, ſive magiſtratibus municipalibus merum competit imperium, quippe cùm illud etiam privato, qui magiſtratus non eſt, concedi poſſit. *l. 1. in princ.* ibi, *Cùm magiſtratus eſſet, publicóve judicio præeſſet*, & *§. 1.* ibi, *magiſtratus, judexve quæſtionis. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. Si præſes. 32.* ibi, *præ-*

ibi, *præſes vel judex ff. de pœnis. l. 1. in prin.* ibi, *Is, cui obtigerit executio, ff. de offic. eius cui mandat. eſt juriſdictio*, Cuiac. *lib. 21. obſerv. c. 30.* leviorum autem criminum cognitio & coercitio nominatim defenſoribus civitatum cōceditur à Juſtiniano Imp. *in d. Nov. 15. c. Quia verò*, unde etiam in maioribus criminibus torquendi poteſtas ipſis denegata eſt *l. defenſores, 5. C. de defenſorib. civitatum.*

Ad cognitionem criminis pertinet quoque Reorum quæſtio ſive tortura, cui locus eſt, quando Reus non plenè, ſed veriſimilibus, & probabilibus argumentis eſt convictus, *l. milites. 8. §. 1. C. de quæſtionib.* Et hanc meri eſſe imperii teſtatur Bart. *in l. cùm ſervus. 15. num. 6. ff. de condict. cauſa data, cauſa non ſecuta*, & *in l. interdum. 55. §. Qui furem, n. 2. ff. de furtis*, Jaſ. *in l. Imperium, nu. 24 verſ. Sed adverte.* & ibi Dec. *n. 48. ff. de juriſdict.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. d. Rub. 1. nu. 73.* Andr. Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 2. n. 16.* 17

Si tamen in cauſa civili adhibeatur quæſtio ſive tortura, ut ſi turpis conditionis perſona teſtimonii cauſa tormentis interrogetur. *l. ob carmen. 21. §. 2. ff. de teſtib.* & *Novell. 90. c. 1. §. Si verò ignoti*, non meri, ſed mixti eſt imperii, ſiquidem ſit modica animadverſio, & coercitio, quam adhibet in civili cauſa judex ad facilius explicandam juriſdictionem ſuam, *l. 1. in fin. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius cui mandata eſt juriſdictio.*

Google

Bart. tamen *in d. l. Imperium, n.10 & ibi Iaſon, n. 24. verſ. Sed adverte*, & Dec. *n. 48.* tum etiam Zaſ. *pag.110. ff. de juriſd.* hoc caſu torturam ſimplicis eſſe juriſdictionis exiſtimāt, quę ſententia admittenda non eſt, ſiquidem, ut ſuprà docui c. 3. juriſdictio ſpecialis in ſola cauſæ civilis cognitione cōnſiſtat, non in mero quodam facto, cuiuſmodi eſt tortura.

Quod porrò ſententiam cauſæ criminalis attinet, abſolutoriam vel condemnatoriam, & eam meri eſſe imperii, patet ex *l. Solent. 6. in prin. ff. de offic. Proconſul.* & docet Bald. *in d. l. Si quis filio. §. Irritum, ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. dict. Rubr. 1. n. 76. verſ. Item ſententia*, & Petr. Jacob. Aurel. *in practic. aurea libell. Rubr. 12. de juriſdict, n. 41.*

18 Sequitur de criminis coercitione, ubi generaliter primum obſervari debet, quòd judicatio de crimine, & ipſa executio, quæ coercitione continetur, aliquando penes diverſos ſunt judices, *d. l. Solent. 6. in princ. ff. de offic. Proconſul. & c. In Archiepiſcopatu, extr. de raptorib.* Sic camera Imperialis merum imperium in ſubditos ſuos delinquentes exercet, tum cognoſcendo de crimine, tum etiam cōdemnando reum, At civitas Spirenſis datam ſententiam exequitur, ut docet D. Denaiſius JCtus, & Cameræ Imperialis adſeſſor, in diſp. de mero imperio, ſubiuncta juri ſuo Camer.

Eſt au-

Eſt autem criminis coercitio, corporalis 19
vel pecuniaris, *l. in ſervorum. 10. §. ult. ff. de pœnis.* Corporalis eſt, qua corpus delinquentis
punitur; Eaq; † capitalis eſt, vel non capitalis, 20
l. 2. ff. de publ. judic. & §. publicorum judiciorum, Inſtit. d. tit. Capitalis coercitio eſt, quæ
delinquenti caput adimit naturale, putà vitam, vel civile, nempe libertatem, ut ex proximè citatis locis evincitur, & *l. capitalium. 28. ff. de pœnis.*

Coercitio quæ vitam adimit, ultimum dicitur ſupplicium, *leg. ultimum. 21. ff. de pœnis.* cuius varia ſunt genera; veluti pœna crucis, item furcæ, damnatio ad beſtias, ſupplicium rotæ, ignis, diſſectio corporis in partes, ſubmerſio, humatio fœminæ vivæ, ultio gladij, &c.

Supplicium tamen crucis, cuius meminit 21
Jul. Paul. *lib. 5. ſent. tit. 17. §. 1.* Veneratione ſigni ſalutis noſtræ à Conſtantino Imp. ſublatum eſt, Didac. Covar. *lib. 4. variar. reſolut. c. 5. n. 4.* Cuiac. ad Jul. Paul. *d. Tit. 17. §. 1. & lib. 16. obſerv. c. 1.*

Furcæ ſupplicium, cum pœna crucis eo- 22
dem tempore in uſu fuiſſe apparet ex Cicer. qui crucis ſupplicii meminit in ultima Verrina, & *lib. 5. de finib.* de pœna autẽ furcæ meminit Cic. in Orat. pro C. Rabirio, ubi, *Caput*, ait, *obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Quo loco Ciceroni *arbor infelix* eſt ipſa *furca*, ut arguit

locus quidam apud Livium, *lib.1.* Sublato autem crucis ſupplicio manſit in uſu pœna furcæ, cuius meminit textus in *l. capitalium. 28. §. famoſos*, & *l. Si quis aliquid. 38. §. Actores.* ſive, ut Cuiac. *lib.5. ſentent. Julij Pauli tit.22. in prin.* legendum putat, *Auctores, ff. de pœnis, l.3. §. Is, qui, ff. de re militari, & l. Sacrilegij, ff. ad l. Jul. peculat.*

Supplicium furcæ eſt, cùm aliquis ob admiſſum crimen laqueo ſuſpenditur, *l. Si quis aliquid. 38. §. 1. ff. de pœnis*, Didac. Covar. *dict. lib.4. variar. reſolut. c. 5. num.1. & 2.* & Cuiac. *lib.16. obſerv. c. 1.* Quo ſupplicio hodiè fures inſigniores afficiuntur, textus eſt in *Tit. 27. de pace tenend. & eius violatorib. §. Si quis quinque ſolidos; & ordinat. criminal. Caroli V. articul. 159. & 162.*

23 Ad beſtias damnari dicebantur olim Rei, qui ob crimē aliquod beſtiis ſubiici jubebantur, putà in ſpecum Leonum, ut ab illis dilacerarentur, & conſumerentur, quæ pœna locum habebat in ſicariis humilioris conditionis. *l. 3. § pen ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Item in ſervis, & libertis plagiariis, *l. ultim. C. ad leg. Fab. de plagiariis*, tùm etiam in abigeis, cùm duriſſimè punirentur. *l. 1. §. Quanquam. ff. de abigeis.* Sed hanc quoque pœnam ab uſu receſſiſſe, & in eius locum gladii ſupplicium ſucceſſiſſe, ſcribunt Angel. *in dict. l.3. §. lege Cornelia. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Ludovic.

Carer

Carer. *in practic. criminali, c. 90. verſ. circa ſecundum, mihi, pag. 227. nu. 5.* & Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. q. 67. n. 4.*

Rotæ ſupplicium, ut quo contunduntur, 24
& potiora membra franguntur damnati Rei, locum habet in famoſis latronibus, *ut arguit Ordinat. criminalis Caroli V. art. 137.* Item in maribus, qui malo veneno hominis vitæ aut corpori damnum intulerunt, *dict. Ordin. Caroli V. artic. 130.* tum etiam in medicis, qui doloſè in medicamentis ſuis infirmos exanimarunt, *dict. Ordin. Carolina, art. c. 174. in fine.*

Hoc autem ſupplicii genere affecti Rei imponuntur Rotæ, & cum ea extolluntur, ut conſpectu deterreantur alii ab eodem facinore, ac ſolatio hæc res ſit interempti cognatis, & adfinibus, *d. l. capitalium. 28. §. famoſos latrones, ff. de pœnis.*

Ignis ſupplicio addicuntur Veneficæ, quæ 25
veneficiis damnum aliis intulerunt, *ex ordinat. criminali, Caroli V. artic. 109.* tum monetarii, qui abſque privilegio ſuper cudenda, ferienda Imperatoris moneta, facultatem ſibi arripuerunt, *l 2. C. de falſa moneta*, aut falſam monetam doloſè percuſſerunt, vel decipiendi proximi causâ expoſuerunt, ut cautum eſt *Carolina conſtitutione artic. 111.* tum etiam, qui cum brutis animantibus, vel maſculis, nefandam libidinem exercuerunt, ut patet ex

eadem ordinatione Carolina, art. 116. tum poſtremò incendiarii, qui conſultò incendium excitârunt ac fecerunt, *ex eadem Caroli V. ordinat. art. 125. & d. l. capitulium, 28. §. Incendiarij. ff de pœnis.*

26 Diſſectio corporis in partes vindicat ſibi locum de conſuetudine in reis læſæ maieſtatis, qui in fruſta quatuor ſcindi ſolent, & adpendi in locis eminentioribus illius territorii, ubi deliquerunt, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. læſæ maieſtatis crimen, num 8.* Jodoc. Damhoud. *in praxi rer. crimin. c. 62. n. 6.*

Ex conſtitutione quoq; Carolina, art. 124. eadem hac pœna proditionis Rei maſculi afficiuntur: ad quod ſupplicium accedunt quandoq; & aliæ pœnæ, putà raptatio Schlaiffen/ & per candentes forcipes corporis divulſio, Reiſſen mit glüenden Zangen / ſi proditio ſuſcepta ſit in provinciam, in civitatem, in magiſtratum, in coniugẽ, vel in ſanguine junctos, ut diſpoſitum eſt eod. artic. ordinationis Carolinæ, ubi & illud additur, interdum pro cõditione & qualitate proditionis, poſſe reum criminis huius primum decollari, & poſtmodum in partes quatuor diſſecari. Similiter ignitis forcipibus laceratur Reus, aut in terram proſtratus ad locũ ſupplicii ſupinus raptatur, quandoq; etiam ambæ hæ pœnæ junguntur: deinde vel gladio plectitur, vel membra eius rotâ tunduntur, ſi primariam perſonam, putà Domi-

dominum ſuum, cuius imperio & iuriſdictioni ſit ſubiectus, nefariè occiderit, ut cautum eſt *Carolina conſtitutione art. 130. & 137.*

Submerſionis pœna non una eademque eſt, 27 Parricidæ inſuti culeo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia aut fele, in vicinum mare vel amnem proiici iubētur, ut omnium elementorum uſu vivi carere incipiant, & eis cœlum ſuperſtitibus & terra mortuis auferatur. §. *Alia deinde lex, Inſtitut. de public. iudic. leg. penultim. ff. de lege Pompeia de parricidiis, & l. unic. C. de his, qui parentes, vel liberos occiderunt.* Atque hanc pœnam nonnulli Scabinatus Saxoniæ in Parricidas decernunt, ut patet *ex quæſtionum deciſionib. Saxonicis, part. 4. quæſt. 46.*

Ex Carolina autem conſtitutione, *art. 131.* fœmina, quæ prolem ſuam doloſè interemit, viva, infixo pectori ipſius cuneo, humatur: Niſi deſperationis adſit metus, tunc enim ſubmerſione in aquam ſuffocatur. Sæpiùs autem ſi quæ mater hoc facinore ſe polluerit, in terrorem aliorum humatio prædicta uſurpatur, vel priuſquam ſubmergatur in aquam, ignitis forcipibus laceratur.

Ex quorundam ſententia parricidæ ſive mares ſive fœminæ ſint, gladio plectuntur, ac poſtmodum rotæ imponuntur. Quandoque etiam pro qualitate huius delicti, & ipſius parricidæ ad locum ſupplicii raptari,

& ignitis forcipibus lacerari ſolent, ut arguit in deciſionibus Saxonicis d. quæſt. 46.

Submerſionis in aquam pœna locum quoque habet, in fœmina proditionis rea, ut patet ex *ſanctione Carolina, art.124.* ut & in ea fœmina, quæ veneno malo hominis vitæ aut corpori datâ operâ nocuit, ſecundum *Carolinam Ordinat. artic. 130.* tum etiam in fœmina, quæ vel ad abigendum formatum, vivumque fœtum ſuis, aut alterius mulieris viſceribus vim intulit, vel ſterilem ſe ipſam, aliamue mulierem dolosè reddidit, ut cautum eſt eadem *ſanctione Carolina articul. 133.* Quòd ſi fœtus nondum formatus fuerit, qui abactus eſt, vel necdum ad perfectionis medietatem pervenerit, vel conatus ad abigendum irritus fuerit, & ſine effectu, aut quod abactum eſt, non fœtus, ſed maſſa fuerit, pro arbitrio judicis vel cædenda eſt virgis, vel releganda, vel carcere coercenda eius criminis rea perſona, *l. Cicero 39. ff. de pœnis. l. 4. ubi gl. ff. de extraord. crim. l. Si quis aliquid. 38. §. Qui abortionis, ff. de pœnis.* Didac. Covar. *in repet. Clem. Si furioſus tit. de homicidio, § 3. in prin. & d. part. 4. deciſ. Saxon q. 47.*

Convertitur quoque eadem ſubmerſionis in aquam pœna in fœminam, quæ ſe furto vice tertia aſtrinxit, aut ſemel atq; iterum commiſit furtum violentum, ut diſpoſitum eſt in eadem *crim. ordin. Caroli V. art. 162. & 159.*

Ultore

Ultore gladio leges perſequuntur eum, 28
qui per vim uxorem alicuius, aut viduam, aut virginem vitiavit, dict. *Carol. conſtit. artic. 119.* & eum etiam, qui ſine vi coniugem alterius adulterio polluit, *l. Quamvis. 30. in fin. C. ad leg. Jul. de adulter. §. Item lex Julia. Inſtit. de publ. judic. Novell. 134. c. 10. & ordinat. Carolina, art. 120.* ubi etiam in ipſam adulteram eadem converti jubetur pœna. Jure tamen Saxonico ſolum maritus adulter gladio plectitur, adultera verò alterius coniux propter ſexus imbecillitatem virgis cæditur, & relegatur, dict. *part. 4. deciſionum Saxonic. quæſtion. 9.*

Ex ſanctione autem Wirtembergica propter adulterium prima vice commiſſum neuter mortis pœna afficitur, ſed ſive ambo conjuges ſint, ſive alteruter ſolùm fuerit coniux, carceri mancipantur ambo, ad ſeptimanas quatuor, nudo pane, & aqua cibandi, quo temporis ſpacio finito, tribus proximis diebus ſolis in æde ſacra pœnitentiæ agendæ cauſa congregatæ Eccleſiæ publicantur. Quod ſi altera vice mas aut fœmina adulterio ſe polluerit, ultimo ſupplicio locus eſt & mas gladio plectitur, fœmina autem ſubmerſione in aquam ſuffocatur.

Adhæc gladii pœna convertitur etiam in prædones, die Straſſenräuber, ex *Carolina cõſtit. artic. 126.* & quibuſdam in locis corpus

quoq; Rotæ imponitur, d. *part. 4. deciſionum Saxonic. q. 55. n. 1.* Eadem quoq; comparata eſt pœna litis cauſa in eos, qui minas in eum, quo cum litem habent, jactant crudeles, & ut reipsâ eaſdem exequantur, perditorum hominum auxilia quærunt, vulgò Landtzwinger / ut teſtatur dict. *Ordination. Carolina, articul. 128.*

Gladii quoq; pœna afficitur, qui abſq; Imperatoris, vel Regis Romani indulgentiâ, adverſus alium comparat exercitium, ut patet ex eadem *Carolina ſanctione, artic. 129.* & confert eodem textus *in l. 3. verſ. Eadem lege, ff. ad leg. Jul. maieſtatis.*

Eandem ſubire tenetur pœnam mas ille, qui per eſcam aut potum violentum & coactum à muliere vivum abegit fœtum, vel hominem, marem aut fœminam effecit ſterilem, ut cautum legimus dict. *Conſtitut. Carolina, artic. 133.*

Deniq; pœna gladii generaliter in Sicarios ſtatuta eſt, ut jure Juſtinianeo. *l. Si quis 8. C. ad leg. Cornel. de Sicar. §. Item lege Cornelia Inſtit. de publ. judic.* Sic & *Carolina conſtitutione*, In der peinlichen Halßgerichtsordnung / *artic. 137.* Etiamſi in rixa homicidium ſit commiſſum, peinliche Halßgerichtsordnung / *art. 148.* & *l. Si in rixa, 17. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* de cuius legis ſententia conſulendus Roland. à Valle *conſil. 63. n. 16. vol. 2.*

Sequi-

Sequitur de ea capitali pœna, quæ non vitam, ſed vel libertatem, vel civitatem criminis reo adimit, quæ ſimiliter capitalis rectè dicitur, per text. *in l. Qui cum. 14. §. Is demum videtur capitis, ff. de bonis libertor. l. 2.* ibi, *eximitur caput de civitate, ff. de publ. jud. l. 2. l. edicto. 13. ff. de bonor. poſſeſſ. l. Eum. 10. ff. de jur. patron. & §. capitalia, Inſtitut. de publ. jud.* Capite enim minui dicitur & ille, qui libertatem vel civitatem amittit, §. *1. Inſtit. de capit. deminut. & l. ult. ff. de capite minutis.* Unde liquet caput hominis duplex eſſe, naturale, in vita hominis conſiſtens, & civile, quod libertate, & civitate continetur. 29 30

Quidam autem rei civiliter capite damnati, & libertatem, & civitatem amittunt, quidam verò non libertatem, ſed tantùm civitatem. Prioris generis ſunt damnati in metallum, vel in opus metalli. Quorum illi gravioribus, hi levioribus premuntur vinculis; quę potiſſima inter eos differentia eſt, *l. aut damnum. 8. §. Inter eos, ff. de pœnis.* Ad quam accedit illa, quod refugæ operis, non morte, ſed pœna metalli plectuntur, *l. pen. §. ult. ff. de variis, & extraord. cognit.* 31

Quamvis autem metalli coercitioni hoc noſtro tempore ſimilis videatur damnatio in opus quoddam publicum: reor tamen hac pœna libertatem non adimi reo, neq; etiam civitatem; ut teſtandi facultas ei ſit integra.

Poſterio-

Poſterioris generis ſunt deportati, *§. minor, Inſtit. de capit. deminut. & l. ult. ff. de capite minutis*, Mynſing. *cent. 2. obſerv. 45.* Eſt tamen textus, qui arguit, deportatis adimi quoque libertatem, *l. 5. §. ult. ff. de variis, & extraord. cognitionibus.* de quo cùm prolixè ac ſtudiosè diſſeruerit Dominus Vulteius *lib. diſceptationum Scholaſticarum, c. 12.* nolo hic loci illius ſententiam pluribus indagare, ſubſcribo autem his, qui Calliſtratum in *dict. l. 5. §. ultim.* loqui de civili libertate cenſent, quæ etiam deportatis adimitur. Cicer. enim *pro Cæcinna, Et ſi*, ait, *ſemel civitas adimi poteſt, retineri libertas non poteſt. Qui enim poteſt jure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritium non eſt?*

32 Eſt inter Dd. de hac etiam quæſtione ingens certamen, an deportandi jus competat quoque Præſidibus Provinciarum, cùm textus alii id negare, alii affirmare videantur, negat textus *in l. 2. §. 1. ff. de pœnis, l. 1. §. Deportatos, junct. §. ſeq. ff. de legat. 3. l. Inter pœnas. 6. §. 1. ff. de interdict. & relegat. l. 1. in princip. ff. Quando appelland. ſit. & l. Si quis. 6. §. Eius qui. 7. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* affirmare cenſetur text. *in l. Si quis. 6. §. ult. ff. de pœnis*, ubi dicitur, quòd Præſides civitatem alicui auferre poſſint. Id autem per deportationem fieri poſſe, jam oſtendi, ſic eadem tribuitur poteſtas Præſidibus Provinciarum, quæ præ-

fecto

fecto urbi conceſſa eſt, in *l. Ex omnibus.10.& l. ſeq. ff. de offic. Præſidis.* Præfecto autem urbi cō-petit jus deportandi in Inſulam, *l.1. §. Relegandi. ff. de offic. Præfecti urbi, d. l.2. §.1. verſ. Sed præfectus, ff. de pœnis, & d. l. Inter.6. §.1. ff. de interd. vel releg.*

Adhæc Præſes Provinciæ jus habet gladii, & in metallum dandi poteſtas ei data eſt, *l. Illicitas.6. §. Qui univerſas, ff. de officio Præſid.* Proindeque & deportandi jus ei permiſſum videtur, per regulam juris, cui licet, quod plus eſt, eidem etiam liceat, quod eſt minus, *c. cui licet. Tit. de regul. jur. in 6.* Hanc textuum pugnam Dyn. *in dict. c. cui licet, num.3.* & eum ſequutus Bartol. *in l. relegatorum.7. in princ. num.12. ff. de interdict. & relegat.* tum etiam Hotomannus *lib.3. obſervat. c.12.* dirimendam putant diſtinguendo inter præſidem, qui habet in ſua Provincia inſulam, & eum, qui non habet, illi competere jus deportandi, huic denegatum illud cenſent, non propter defectum juriſdictionis, ſed propter inſulæ defectum.

Cæterùm hac conciliandi ratione prorſus rejecta, cùm textus ſuprà addicti verbis diſertis teſtentur, quòd ipſum deportandi jus præſidi datum non ſit, diſtinguendum judico inter cognitionem ſive ſententiam deportationis, & inter ipſam deportationem, cognitio & ſententia deportationis competit quoque Præſidi,

Præſidi, *l.1.§.Deportatos.3.verſ.Proindeq́;.ff. de legat.3.c.Inter 6.§.1.* ibi, *An ſequenda ſit eius* (Præſidis) *ſententia ff. de interdict. & relegat.* & *l.1.in princip.* ibi, *ſententia prolata, & verſ. comprobata ff. Quando appellandum ſit.* At executio illius ſententiæ, hoc eſt deportatio ipſa in conſulto Imperatore, & ſine eius ſpeciali juſſu non competit Præſidi, ut ex locis pro negante ſententia adductis abundè conſtat.

33 Non obſtat text. *in d.l. Si quis.6.§.ult.ff. de pœnis.* Ut enim eius legis inſcriptio teſtatur per Præſidē, ſignificatur ibi Proconſul, qui & ipſe generali Præſidis appellatione cōtinetur, *l.1.ff.de offic. Præſid.* Hic autem maius Imperiū in provincia habuit omnibus poſt Cæſarē *l.Et ideò.8 ff.de offic.Proconſ.& l.4.ff.de offic. Præſid.*

34 Neq; etiam refragatur regula juris *de maiore ad minus.* In juriſdictionis enim materia ea regula prorſus ceſſat, Cuiac. *in Nov.174.& in l.6 §.Eius,qui deportatur,ff.de injuſt.rupt.irrit. fact.Teſtam.& ad l.1.2.3.& 4.ff.de juriſd.pag.2. col.2.in fin.& pag.3.col.1.* & Scipio Gentilis *tractat.de juriſd. lib.3. c.24.* Ratio eſt, quòd quædam juriſdictionis partes non niſi lege nominatim & ſpecialiter dantur, *l.1.in pr.ff.de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict. l. ult. in pr. ff.de offic. Procuratoris Caſ. & l. Muto.6.§.tutoris,ff. de tutel.* Cuiac. *in Paratit. C. Ne ſin. juſſu principis judicibus liceat confiſcare.*

Porrò

Porrò in deporttaionis pœnã ſucceſſiſſe bannum imperiale Dd. volunt. At licèt in quibuſdam deportationi poſſit aſſimilari imperiale bannum, eſt tamen inter has pœnas differentia multa, ut variis argumentis oſtendit Bart. *tractat. ſuo bannitorum, n. 3. 4. &c.* ac aliud eſſe à deportatione ipſum bannum imperii ſentit Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. q. 67. n. 8. & queſt. 71. num. 12.* 35

Similiter Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 1. nu. 24. & lib. 2. cap. 1. num. 20.* docet, quòd deteriori ſint conditione & loco banniti, quàm deportati.

Sequitur de corporali criminis coercitione non capitali, qua ſalvo Rei capite naturali & civili in eius corpus animadvertitur. Eaq; duplex eſt, ſanguinis, vel ſine ſanguine, *l. Si quis. 6. §. fin. l. 7. l. 8. & l. capitalium. 28. §. Cateræ pœnæ, & §. ſeq. ff. de pœnis, l. 3. ubi Bald. C. de ſervis fugitivis.* 36

Sanguinis coercitio fit vel amputatione manus, pedis, digitorum, aurium, linguæ, labiorum, vel oculorũ evulſione, vel virgis, amputari autem non niſi unus pes, aut una manus poteſt, non ambo pedes, aut manus ambæ *Novell. 134. cap. ult.* Exactori tributorum falſario, non ex legis præſcripto apocham conficienti, manus una abſciditur, *Nov. 17. c. 8.* ut & ſcriptori librorum hæreticorum, *Novell. 42. c. 1. §. Sit itaq;* Item Notario, qui ſuper alienatione 37

feudi

feudi abſque Domini conſenſu factâ ſciens inſtrumentum confecit, *Tit. 55 §. Scriba, lib. 2. feud.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 65.* tum etiam quandoque furi, qui violentum commiſit furtum, peinliche Halßgerichtsordnung / *Carol. V. artic. 159.* Quibus præterea reis amputetur manus, vide Albertum de Gandino, *in libello de maleficiis. Rubr. de pœnis reor. nu. 23. 24. 25. & 52.*

Pes verò unus amputatur ſervo fugitivo *d. l 3. C. de ſervis fugit.*

Digiti amputantur duo, perjuro, qui ſuum in commodum coram judice peieravit, peinliche Halßgerichtsordnung/*art. 107.* Et qui reus juratam fregit urphedam; vel manus unius, vel duorum digitorum amputatione plectitur, peinliche Halßgerichtsordnung / *art. 108.*

Aurium amputatio accedit plerunque ad alias pœnas, putà exhibitionis ad publicam columnam, Stellung an Pranger vnd Halßeiſen / & relegationis, cuiuſmodi pœnæ convertuntur quandoque in eos, qui honeſtis fœminis, maximè virginibus proſtituendæ pudicitiæ occaſionem doloſè præbent, peinliche Halßgerichtsordnung / *artic. 123.* Linguæ aut labiorum amputatio, vel perforatio plerunq; locũ habet in blaſphemis, Damhoud. *in praxi rer. crimin. c. 61. n. 34.* Boer. *deciſ. 301.* Didac. Covar. *in c. Quamvis pactum, tit. de pactis in 6. §. 7. n. 11.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. Blaſphemia.*

Oculi

Oculi evelluntur interdum furibus, qui cum effractione vel adſcenſione, & manu armata furtum fecerunt, peinliche Halßgerichtsordnung/ *artic. 159.* Virgis coercentur, qui inopia pecuniarum, pœnam ob crimen impoſitam ſolvere nequeunt, *l. 1. §. ult. ff. de pœnis, l. ult. ff. de in jus vocand. l: Si quis. 7. §. in ſervos, ff. de jurisdict. & Tit. 53. §. Homicidium, lib 2. feud.* Item fures, qui minus quinque ſolidis furati ſunt, *Tit. 27. §. Si quis quinque lib. eodem feud.* tum etiam falſarius, qui falſis modiis & menſuris eſt uſus, peinliche Halßgerichtsordnung/ *artic. 113.* & procurator colluſionis reus, peinliche Halßgerichtsordnung/ *art. 115.* Interdum etiam lenones & lenæ, ex dicta *ſanctione criminali, art. 123.* Jul. Clar. *lib. 5 ſent. §. fin. q. 68, n. 23.*

Quandoq; etiam illi, qui adverſus magiſtratum concitare populum auſi fuerunt, peinliche Halßgerichtsordnung *art. 127.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quòd jure 38 Juſtinianeo diſtinguuntur fuſtigatio, flagellorum caſtigatio, & vinculorum verberatio, in *l. veluti. 7 ff. de pœnis.* fuſtigatio locum habebat in liberis hominibus vilioribus, non honeſtioribus, flagellatio autem in ſervis, *l. In ſervorum. 10. in princ. & l. ult. ff. de injur.* Vinculorum verberatio, quæ fuerit pœna, obſcurum videtur. Accurſ. accipit pro verberatione Reorum in carcere, Dominus Obrechtus

Tractat. de jurisd. c.7.n 25. vincula interpretatur lora & habenas. At quia flagellum, lorum & habena idem ferè ſignificant, exiſtimo in *d. l.7 ff. de pœnis*, per vinculorum verberationem ſignificari virgarum verberationem, cum virgæ, quibus criminis reus cæditur, vinciantur, & ligentur ex pluribus betulæ ramentis. Scipio quoq; Gentilis *lib.3. de jurisd. c. 9.* pro *vinculorum* legi non malè, *virgarum*, autumat, hoc motus argumento, quòd virgæ à duobus illis generibus aliis diſtinguuntur.

39 Sine ſanguine fit in corpus animadverſio per relegationem, per confinationem, per exhibitionem ad publicam columnã, per lapidis famoſi impoſitionem, & per carcerationem.

Non deſunt tamen, qui relegationem pœnis capitalibus accenſere audent, de quibus Joannes Gœddæus in *l. licet capitalis.103.n.4. ff. de verb. ſign.*

40 Relegatio eſt, cum Reo vel certis locis, vel locis omnibus præter unum interdicitur, vel is à Provincia aliqua aut civitate, in quandam inſulam mittitur, *l. Exilium. 5. & l. relegatorum. 7. in prin. ff. de interdict. & relegat. l. 4. l. capitalium. 28. §. Cætera. ff. de pœnis, & l. Eius qui, 18. §. ſed relegati. ff. Qui teſtament. fac. poſſunt. & l. 5. §. Minuitur. ff. de variis, & extraord. cognit.*

Etſi verò exilium propriè dicatur deportatio, & ab ipſa relegatio diſtinguatur, *l. 2. ff. de publicis*

publicis judic. unde Ovidius: *Quippe relegatus non exul, dicor in illo*, attamen generali appellatione exilii continetur etiam relegatio, *d.l.4. ff. de pœnis, & d.l. Exilium. 5. ff. de interdict. & relegat. & l. ult. ff. de injur.* ubi temporale exilium non deportatio eſt ſed relegatio ad tempus facta, ſiquidem deportatio ad tempus non fiat, *d.l. relegatorum. 7. §. Hac eſt differentia, & l. penult. §. 1. ff. de interdict. & relegat.*

Quandoque tamen relegatio propriè dicitur de inſulæ vinculo, cùm ſcil. reo certa inſula adſignatur, & diſtinguitur ab interdictione certi loci, vel locorum omnium, ut arguit abundè *Rubr. & text. in dict. leg. Exilium. 5. ff. de interdict. & relegat. & dict. l. ultim. ff. de injur.*

Eſt autem durior pœna relegationis in inſulam, quàm interdictionis certi, vel omnium locorum, ut patet ex *d.l. 4. ff. de pœnis*, ubi in tempus relegatus, ſi antè tempus revertatur, dicitur relegandus in perpetuum: Et in perpetuum relegatus, ſi redeat, relegari jubetur in inſulam; Relegatus in inſulam, ſi excedat inſulâ, deportatur, ſi deportatus revertatur, irrogari ei jubetur pœna capitis.

Confinatio eſt, cùm quis non relegatur à loco, ſed ei certus locus, certi fines, ex quibus non excedat, aſſignantur, Zaſius *in leg. Imperium. 3. Digeſt. de jurisdiction.* als wann einer in das Ort / da er verbürgert / oder 41

in den Zehenden/ durch Richterlichen Sentenz verbannet wird / daraus ohne Begnadigung nimmer zukommen/ cuiuſmodi pœna accedit plerunque alii coercitioni, purà incarceratio- ni, virgarum caſtigationi, & interdictioni ar- morũ, ac congreſſus honeſtorum hominum, Wann einem alle Wehr/ offene Zechen / Be- ſuchung der Hochzeiten/ vnd aller ehrlichen Leut Kundtſchafften verbotten werden / quæ pœnæ hoc in Ducatu interdum convertuntur in eos, qui contempta ſanctione de non capiendis fe- ris, auſi ſunt venari, uti evincitur ex Würten- bergica ordinatione pœnali venatorum, art. 2. 3. & 4. In eos item, qui cum privigna ſua, vel noverca, vel nuru, vel ſocru, vel fratris uxore, aut uxoris ſuæ ſorore inceſtum commiſerunt, Würtenbergiſche conſtitution vom Ehebruch/ Hurerey/ vnd anderer Vnzucht / verſ. Da aber ein Stieffvatter/ ꝛc.

42 Publica in columna conſpiciendus ſæpè exhibetur populo reus, wird an den Pranger vnd Halßeiſen geſtellet/ antequam ob commiſ- ſum crimen virgis cædatur & relegetur, qui- bus pœnis procurator afficitur, qui ad litem conſtitutus cum Adverſario in diſpendium principalis ſui colluſit, peinliche Halßgerichts- ordnung/ *artic. 113.* ut & in hoc Ducatu ince- ſtuoſus, qui primo in gradu affinitatis ince- ſtum commiſit, ut modò ex ſanctione Wür- tembergica oſtendi. Eâdem hâc plectuntur pœnâ

pœnâ aliquando, qui honeſtas fœminas, maximè puellas ad fœdam turpitudinem alliciũt, Die Kuppler vnd Kupplerin / peinliche Halßgerichtsordnung / *artic.123.*

41 Impoſitio lapidis famoſi ſive ſcandali der Laſterſtein / fit dupliciter. Aut enim rei ſcapulis imponuntur duo eiuſmodi lapides, aut jubetur reus, vel rea unum vel duos lapides in in foro circumgeſtare: Cuiuſmodi pœna non infrequens eſt in germania noſtra, maximè in reis ſtupri.

Quòd autem hæc quoque pœna, meri ſit imperii, ſcribit Zaſ. *in d. l. Imperium. ff. de juriſdict.* & Mynſing. *Reſp. 16. num. 25. decad. 2.*

Quod attinet pœnam carceris, jure quidem Juſtinianeo, carcer ad continendos reos, non ad puniendos habetur, *l. aut damnum. 8. §. ſolent. ff. de pœnis. l. incredibile. 6. C. eodem tit. & l. 1. C. de cuſtodia reor.* Cuiac. *libr. 14. obſerv. cap 34.* quamvis ad tempus publicis vinculis coerceri hoc etiam jure quis poſſit, *l. Capitalium. 28. §. Ad ſtatuas. 7. & l. Mandatis. 35. ff. de pœnis. l. SCto. 38. ff. de iniur. l. 3. §. qui pecuniam. ff. de ſuſpect. tutor. l. 1. § fin. ff. de aleatoribus.* Jure autem † Canonico & uſu Germaniæ carcer loco pœnæ eſſe ſolet, *c. Quamvis. Tit. de pœnis, in 6.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen *lib. practicar. obſerv. Tit. de accuſat. obſerv. 4.* 44 45

Damnatur autem criminis reus vel ad per-

petuum vel ad temporalem carcerem. Incarceratio perpetua eſt capitalis pœna. Bald. *in d. l. Incredibile. 6. n. 3. C. de pœnis.* Cōparatur enim morti, Innocent. *in c. Qualiter ext. de accuſat.* Bald. *in d. l. Imperium. 3. n. 6. ff. de iuriſd.* & damnationi in metallum, Bart. *in d. l. 3. n. 8. ff. d. t.* comparatur item ſervituti, Iaſ. *in d. l. 3. n. 24. verſ. Sub iſto. ff. eod. tit.* Muſcorn. *Tract. de iuriſdict. n. 16.*

Temporalis carceratio capitali pœnę annumerari non poteſt, cùm nec relegatio, ſive in perpetuum, ſive ad tempus fiat, capitalis ſit pœna, *l. capitalium. 28. §. 1. ff. de pœnis.*

46 Sequitur de pecuniaria coercitione, quæ eſt, cùm reus criminis vel certâ nummorum ſummâ, vel universâ rerum ſuarum ſubſtantiâ, aut eius parte multatur. *§. 1. verſ. Cætera, Inſtit. de publ. iud. l. aut damnum. 8. in princ. ff. de pœnis, junct. l. Interrogari, 15. C. de quæſtionib. l. 1. §. 1. ff. de teſtib. l. properandum. 13. in pr. C. de iudic. l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. l. 4. in fin. ff. de publ. iudic.*

Quòd verò pecuniaria etiam coercitio, ſi ob crimen fiat, meri ſit imperii, docet Bartol. *n. 12.* Ang. *n. 5. & 6.* Iaſ. *n. 8. verſ. Secundò, quia & n. 24. verſ. Quartus & ultimus,* Dec. *n. 52. in fin.* & alii *in d. l. Imperium. ff. de iuriſd.* Muſcor. *Tractat. de iuriſd. n. 113.* Ioan. Longovallius *in repetit. d. l. Imperium. 3. verſ. Supereſt quartus, num. 9. ff. de iuriſdict. mihi pag. 218.* & Menoch. *de arbitr.*

de arbitr. judic. quæſtion. lib. 1. quæſt. 74. num. 9 & ſequenti.

Illud autem commune eſt cum omni criminis coercitione, quòd damnatus infamia notatur, *l. Infamem. 7. ff. de publ. jud. §. 1. verſ. Cæteræ, Inſtit. eod. tit. l. Ictus fuſtium. 22. ff. de his, qui notantur infam.* 47

Expoſitis pœnarum generibus, non incommodè in quæſtionem vocari hoc poteſt loco, cum pœna capitalis alia ſit ultimum ſupplicium, alia metalli coercitio, vel deportatio, *§. capitaliæ, Inſtit. de publ. judic. l. 2. ff. d. t. l. capitalium. 28. in pr. ff. de pœnis. l. Edicto. 13. ver. Rei autem. ff. de bonor. poſſeſſ. l. licet capitalis. 103. ff. de verb. ſig.* quæ pœna intelligenda ſit per capitis ſive capitalem pœnam, ſi quadam in ſanctione communi vel ſtatutaria, ſimpliciter mẽtio fiat capitis ſive capitalis pœnæ? Communis Dd. concluſio eſt per capitis ſive capitalem pœnã denotari nõ ultimum ſupplicium, ſed deportationem, ſi in leg. quadam illius facta ſit mentio ſimpliciter, Accurſ. *in l. 1. C. Ne Chriſtianũ mancipium hæreticus poſſideat, junct. l. Judæi. 16. C. de Judæis. in l. Hos accuſare. 12. § omnib. ff. de accuſ. gl. ult. C. Quæ res venire non poſſ.* Hyppol. de Marſil. *in pract. criminal. § Opportunè, n. 39.* Dec *n. 9. & 10.* & alii *in l. Semper in obſcuris. ff. de reg. jur.* Dyn. & alii Caniſtiſtæ *in c. Odia, Tit. de reg. jur. n. 6.* Petr. Peckhius *in c. In pœnis, d. tit.* Petr. Faber. *in l. Ea ſola, 97. ff. eodem Tit.* 48

Mynſing. *cent. 2. obſerv. 45.* Alciat. *ad d. l. licet. 103. ubi Gœdd. ff. de verb. ſignif.* Joan. Longovallius *in nova repetit. l. Imperium in princ. n. 12. ff. de juriſdict.* & Muſcorn. *Tract. de juriſdict. n. 94.* Menoch. *lib. 5. de præſumpt. præſumpt. 49. n. 3.*

Et licet quidam ex recentioribus hoc pronunciatum negent verum, illi tamen ut veriſſimo ſubſcribere nihil hæſito, ſi non aliunde conſtet, per capitis pœnam ultimum ſignificari ſupplicium, legum enim interpretatione molliendæ ſunt potius, quàm aſperandæ pœnæ, ait Hermogenianus JCtus *in l. Interpretatione. 42. ff. de pœnis.* Cui conſonat *Can. pœna. 18. de pœnit diſtinct. 1.*

Confert eodem, quod in obſcuris ſemper id, quod minimum eſt, ſequimur, *d. l. Semper. 9. ff. de reg. jur. & cap. In obſcuris, eod. tit. in 6.* quodq; in cauſis pœnalibus benignior interpretatio fieri debet, *l. Factum. 155. §. ultim. ff. dict. tit.*

Accedit eodem, quod ſi publico in judicio aliquis de vi publica, & privata accuſatus ſit, condemnatio ſimpliciter facta, intelligenda eſt de pœna legis Juliæ de vi privatâ, quæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum non de pœna legis Juliæ de vi publica, quæ eſt deportatio, *l. Si Præſes. 32. ff. de pœnis, junct. leg. 1. in princ. ff. ad l. Jul. de vi privat. & l. Qui dolo. 10. §. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publ.*

Qui ve-

Qui verò per *capitis, ſive capitalem pœnam*, & per verba *capite puniri, capite plecti*, in legibus ultimum ſemper ſignificari ſupplicium contendunt, nihil certi habent, quo hanc ſuam firment opinionem, adducunt primò textum, *in l. Sed ſi. 5. in princip.* ibi, *capitis punita ſit, ff. de bonis damnator.* cùm tamen eo loco per *capitis pœnam* non ultimum ſupplicium, ſed alia ſignificetur pœna, metalli ſcilicet, bonorum & ſervitutis, ut arguunt ibi verba hæc: *quaſi mortua ſit.* Nituntur quoque textu *l. 3. §. Et is qui. 11. & §. In bello, 15 §. Qui ſeditionem, & l. ſeq. §. 1. & 2. l. 5. §. 1. & 3. l. 6. §. 1. 2. 4. & 7. ff. de re militari*, cùm tamen hiſce locis ſpecialiter agatur de pœna militum, in quibus ideo capitis pœna ſignificat ultimum ſupplicium, quod rigidiorem oportet eſſe militię diſciplinam propter exempla.

Adferunt etiam text. *in l. ult. ff. de rer. diviſ.* 49 cùm tamen ratio & atrocitas criminis exigat ibi, ut capitis pœnam interpretemur ultimum ſupplicium. Eſt enim hoſtile & abominandum violare civitatis muros, aut eos admotis ſcalis adſcendere.

Ponunt quoq; fundamentum ſuæ opinioni *in l. cùm autem. 23. §. Excipitur etiam, ff. de ædilit. edict.* ſed fruſtrà omninò. Agitur enim 50 ibi de puniendo ſervo, in quem non cadit deportationis pœna, *l. Hos accuſare. 12. §. omnib. ff. de accuſat.*

51 Nec ullum capit ipſorum opinio firmamentum *ex l. Qui cum maior. 14. §. Si libertus, ff. de bonis libertor.* Proponitur enim ibi caſus de liberto, qui per calumniam patroni filium maieſtatis accuſavit, quod crimen cùm habeat pœnam ſupplicii ſimilitudinem, *l. ult. C. de calumniatorib. & l. 3. ff. de prævarication.* meritò *capitis pœna* ibi ultimum ſignificat ſupplicium, ſiquidem maieſtatis reus hoc afficiatur ſupplicio, *l. Quisquis. 5. in fin. principij, C. ad leg. Jul. maieſtat.*

52 Quod ad *l. Raptores, 54. in princ. & fin. C. de Epiſcopis & Cler.* attinet, ſalvari eius auxilio haud poteſt nova illa opinio, tum quia Imperator Juſtinianus in principio eius legis loquitur ſpecialiter de capitis ſupplicio, non generaliter de pœna capitis. *Supplicij* autem verbo regulariter pœna mortis ſignificatur, *l. 2. C. de commerciis, & mercatoribus.* tum etjam quia idem Imper. in fine eius legis *capitis ſupplicium* expreſsè per mortis pœnam declarat.

53 In *l. ubicunq;, 11. & l. ſeq. Cod. de hæreticis & Manichæis* capite damnari, ideò eſt ultimo affici ſupplicio, quòd indubiè Manichæorum pœna eſt ſupplicium ultimum. *l. 5. §. Manichæis, & dict. l. ubicunq; 11. §. Manichæi, C. dict. tit.*

54 Sic in *l. 1. C. de Eunuchis,* capitis pœnam interpretari poſſumus, non de ultimo tantum

ſuppli-

ſupplicio, ſed etiam de deportatione, eò quòd is, qui fecit Eunuchos, pœna mortis plectitur, ſi ſervus fuerit, vel deportatione, ſi homo liber ſit honeſtus. *l. 4. §. ult. junct. l. 3. §. pen. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.*

In *l. 2. C. Quæ res exportari non debeant*, capitalis pœna ultimum eſt ſupplicium, quia nihil ab hoſte differt, qui in perniciem populi Romani arma aut annonam extra Imperium barbaris adducit, ut ibidem in *verſ. Pernicioſum, &c.* expreſsè dicitur. 55

Nec facit etiam negocium textus *in l. ult. C. de veteris Numiſmatis poteſtate*, quippe cùm ibi ſupplicii expreſſione, ſignificetur abundè mortis pœna, maximè cùm monetam, qui adulterant, ultimo afficiantur ſupplicio, *l. 2. C. de falſa moneta.* 56

Mortis quoque pœnam ſignificari verbis: *Capite puniendus. in l. 1. C. de cohortalib. lib. 12.* vel ex eo patet, quòd is, qui magiſtratus poteſtatem ſibi aſſumit, ut fit in ſpecie illius legis, crimen læſæ maieſtatis committit, *l. 3. verſic. Quive privatus, ff. de lege Julia maieſtat.* quod crimen ultimum meretur ſupplicium, *l. Quiſquis. 5. in fine princ. C. ad l. Jul. maieſt. & §. Publica autem judicia, Inſtit. de publ. jud.* 57

Adferuntur quoque in recentis illius opinionis confirmationem, *l. 3. §. ult. l. pen. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 7. in fin. ff. repetundar. l. 4. ff. de pœnis, leg. ultim. ff. de incend. ruin. l. capi-* 58

talium,

talium.28.§. Venenarÿ, ff. de pœnis. l. ult. C. Si reus vel accuſator fuerit mortuus. §. Item lex Julia, Inſtit. de pub. jud. Verùm quia his locis omnibus opponuntur inter ſe capitis pœna, & deportatio, neceſſe eſt, ut per capitis pœnam intelligamus ultimum ſupplicium.

59 Quæritur item ſi quadam lege reus criminis pœna gladii jubeatur coerceri, an de ſola capitis amputatione, ſive decollatione, vel etiam de alia pœna corporali ea lex intelligi debeat? Poſterius hoc placet Alciat. *lib. 2. paradoxor. c.7.* Item Longovallio *in nova repetit. l. Imperium.3. ff. de jurisd. in pr. n 9.* & Coraſio *lib.3. miſcellaneor. c.17. n.12. & ſeqq.* Atq; horum opinio probari videtur *text. d. l.3 ff. de jurisd.* ubi merum imperium per gladii poteſtatem definitur, & conſtat, quòd merum imperium non ad ſolam capitis amputationem, ſed ad alias quoq; pertineat pœnas.

Accedit quòd excommunicatio gladius nominatur Eccleſiaſticus in *c. dilecto, Titul. de ſententia excommunicat. lib.6. c. ſollicitudinem, ext. de appellat. & c. Quoniam in plerisq;, ext. de offic. & poteſt. ordinarÿ.*

At his nihil obſtantibus, putandum ſanctionem huiuſmodi accipiendam de ſola capitis amputatione. Jura enim noſtra, in materia pœnarum accuratè diſtinguunt gladii animadverſionem à cæteris criminibus, *l. Aut damnum. 8. §. 1. ff. de pœnis, l. Solent. 6. in prin. ff. de of-*

ff. de offic. Proconſul. l. Nemo poteſt. 70. ff. de reg. jur. l. Illicitas 6. §. Qui univerſas. ff. de offic. Præſid. l. Si quis filio. 6. §. Sed etſi quis. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. & l. 1. in princip. ff. de abigeis.

Non tuetur alteram opinionem text. *in d. l. Imperium. 3 ff de jurisd.* Primò enim cum Fachinæo *lib. 9. cõtroverſiar. jur. c. 1. verſ. Caterùm ni fallor, &c.* dici fortè poteſt, aliud eſſe gladii poteſtatem, aliud pœnam gladii, quamvis huic reſponſioni inhærendum minimè cenſeam, per text. *in d. l. Illicitas 6. §. Qui univerſas, ff. de offic. Præſidis*, ubi Idem JCtus Ulpianus jus gladii, quod nihil eſt aliud, quàm poteſtas gladii diſtinguit ab alia corporis coercitione, quæ ſimiliter meri eſt imperii. Deinde reſponderi poteſt commodiùs, Ulpianum Juriſconſultum in *d. l. Imperium. 3. ff. de jurisdict.* definire merum imperium per Synecdochen ſpeciei, & ex ſpecie imperii meri potiſſima, quæ eſt gladii poteſtas, ſignificare genus, ſcilicet univerſum, & omne merum imperium, quæ Cuiacii ſententia eſt *in l. 1. 2. 3. & 4. ff. de jurisdict. pag. 2. col. 2.* Denique haud ineptè poteſt & illud dici *in d. l. 3. ff. d. tit.* metonymicè ex adiuncto inſigni meri imperii hoc ipſum ſignificari imperium, cùm gladius fuerit olim inſigne meri imperii, ſiquidem imperatores, quando hoc dabant imperium Præſidibus provinciarum, eos gladio accingi jubebant. 6

bebant, ut ex Hiſtoricis notavit Petr. Faber, *in d. l. Nemo poteſt, 70. ff. de regul. jur. mihi, pag. 278.*

Quòd ad textus juris Canonici attinet, gladii appellatione per Metaphoram ſignificant ſpiritualem gladium excommunicationis ſc. pœnam, quæ non necat, ſed vivificat *can. Inter hæc, 33. quæſt. 2.*

61 Eſt & illa huius loci quæſtio, num per pœnam ſanguinis etiam alia, quàm mortis ſignificetur pœna in jure noſtro, vel ſtatuto quodam, putà manus, vel digitorum, vel pedis, vel aurium amputatio, itemq; virgarum caſtigatio, Alciat. *in l. Tranſigere. 18. in verb. In aliis autem, n. 3.* & ibidem Sichard. *n. 1. in fin. C. de tranſactionib.* & Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. q. 58. n. 7.* præter mortis pœnam denotari etiam cæteras illas exiſtimare videtur. Sed idem Alciat. item Brechæ. Fornet. Rebuff. & alii *in l. licet. 103. ff. de verb. ſig.* id negare cenſentur, ut & Joan. Gœdd. *Tractat. de contrahend. ſtipulat. c. 6. concluſ. 12. n. 134. & ſeqq.*

62 Prior opinio mihi neutiquam ſpernenda videtur, illa enim lege cenſetur impoſita pœna, quam proprietas verborum ſignificat, *arg. l. cum lege. 26. ff. de teſtamentis,* Bart. *in l. Stipulatio iſta, 38. §. Eum qui, n. 2. ff. de verb. oblig. & ibid.* Jaſ. *n. 3.* & Dec. *in d. l. Semper in obſcuris. 7. n. 11. ff. de reg. jur.* Alciat. *in d. l. licet capitalis, ff. de verb. ſig.* Sanguinem autem elici per manus, digito-

digitorum, pedis, aurium amputationem, & plerunq; etiam virgarum caſtigationem, ipſa experientia palàm teſtatur.

Confert huc, quòd etiam in pœnis lata ſit interpretatio, modò verborũ proprietas ſervetur. Dec. *in d.l. Semper, n.11. & ibid.* Cagn. *nu. 21. ff. d.t.* Menoch. *de præſump. lib. 5. præſ. 49. n. 15.* 63

Nihil juvat poſteriorem opinionem text. *in l. 1. ff. de bonis eor. qui antè ſentent. ſibi mortem conſciverunt.* Ea enim in lege, quòd ſanguinis pœna ſit pœna mortis diſertè præcedentia declarant verba,

Neq; auxiliatur eidem opinioni textus *in l. ult. verſ. ult. C. de Judæis.* Cùm enim agatur eo loco de Judæis, qui cõtra legis perhibitionem extruendo novam Synagogæ fabricam, perverſa ſua doctrina fidem Chriſtianam expugnare conantur, meritò ſanguinis pœnam interpretantur ibi mortis pœnam, ſiquidem in atrocioribus & gravibus maleficiis, non levis, ſed gravior pœna præſumatur impoſita, ut arguit text, *in l. Reſpiciendum. 11. ff. de pœnis*, & poſt alios ſcribit Menoch. *d. præſumpt. 49. n 19.* Quò pertinet & illud, quod niſi graviter in huiuſmodi animadverteretur Judæos, delinquendi enormiter occaſio ipſis daretur, id ne fiat, ſanguinis pœnam accipimus ibi, de mortis pœna, *arg. l. Si operis. 14. C. de pœnis*, & ita ſentire videtur ex ſententia aliorum Menoch. *d. præſumpt. 49. n. 23.* 64

Denique

Denique nihil firmamenti poſterior capit opinio *ex l. ult. ff. de prævaricat. aut l. Tranſigere. C de Tranſact.* Quod enim ibi cauſa ſive pœna ſanguinis ſit capitalis cauſa ſive pœna, quæ ultimum continet ſupplicium, evincitur *ex d. l. 1. ff. de bonis eor. qui antè ſent. ſibi mortem conſciverunt.*

65 Eſt & illa ut elegans ita celebris quæſtio: poſſitne Judex pœnam lege vel ſtatuto definitam ſuo arbitrio mutare? Negativam juri conſonam eſſe arguit textus expreſſus *in l. 1. §. Quorum. 4. ff. ad Senatusconſultum Turpill.* ubi Marcianus Juriſconſultus ex ſententia Papiniani ait: *Facti quidem quæſtio in arbitrio eſt judicantis, pœnæ verò perſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis autoritati reſervatur.* Quod Papiniani reſponſum extat quoque in *l. ordine. 15. in fin. princip. ff. ad municipalem.* Sic Vlpian. in *leg. Aliud fraus eſt. 131. §. 1. ff. de verb. ſignif. Multa*, ait, *ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: pœna non irrogatur, niſi quæ quoque lege, vel quo alio jure ſpecialiter delicto impoſita eſt.* Pertinet eodem textus *in l. Si ſtipulatio. 19.* ibi, *contenti eſſe debemus pœnis legum, ff. de verb. oblig.*

Confirmat eandem ſententiam reſcriptum Imperat. *in l. Servos 8. C. ad leg. Jul. de vi publ. vel privat.* ubi judex gravi notandus dicitur infamia, ſi in crimen apud ſe probatum, molliorem protulerit pœnã, quàm quæ præſtituta eſt lege. Simili-

Similiter *in l.1.C. de deſertoribus, lib.12.* Rector provinciæ, qui propoſitam legis ſeveram pœnam, vel gratia, vel diſſimulatione diſtulerit, patrimonii atq; exiſtimationis damno ſubiici jubetur.

Adhæc ſi Judex delatum ad ſe crimen reiterati baptiſmatis vel nulli, vel minori coercitioni mandaverit, ex reſcripto Imp. Theodoſii & Valentiniani ea plectitur pœna, quę in reum illius criminis jure definita eſt, *l. ult. C. Ne ſanctum baptiſma iteretur.*

Hinc Carolus I. Rex Siciliæ ſuſpendi judicem juſſit, qui reum ſuſpendio dignum, ad manus amputationem condemnaverat. Ant. Peregrin. *lib. 4. de jure fiſci, cap. 8. num. 23. & ſequentibus.*

Deniq; Juſtinianus Imp. *in Novell. 82. c. 10.* præcipit, ne judex ſit clementior aut ſeverior ipſis legibus.

Aienti verò enunciationi adſiſtit *textus in l. Quid ergò. 13. §. pœna gravior ultra legem impoſita, ff. de his; qui notantur infam. l. Perſpiciendum. 11. in princ. ff de pœnis. & d.l. ordine, 15. in prin.* ibi, *minoribus, quàm leges permittunt, ff. ad municipalem.* Quibus ex locis manifeſtè conſtat, quòd judex modò graviores, modò leviores, quàm leges præſcribunt reis pœnas imponere poſſit.

Has ſententias alii aliter conciliare tentant, quidam textus de negativa loquentes,

putant intelligendos de legum pœnis certis, textus verò in contrarium adductos exponunt de pœnis criminum extraordinariorum, quæ non certæ, ſed arbitrariæ dicuntur, *l.1.§.1. verſ. Quibus nulla. ff. de effractorib.* Sed vitioſa eſt hæc conciliandi ratio, ſiquidem *d.l. Quid ergo, §. pœna gravior. ff. de his qui notantur infam. & d.l. ordine, in princ. ff. ad municipalem,* disertè loquantur de legum pœnis, de quibus etiam exaudienda, *dict. l. Perſpiciendum. 11. in prin ff. de pœnis,* uti eius inſcriptio teſtatur, *de publicis judiciis,* quorum certæ pœnæ legibus definitæ ſunt.

Alii verò & quidem pleriq; diſtinguunt inter abſolutum liberum, & ſimplex judicis arbitrium, & arbitrium eius juſtiſſima ratione & cauſa temperatum, Jul. Clar. *lib.5. receptar. ſentent. §. fin. q.85. n.10.* Tiraquell. *Tract. de pœnis legum temper. aut remittend. in præfat. n.16.* & Petr. Auguſt. Morla Valentinus *in emporio quæſtionum juris utrinſq; part.1. q.10. n. 4. & 5.* Atq; hæc diſtinctio & mihi probatur, per text. *in l. 3.* ibi, *certis rationibus motus mitiorem ſententiam dixerit. C. Ex quibus cauſis infam. irrog. d. l. Perſpiciendum. 11. in pr.* ibi, *Perpenſo judicio, prout quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt, ff. de pœnis. & l. Auxilium. 37. §. 1. verſ. In delictis,* ibi, *niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicē produxerit. ff. de minorib.* Juſtæ autem cauſæ illæ quę ſint, exponit

JCtus

JCtus Claudius Saturnin. *in l. aut facta.16.§.1. & ſeqq. ff. de pœnis.* Ulpian. *in l. 6. in pr. ff. ad l. Jul. peculatus.* & latè Tiraquell. *d. tract. de pœnis legum temper. aut remitt.*

Quæ dicta modò ſunt de pœnis lege vel ſtatuto præſcriptis exaudiri quoq; debent de arbitrariis pœnis, quibus in judiciis extraordinariis eſt locus, *l. ult. ff. de injur. §. In ſumma, verſ. Sin autem criminaliter. Inſtit. d.t. & l. ult. ff. de furtis.* 6

Neque enim horum judex ſuo arbitrio pœnam ſtatuere poteſt, ſed in ferenda graviore, vel leviore ſententia ne modum excedat diſpicere debet, *l. Hodie. 13. ff. de pœnis.* Joannes Gœdd. *in d. l. Aliud fraus eſt, 131. §.1. n.3. in fin. ff. de verb. ſignific.*

Quamvis autem (quod hoc loco obiter etiam notandum) Dd. communiter ſentiant, omnes omniũ criminum pœnas hodie arbitrarias eſſe, *per l. Hodie.13. ff. de pœn.* huius tamen leg. autoritate mihi nemo hoc probabit, cùm in ea diſertè loquatur Ulp. JCtus de extraordinariis tantùm criminib. nõ de his, quibus legum poteſtate præfinita eſt pœna certa, ordo quidem exercẽdorum publicorũ judiciorum capitalium, qui in probandis publicis criminibus olim ſolennis erat, in uſu eſſe deſiit, pœna tamen legũ durare juſſa fuit, text. eſt expreſſus *in l. ordo. 8. ff. de publ. judic.* Cuius legis cùm Author ſit Paulus JCtus, veriſimile non eſt, 7

quòd ab eo diſſentire voluerit eius familiaris, & confeſſor Ulpianus *in dict. leg. Hodie. 13. ff. de pœnis.*

Unde errore ducitur etiam Cuiac. *lib. 8. obſerv. c. 33.* exiſtimans, ab omni pœna hodie appellari poſſe, quia omnis pœna judicis arbitrio hodie irrogetur, quod poſterius cautum ait conſtitutionibus: Quæ autem illæ ſint, mihi non occurrit. Nec credo aliquas eſſe Juſtinianeo in jure. Carolinis ſanctionibus certæ criminum definitæ ſunt pœnæ, niſi varietas circumſtantiarum judicis arbitrium deſideret.

Ulterius & illud in quæſtionem vocatur, quam pœnam reo criminis imponere debeat, ſi pœnæ diverſæ; legibus diverſis conſtitutæ inveniantur? At quia fuse & diligenter per concluſiones aliquot hanc examinavit quæſtionem Fachinæus *lib 9. Controverſiar. jur. c. 1.* meam in ipſa tractanda conſumere operam fruſtra fuerit.

68 Eſt & illa multum agitata juris queſtio, ſitne integrum judici in pœnis arbitrariis ad ultimum uſq; progredi ſupplicium? Hanc quæſtionem accurate examinat Maranta *Diſput. 3.* ubi aientis & negantis concluſionis authores refert, ac eorum rationes ponderat, inclinat autem in partis affirmantis ſententiam, quem communem dicit, variè tamen limitat: Plenius tractat eandem hãc quæſtionem Proſper

Farinacius *in praxi & theoria criminali lib. 1. Tit. 3. quæſt. 17. num. 34. & ſeqq.* ubi ſimiliter authorum diſſentientium opiniones congerit, affirmativam verò communiter receptam, ait, eamq; ipſe probat, additis tamen limitationibus quibuſdam.

Menoch. verò *de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 86.* negativam pro regula ponit, quàm primò ampliatam & extenſam, poſtea limitationibus declarat: Negans hoc pronuntiatum, haud diſplicet etiam Jacobo Thomingio *deciſ. 33. n. 31. & ſeq.* neq; Scipioni Gentili, *lib. 3. de juriſdict. c. 34.*

Cæterùm Anton. Gomez *Tomo Commentar. 4. c. 6. num. 8. verſic. Et in tantùm, junct. verſ. Quod tamen,* & Fachin. *lib. 9. Controverſ. jur. c. 45.* diſtinguunt, affirmativam probando, ſi criminis atrocitas & gravitas pœnam mortis poſtulet: Negativam autem veram pronuntiando, ſi qualitas criminis, & perſonæ delinquentis, pœnam exigat minorem. Eidem diſtinctioni authoritate judicantium ſubſcribit quoq; Modeſtinus Piſtoris, *part. 2. quæſtionum illuſtr. quæſtion. 92. num. 17. Sæpè,* ait, *pronuntiatum memini, judicem arbitrium ſuum pro gravitate delicti extendere poſſe ad mortem incluſivè.*

Atque hæc diſtinctio fundamentum habet certum *in d. l. Perſpiciendum. 11. in prin. & d. l. Hodie. 13. & dict. l. aut facta, 16. §. 1. & ſeqq. ff. de*

pœnis. d. l. auxilium. 37 §. 1. verſ. In delictis, ff. de minorib. l. 3. ibi, *certis rationib. motus mitiorem ſententiam dixerit. C. Ex quibus cauſis infam. irrogatur & l. Non omnes. 5. ff. de re militari. l. 1. §. 1. verſ. Idcircò cauſâ cognitâ liberum erit arbitrium ſtatuendi, ff. de effractorib. l. Lex Julia, 7. §. ult.* ibi, *plerumq; vel exilio puniuntur, vel etjam durius, prout admiſerint, ff. de lege Julia Repetundar.*

69 Juvat hoc loco & illam attingere quæſtionem, an reus, cui judex, ut criminis veritatem eliceret, admiſſi impunitatem promiſit, ſi fateatur crimen, aliqua poſſit affici pœna? Alii affirmant, alii negant: affirmat poſt alios Hippolyt. de Marſil. *in ſingularibus ſuis ſingul. 177.* Negant Dec. *in l. Ea eſt natura. 67. n. 7. ff. de reg. jur.* Gomez. *Tomo Comment. 3. c. 12. n. 6.* & Duaren. *ad l. 5. ff. de pactis.*

Cæterum Didac. Covar. *lib. 1. variarum reſolut. c. 12. num. 16.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſu. 367.* & Alciat. *in l. Natura cavillationis. 47. in fin. ff. de verbor. ſignificat.* diſtinguunt inter reum, qui ratam habet priorem confeſſionem, & eum, qui revocat confeſſionem priorem, ut & illum, qui nec ratam habet, nec revocat eam. Primo caſu ordinaria criminis pœna coercendum putant confitentem hunc reum; caſu ſecundo ipſum nulla pœna afficiendum cenſent: ultimo caſu arbitraria puniendum pœna autumant.

Ego au-

Ego autem licèt cum Duareno hanc extorquendæ confeſſionis rationem nõ omnino reſpuendam rear, *arg. Can. utilem ſimulationem. 22 q. 2.* Eam tamen ſolam ad imponendam ordinariam, vel arbitrariam pœnã haud ſufficere judico, etiamſi reus eam ratam habuerit expreſsè vel tacitè, quod neutrum tamen veriſimile, ſi videat reus ex confeſſione illa periculum ſibi imminere. Reus enim non tam facinoris conſcientia, quàm iſtius promiſſionis fiducia confeſſus præſumitur, ut ſcil. quamprimùm litis, carcerisq; moleſtia liberetur: Prodeſt tamen extorta huiuſmodi confeſſio ad diligentiorem criminis inquiſitionem: quòd ſi poſtea probetur, confitentem illum reum legitimè convictum pœna afficiendum exiſtimo, & quidem ordinaria pœna, cùm ex legitima probatione rei doloſum mendaciũ arguatur, qui ab initio de admiſſo interrogatus illud confiteri noluit, priuſquam ei liberationis fides data eſſet. Neque obſtat judicis promiſſio illa, ſiquidem jus publicum pactis hominum impediri nõ poſſit, *l. jus publicum. 38. ff. de pact.* & Reipub. intereſt, ne impunita maneant maleficia, *l. Ita vulneratus. 51. verſ. Quod ſi quis, ff. ad l. Aquil. l. Eum qui. 18. in prin. ff. de injur.*

Non eſt hoc loco omittenda illa quæſtio, 70 an poſſit judex poſt rei condemnationem, ſi ratio innocentiæ ipſius conſtiterit, vel alia in ipſum dicenda fuerit ſententia, revocare

judicatum? Hanc quæſtionem tractat Heigius *ſub parte quæſtionum poſteriori, quæſt. 22.* & Petr. Faber. *lib. 1. Semeſtrium c. 4.* ubi rectè concludunt ſolius eſſe Principis, revocare judicis condemnatoriam ſententiam, *per text. in l. 1. §. ult. ff. de quæſtionib. l. Moris. 11. §. Iſta ferè, & l. Divi. 27. ff. de pœnis.*

71 Hinc quæri poteſt, an fur, qui ſuſpenſus rupto laqueo incolumis decidit in terram, denuò ſuſpêdi, & fune duplicato ex judicis mandato ſtrangulari in patibulo debeat? Lucas de Penna *in l. 1. C. de deſertoribus, lib. 12.* Decius *in l. favorabiliores. 167. num. 8. ff. de regul. jur.* Nevizan. *in Sylva nuptiali, lib. 1. num. 62.* Tiraquell. *de pœnis temper. aut remitt. Cauſa ult.* Alciat. *de præſumpt. Reg 3. præſumpt. 44. n. 6.* & Weſenbec. *in paratit. ff. Tit. de pœnis, num. 9.* Negat ſi antea proteſtatus ſit reus ille de innocentia, exiſtimantes miraculosè contigiſſe caſum illum, eumque innocentiæ eſſe indicium.

At Cagnol. *in d. l. favorabiliores, n. 11. ff. de regul. jur.* Muſcorn. *tractat. de juriſdict. n. 93.* & Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 98. nu. 9.* affirmant, & quidem rectè, ſi legitimis convictus ſit reus probationibus: tum quia maleficia non impunita eſſe oportet, *l. Ita vulneratus, 51. §. Quòd ſi quis, ff. ad leg. Aquil.* & non facilè remitti pœnam publicè intereſt. *l. Si operis. 14. C. de pœnis:* tum quia poſt ſententiam dictam pœna damnati ſine Principali autho-

authoritate minui non debet. *l. acta. 45. §. 1. & l. Judex. 55. ff. de re jud. l. pœnam. 15. C. de pœnis:* tùm poſtremò quia jure cautum: daß der Dieb mit dem Strang vom Leben zum Todt geſtrafft werden ſolle/ ut habet *ordinatio criminalis Caroli V. artic. 162.*

Eſt & illa hic notanda quæſtio: an fœminæ, 74 quę reum morte damnatum in matrimonium petit, annuendum ſit, necne? Et licèt non deſint, qui affirmant Emanuel Soarez *in theſauro recept. ſentent. in verb. Meretricis, num. 135.* & Nevizan. *in Sylva nupt. libr. 1. num. 62.* Verior tamen eſt negantium opinio, per rationes in explicatione præcedentis quæſtionis allatas, & hanc amplectitur quoque Gomez. *Tomo 3. Commentar. cap. 13. num. 37. verſ. Quintus caſus.*

Caput VI.

De propria & mandata iuriſdictione.

Summaria.

1 Iuriſdictio generalis ex ſuis adiunctis dividitur in propriam & mandatam juriſdictionem.
2 Propria juriſdictio quæ ſit.
3 Mandata juriſdictio quæ.
4 Iuriſdictionem propriam nonnulli appellant principalem, ſed malè.
5 Iuriſdictio mandata jure Canonico dicitur juriſdictio delegata.
6 Quomodo judex pedaneus differat à judice mandatario.
7 Ea juriſdictio, quæ jure magiſtratus competit, mandari poteſt.
8 Schulteti ſive Prætores urbium juriſdictionem ſuam mandare alii poſſunt.
9 Rector Vniverſitatis Tubingenſ. juriſdictionem ſuam mandat Rectori antiquo.
10 Iuriſdictio quæ non jure magiſtratus competit, ſed ſpecialiter & nominatim lege quadam, vel à Principe eſt data, alii mandari non poteſt
11 An mixtum imperium mandari poſſit.
12 Affirmare cognitionem ſive juriſdictionem, quæ ineſt mixto imperio mandari poſſe, at ſimul negare id de ipſo imperio mixto, ineptum eſt.
13 Ad argumenta opinionis communis, quâ ſtatuitur mixtum imperium mandari non poſſe, reſpondetur & n. 14. 16. 17. 18.
15 Vera ſententia l. Nec quicquam. 9. §. ubi decretum. ff. de offic. Proconſ. & l. Omnia quæcunque, 17. ff. de Reg. jur.
19 Quod dicitur mixtum imperium mandari poſſe, exaudiendum eſt de eo ſolùm mixto imperio, quod jure magiſtratus competit, non de illo, quod ſpecialiter lege quadam, vel SCto, vel Principis conſtitutione datum eſt.

20 Iuris

20 Iure ciuili imperium merum in quæſtionibus publicorum criminum mandari non poteſt, niſi propter neceſſariam abſentiam, aut infirmitatem, & quidem tantùm in crimine vi commiſſo. & n. 21.22.23.
24 An imperium merum, quod in iudiciis criminum extraordinariis exercetur, mandari poſſit.
25 Intellectus ad l.1. ff. de publ. iudic. & l.3. ff. de extraord. crimin.
26 Pactum nudum cur ita dicatur.
27 Iure Canonico an merum imperium mandari poſſit.
28 Merum imperium rectè mandari ſiue delegari poteſt de conſuetudine.
29 Iuriſdictionem quis mandare poſſit.
30 Qui magiſtratus olim iuriſdictionem ſuo iure ac propriam habuerint, & qui eam habeant hodie.
31 Commiſſarius Principis an & quomodo cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare ſiue mandare alii poſſit.
32 Iuriſdictio cui mandari poſſit.
33 Quæ ſit poteſtas, & quod officium eius, cui mandata eſt iuriſdictio.
34 Vtrum iudex propria ex conſcientia, an verò ſecundùm acta & probata cauſam iudicare, & de eâ pronuntiare debeat.
35 L. Eum quem. 79. §. ult. ff. de iudic.
36 Iuriſdictio mandata ſtricti iuris eſt.
37 Iuriſdictione mandatâ uniuerſâ quid contineatur.
38 Quando pars iuriſdictionis dicatur conceſſa.
39 Delegatus ſi dubitet de tenore commiſſionis, conſulere debet committentem.
40 Mandatâ iuriſdictione ea omnia tacitè ſub mandato continentur, ſine quibus ea expediri nequit.
41 An ille cui ſimpliciter mandata eſt iuriſdictio in cauſâ poſſeſſorii, cognoſcere etiam poſſit de causâ petitorii.
42 Is, cui ab ordinario iudice alicuius cauſæ cognitio delegata eſt, an eidem etiam poteſtas ferendæ ſententiæ mandata intelligatur.
43 An iudex delegatus mulctando coercere poſſit partem contumacem.
44 Intellectus ad c. Dilectus filius. extr. de pœn.
45 Vtrum iudex delegatus ſententiam à ſe latam exequi poſſit, an verò ordinarius eam exequi debeat.
46 Iudicati executio mixti eſt imperii.
47 Quomodo intelligenda ſit regula illa, qua dicitur, quòd iudex ſuo functus ſit officio, poſteaquam ſententiam tulit.

48 Intel-

48 Intellectus ad l. properandum. 13. §. Sin autem reus. verſ. Sive ipſe judex. C. de judic.
49 Intellectus ad l. à Divo Pio. 15. in princip. ff. de re judic.
50 Iudex delegatus juriſdictionem mandatam exercere debet intra territorium domini mandantis, ſive ordinarii.
51 Iuriſdictio mandata finitur vel ex parte eius, qui mandavit, vel eius cui mandata eſt juriſdictio.
52 Ex parte mandatoris finitur mandata juriſdictio, revocatione re adhuc integra; item ſi magiſtratus qui delegavit, alii poſtea mandet juriſdictionem eandem. num. 55.
53 Quando res adhuc dicatur integra.
54 L. Quæſitum. 91. §. ult. ff. de Legat. 1.
56 Iuriſdictio mandata finitur etiam, cùm ordinarius, qui juriſdictionem delegavit, magiſtratum ſuum ultrò deponit, vel eo invitus abit, etiam re non amplius integra. & n. 58.
57 Provocatio à dato judice ad eum, qui dedit, valet, ſed ab eo cui mandata eſt juriſdictio, ad eum qui mandavit, appellari non poteſt.
59 Etiam morte mandatoris re adhuc integra ſolvitur mandatum juriſdictionis, ſecus tamen olim in legato Proconſulis, n. 60.
61 Verum mandatore plurium cauſarum mortuo, re non amplius quibuſdam in cauſis integrâ, omnibus in cauſis, in quas mandata eſt juriſdictio, ſalva ipſa maneat, an verò in cauſis tantùm, quæ cœptæ ſunt geri.
62 Ex parte mandatarii finitur juriſdictio mandata, temporis lapſu, morte mandatarii, & ſi ipſe mandatarius per errorem pronuntiet ſe in cauſa litigatorum non habere juriſdictionem, n. 63. 64.

Cognitis ſpeciebus juriſdictionis, & variis circa eaſdem quæſtionibus expoſitis, diſpiciemus de alio diſtinguendæ juriſdictionis
1 generalis modo. Dividitur autem juriſdictio omnis ex ſuis adiunctis in propriam & mandatam juriſdictionem, *l. 1. §. Qui mandatam, &*

l. 3. ff.

l. 3. ff. de offic. eius cui mandata eſt jurisdict. & l. more. 5. ff. de jurisdict.

Propria juriſdictio eſt, quæ habenti eam 2
competit, vel jure magiſtratus, quem gerit, vel autoritate ſpecialis legis, aut conſtitutionis Principis, *d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio. d. l. more. 5. & l. ſeq. ff. de jurisdict.*

Mandata juriſdictio eſt juriſdictio aliena, 3
quam quis ex mandato alterius cui ea competit, vicariam præſtando operam, exercet, *dict. l. 1. §. Qui mandatam & l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio.* Propria juriſdictio dari, item deferri dicitur, at juriſdictio aliena ſaltem mandari dicitur à magiſtratu, non dari à lege, quæ tamen eam confirmat. *l. 2. l. Et quia. 6.* ubi Cuiac. *ff. de jurisdict.*

Non deſunt præter Govearium *in dict. l. Et* 4
quia. 6. nu. 6. & 7. ff. hoc tit. qui juriſdictionem propriam appellant principalem juriſdictionem, *argum. dict. l. Et quia. 6. ff. d. t.* unde ſecant juriſdictionem in principalem & mandatam, verùm meo animo neque lex illa, neq; ratio ulla admittit, ut propriam tantùm juriſdictionem vocemus principalem, eique mandatam juriſdictionem opponamus. Sicuti enim meum negocium, quod alii gerendum mando, non minus principale negocium eſt in perſona procuratoris mei, cui illud mandavi, atq; in perſona mea: Ita Juriſdictio mea,

quàm

quam alii explicandam mandavi, æquè principalis eſt in perſona vicarii mei, atq; in mea perſona. Quo accedit, quòd cum expedio meam juriſdictionem per alium, ipſemet eam exercere videor, cùm mandatarius ille mea juriſdictione uti, ac vice mea fungi dicatur, *d.l.1. §. Qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisd. & d.l. Solet 16. ff. de jurisd.* Quod attinet text. *in d.l. Et quia 6. ff. d.t.* ibi juriſdictio *principaliter data*, eſt juriſdictio *data à Principe*, ſive *Principis conſtitutione*, ut ibidem etiam gloſſ. explicat, & arguunt verba ſequentia, *nec ipſa lex defert.* Sic principale decretum dicitur decretum à Principe factum *in l.2. ff. de offic. adſeſſor.*

5 Non eſt hoc loco ignorandum, quòd mandata juriſdictio jure Canonico dicitur delegata juriſdictio, & cui juriſdictio mandata eſt, judex delegatus appellatur, *Tot. tit. decretalium de offic. & poteſtate judicis delegati:* Ille verò qui mandat juriſdictionem, judex ordinarius vocatur, eodem Canonico jure; *Tot. tit. de offic. judicis ordinarij.*

6 Et quia Interpretes malè confundunt eum, cui mandata eſt iuriſdictio, cum iudice pedaneo, non eſt hoc loco omittendum, quid hic ab illo differat. Cui mandata eſt iuriſdictio, habere dicitur iuriſdictionem, eaque uti, *l. 4. §. ult. ff. de offic. Proconſul. & dict. l.1. §. Qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdi-*

jurisdictio. Sed iudex pedaneus notionem quidem habet, iuriſdictionem verò habere negatur in *l. Ait. Prætor. 5. ff. de re jud. & l. ult. C. ubi, & apud quem cognitio in integr. reſtitut. agitanda ſit.* Ille item ad cauſæ cuiuſdam cognitionem & pronuntiationem, dare poteſt iudicem ſpecialem, *l. Cum Prætor. 12. §. 1. ff. de jud.* hic verò alium pedaneum iudicem dare non poteſt, niſi à Principe ſit datus, *l. à judice. 5. C. de judic.* Pedaneus Judex ad unam aliquam litem datur, unde ſpecialis dicitur iudex *d. l. ult. ff. de officio Prætoris, & d. l. Præſes 5. ff. de offic. Præſid.* mandatarius verò iudex conſtituitur vel ad univerſam iuriſdictionem, vel ad iuriſdictionis ſpeciem aliquam certam, *l. Solet. 16. & l. ſeq. ff. de jurisd.* A iudice mandatario fit provocatio non ad mandantem, ſed eũ, qui mandante maior & ſuperior eſt: à pedaneo autem iudice, ut qui de facto ſaltem cognoſcit, appellatur ad ordinarium vel mandatarium iudicem, qui dedit ſpecialem iudicem *l. 1. in pr. & §. 1. & l. ult. ff. Quis à quo appelletur.* Poſtremò mandata iuriſdictio morte mandãtis finitur re adhuc integra *d. l. Et quia. 6. ff. de jurisd.* Specialis verò ſive pedanei iudicis officium non finitur morte dantis, *l. venditor. 49. §. ult. ff. de judic.* qua de re infra latiùs.

Cæterùm in mandata iuriſdictione quadruplex incurrit inſpectio; Una, quæ iuriſdictio regulariter mandari poſſit, quæ item non

poſſit

poſſit? Altera quis mandare poſſit juriſdictionem ſuam, & cui? Tertia de poteſtate & officio eius, cui mandata eſt juriſdictio. Quarta de modo finiendæ juriſdictionis mandatæ.

7 Ea autem mandari poteſt juriſdictio, quæ jure magiſtratus competit, hoc eſt, eo ipſo, quod eſt magiſtratus *d. l. 1. in princ. verſ. Quæ verò ubi gloſſ. & Dd. communiter. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurisdict.* Quamprimum quis magiſtratus eſt creatus, habet juriſdictionem ſuo jure tacito intellectu, ſive maior ſit magiſtratus, ſive minor: quin etiam minimus, quem gloſſ. *in d. l. 1. in verb. Quæ verò, ff. de offic. eius*, & *ibidem* Angel. *num. 1.* magiſtratunculum appellant: atque hanc juriſdictionem ſuam mandare poteſt alii, non ſcripto ex jure, ſed more maiorum, *dict. l. more. 5. ff. de jurisdict.* Prætor ergò cùm juriſdictionem habeat vi magiſtratus ſui, poteſt eam alii mandare, vel omnem ſive univerſam, vel eius ſpeciem aliquam *dict. l. Solet Prætor. 16. & leg. ſeq. ff. de jurisdict.*

8 Hinc Schulteti in Germania, *ait Zaſius*, ſive Prætores urbium in caſum abſentiæ, vel gravis impedimenti paſſim ſolent juriſdictionem ſuam ad tempus mandare alii, putà uni ex judicibus ſive adſeſſoribus ſuis.

9 Rector quoq; univerſitatis noſtræ peregrè abiturus, vi ſtatutorum Academiorum, juriſdictionem ſuam antiquo mandat Rectori,

traden-

tradendo ei ſigillum, & librum ſtatutorum, penes quem Prorectorem eadem eſt poteſtas, quæ penes ipſum eſt Rectorem, idem quoq; honor ei debetur, qui ipſi Rectori præſenti, *argum. text. in l penultim. circa fin. C. de aqua ductu lib. 11.* & docet Cardin. *in Clement. unic. in 7. oppoſit. Titul. de officio vicarij:* & poſt alios Decius *in dict. leg. Solet. 16. num. 3. ff. de juriſdict.*

Si tamen aliqua in Academia non extet ſtatutum, cui Rector, ſi peregrè abire velit, mandare debeat poteſtatem ſuam, proindeq; ille mandet imperium ſuum cui volet, Prorectori huic non idem debetur honor, qui ipſi Rectori debetur, quamvis juriſdictioni Rectoris præſit, ut poſt Jaſ. *in l. Sed ſi hac lege. 10. §. ult. ff. de in jus vocand.* cenſet Zaſ. *in d. l. more, ff. de juriſdict.*

Quod ſi juriſdictio non jure magiſtratus 10
competat, ſed ſpecialiter & nominatim lege quadam vel à Principe ſit data, mandari ea non poteſt alii, ſed ipſemet, cui data eſt, eam expedire tenetur, *dict. l. 1. in princip. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdictio.* Neque refert, magiſtratus ſit, vel privatus, cui lex vel Princeps nominatim, & ſpecialiter juriſdictionem dedit. Sic præfecto Ægypti ſpecialiter conſtitutione Divi Auguſti hæc data eſt juriſdictio, ut apud eum ſervi poſſint manumitti, *l. apud præfectum. 21. ff. de manumiſſis vindict.*

lege quoq; data eſt juriſdictio eadem Proconſuli, proindeq; eius legato mandari nō poteſt, ut apud eum ſervi manumittantur, *l. 2 & l. 3. ff. de offic. Proconſul.* Tutoris datio non competit jure magiſtratus, ſed ſpecialiter lege conceditur certis magiſtratibus, *t. tit. Inſtit. de Attil. tutore, & l. Muto. 6. §. Tutoris datio. ff. de tutel.* proindeq; mandari non poteſt, *l. Nec mandante. 8 in pr. ff. de tutorib. & curatorib. datis, ab his qui jus dandi habent.* Poteſtas cognoſcendi de tranſactione ſuper alimentis ultima voluntate relictis, Principis conſtitutione ſpecialiter data eſt Pretori, itemq; Præſidi, non ergò hanc juriſdictionem alii mandare poſſunt, *l. cùm hi. 8. §. Sed nec. 18. ff. de tranſact.*

11 Anceps eſt & ab interpretib. diu multumque agitata quæſtio de mixto imperio, mandari illud poſſit, necne? Bart. *n. 3.* Jaſon *n. 58.* & cæteri Dd. communiter *in d. l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* ut & alibi, nō niſi in cauſa abſentiæ hoc imperium mandari poſſe exiſtimant. Andr. verò Alciat. *lib. 2. paradoxor. c. 1.* Coſtal. *in d. l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* Duar. *in l. 4. ff. de jurisd.* Hieron. Muſcor. *Tract. de jurisd n. 172.* Joan. Longovallius *in l. 3. § Venio ad tertium articulum, pag. 206. ff. dict. tit.* & noviſſimè Scipio Gentilis *Tract. de jurisdict. lib. 2. c. 24.* aientis ſententiæ patrocinium ſuſcipiunt, quam & ego veritati conſonam judico, judicii mei rationes ſunt, quæ ſequun-

ſequuntur; Papinianus JCtus in *dict. l. 1. in fin. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.* diſertè ſcribit, imperium juriſdictioni cohærens, (quod certè mixtum eſt imperium) mandari poſſe. Similiter Paulus JCtus *in l. ult. ff. eod. t. Mandata*, ait, *juriſdictione privatò, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari.* Cæterùm quia uterq; JCtus de eo tantùm loquitur imperio mixto, quod juriſdictioni cohæret, dubitari non immeritò poſſet de altera mixti imperii ſpecie, quod mixtũ imperium non juriſdictioni ſpeciali cohæret, ſed cui ineſt ipſa juriſdictio ſpecialis, cauſæ ſc. cognitio. Verùm de hoc quoq; mixto imperio textus eſt expreſſus in *l. cognitio. 4. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisd.* ubi Macer JCtus, *ut poſſeſſio*, ait, *bonorum detur, vel ſi cui damni infecti non caveatur, ut is poſſidere jubeatur, aut ventris nomine in poſſeſſionem mulier, vel is cui legatum eſt, legatorum ſervandorum cauſa in poſſeſſionem mittatur, mandari poteſt.* Quod autem hæc mixti ſint imperii, patet *ex l. 3. verſic. Mixtum & l ſeq. ff. de juriſd. & l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem.*

Accedit quod reſtitutio in integrum mixti eſt imperii. *l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem.* Ea tamen mandari poteſt, *l. ultim. C. ubi & apud quem reſtit.*

Ineptum eſt, quod Bartol. & alii ſcribunt 12 *in dict. leg. 4. §. 1. ff. de officio eius cui mandata*

Q 2 eſt ju-

eſt juriſdictio. Cognitionem ſive juriſdictionem, quæ ineſt mixto imperio mandari poſſe, ipſum verò imperium, id eſt, dationem bonorum poſſeſſionis, & miſſionem in poſſeſſionem, quæ imperii ſunt, mandari haud poſſe, ineptum eſt, inquam, hoc gloſſema, tùm quia Macer JCtus diſertè loquitur de ipſa actuali datione bonorum poſſeſſionis, de ipſa item actuali miſſione in poſſeſſionem, quòd ſcilicet ea mandari poſſit, tum etiam quia juriſdictio, cui mandatur, ei totum juriſdicundi officium mandari cenſetur, non cognitio tantùm, ſed & executio, *l. 1. §. an autem. 4 ff. de ſuſpectis tutorib.* tum poſtremò, quia cùm ipſa cauſæ cognitio multò ſit excellentior, quàm executio, quæ etiam per apparitorem expediri poteſt, facilius mandatur executio, quàm cognitio, ſi ergò cognitio cauſæ mixti imperii poteſt mandari, nihil impedit, quò minus etiam ipſa executio mandetur, quo argumento contra B. rr. & alios utitur Longovallius *in l. 3. ff. de jurisd. pag. 206. verſ. venio ad tertium n. 1.*

Nihil roboris capit communis illa interpretatio ex eo, quòd Proconſul cauſæ criminalis cognitionem legato ſuo mandare poteſt, pronuntiationem verò non poteſt, *l. Solent. 6. in princ. ff. de offic. Proconſul.* Id enim ſingulare eſt in Proconſule & eius legato, ut arguit idem textus *in verſ. Sed hoc genus.* Et

patet

patet ex *d. l. 1. in princ. verſ. Et ſi à familia, ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* ubi dicitur, quòd ne quidem cognitionem, an dominus à familia ſit occiſus, mandare alii etiam poſſit Prætor.

Fundamenta Bartoli & cæterorum infirmiora ſunt, quàm ut ſuſtinere opinionem poſſint contrariam. Primum quod ponunt illi fundamentum hoc concludunt argumento; Quæ non competunt municipalibus, ſed maioribus tantùm magiſtratibus, ea mandari ſive delegari non poſſunt, *l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* Mixtum autem imperium non competit magiſtratibus municipalibus, *d. l. Ea quæ, 26. ff. ad municipalem.* Mixtum ergò imperium alii mandari non poteſt. Sed argumentum hoc refutatu difficile non eſt animadvertenti propoſitionem maiorem à veritate prorſus alienam eſſe, neque roborari textu *in dict. l. 1. in princ. ff. de officio eius, cui mand. eſt juriſdictio.* Cauſa enim reſtitutionis in integrum, quamvis non competat magiſtratibus municipalibus, *dict. l. Ea quæ. 26. §. 1. ff. ad municipal.* mandari tamen alii poteſt, *l. ult. C. ubi, & apud quem cauſa reſtitut. in integr. agitari debeat.* Miſſio item in poſſeſſionem legatorum ſervandorum causâ non competit magiſtratui municipali, *dict. l. Ea quæ, ff. dict. tit.* poteſt tamen alii mandari, *d. l. cognitio. 4. §. 1. ff. de offic. eius,* 13

cui mand. eſt jurid. Ex contrario tutoris datio pertinet quoq; ad magiſtratus municipales *l.3.ff.de tutorib.& curatorib. datis ab his, qui jus dandi habent. l. decreto. 3. ff. qui petant tutor. & tot. tit. ff. de magiſtratib. conveniend.* Ea tamen alii non poteſt mandari, *dict. l. Nec mandante. 8 in princ. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, &c.*

Quod verò ad textum attinet *in d.l.1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio* nihil habet locus ille, quod ullum firmamentum communi conſtituat opinioni, cùm in ſpecie & nominatim de mixto imperio JCtus nihil præcipiat, ſed generales tantùm regulas duas proponat, unam de his, quæ mandari non poſſunt, alteram de his, quæ poſſunt mandari, ac priorem illam regulam ſpecialiter illuſtret exemplis non mixti, ſed meri ſolùm imperii.

14 Alterum communis opinionis argumentũ depromitur *ex l. Nec quicquam. 9. §. ubi decretum, ff. de offic. Proconſ. & l. Omnia quæcunq; 71. ff. de reg. jur.* ubi JCtus Ulp. *Omnia*, ait, *quæcũq; decretum, & cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.* Per *libellum* intelligunt ibi Dd. mandatũ, ſive delegationem libello, ſive ſcriptura factam, ut poſt gl. & alios, quos ſequuntur, ſcribunt Dec. & Cagn. ibid. Cum igitur quædam mixti imperii cauſæ, decretum, & plenam cognitionem deſiderent, ut tranſactio ſuper alimentis ultima voluntate

relictis,

relictis, *d.l. cùm hi. 8. in pr. ff. de tranſact.* Tutoris item datio, *§. Sed ex his legib. Inſt. de Attiliano tutor. l. Scire oportet. 21. §. cum reliquis, ff de tutorib. & curatorib. datis ab his, qui jus dandi habent*, & alienatio prędiorum minoris, *l. Minorum. 6. & tot. tit. C. de prædiis minor. & tot. t. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, ſine decreto non alienand.* quæ omnia & id genus alia mixti ſunt imperii. Concludunt inde mixtum imperium mandari ſive delegari non poſſe.

Verùm error eſt Dd, quando per libellum, 15 delegationem ſive mandatum obiectis illis locis, ſignificari putant. Utriuſq; enim oppoſitæ legis hæc eſt ſententia, cùm in cauſa quadã decretum magiſtratus, & plena cognitio deſideratur, non ſufficit, ut pars ipſi magiſtratui ſupplicatorium liberum offerat, quo eius permiſſum petat, ac huic libello ipſe magiſtratus ſubſcribat, atque ita de plano procedatur, ſed pro tribunali magiſtratu ſedente negocium illud expediri debet, cum plena cauſę cognitione, per tex. *in d. l. minorum. 6. C. de prædiis minor. l. Excuſare. 25 ff. de excuſationib. l. 4. C de dilationib. l 3. §. Si cauſa ff. de bonor. poſſeſſionibus. l. 2. §. Dies. verſ. Quid ſi ea. ff. Quis ordo in bonorum poſſeſſionib. ſervetur. l. 3 ff de in integr. reſtitutionib. l. 1. §. abolitio. 8. ff. ad SCtm. Turpillian.*

Tertium argumentum pro opinione communi adducitur *ex leg. 4. §. Duas ergo res. junctal. 1. Digeſt. de damno infecto*: ubi juſſus de 16

cautione damni infecti præſtanda, & miſſio in poſſeſſionem, quod utrumq; mixti eſt imperii, *l. 4. ff. de juriſdict.* magiſtratui municipali nominatim à Prætore vel Præſide mandari poſſe dicitur, cuius rei ratio eſt, quòd res damni infecti, celeritatem deſiderat, & periculoſa eius dilatio eſt *dict. l. 1. ff. de damno infecto*, ſi hoc ſpecialiter receptum eſt in damni infecti cautione, & miſſione in poſſeſſionem, conſequens ei videtur, cæteris in cauſis mixtum hoc imperium alii mandari non poſſe, Sed reſpondendum, nihil de ſpeciali mandato, ſive delegatione agi *in dict. l. 1. & dict. l. 4. §. Duas, ff. de damno infecto*, ſed illud ſaltem quæri, an magiſtratus municipalis per ſe abſq; ſpeciali Prætoris vel Præſidis mandato poſſit jubere caveri, & mittere in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti. Id quod negandum videbatur, cum ea, quæ mixti ſunt imperii ſecundi generis, ut ſunt jubere caveri & mittere in poſſeſſionem non competant magiſtratui municipali, *dict. l. Ea quæ. 26. ff. ad municipalem.* Verùm Ulpianus dictis locis affirmat, ac oſtendit, ſingulariter utilitatis cauſa id receptum eſſe edicto Prætoris in cauſa damni infecti, eò quòd res damni infecti periculo plena ſit, & propterea celeritatem deſideret, nec expectari debeat Prætoris vel Præſidis ſpeciale mandatum. Quæſtio autem noſtra eſt, an ſpecialiter mandari ſive delegari poſſint

ea, quæ

ea, quæ mixti ſunt imperii ſecundi generis? & quòd poſſint oſtenſum eſt ſuprà ex *dict. l. 4. §. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.*

Non impedit hanc expoſitionem, quod *in dict. l. 1. ff. de damno infecto*, Ulpianus JCtus utitur verbo futuri temporis, & ait, *putabit*, ſcilicet Prætor, ſive Præſes, unde dicendum videtur, Juriſconſultum diſſerere de ſpeciali mandato ſive delegatione, à Prætore vel Præſide vivo facta, non de jure, quòd ex edicto Prætoris magiſtratui municipali in cauſa damni infecti competat, & certè ita exiſtimare videtur Cuiac. *l. 1. Pauli ad Edict. mihi pag. 6.* Atqui non opus eſſe mandato ſive delegatione ſpeciali, ſed hoc jus ex Prætoris edicto competere magiſtratui municipali, arguit abundè textus *in dict. l. 4. §. Duas*, ibi, *Prætor vel Præſes injunxit. ff. de damno infecto*, & ſentit Donell. *lib. 15. Comment. c. 46. in fin. pag. 571*, ubi in *d. l. 1. ff. d. t.* legendum putat, non *putabit*, ſed *putavit*.

Eſt & aliud non leve argumentum pro Dd. 17 communi opinione, quòd huiuſmodi cõcludi poteſt Syllogiſmo. Sine lege in juris quæſtionibus, quod definitur pro certo & indubitato habendum non eſt. *Novell. 18. c. 5. in pr. & l. Illam. 19*, ibi, *eò quòd nulla conſtitutio ſuper hujuſmodi collatione poſita eſſet, C. de collationib.* Sed abſque lege dicitur, quòd imperium mix-

 tum ſe-

d by Google

ſecundi generis delegari, ſive mandari poſſit, quippe cùm in hanc ſententiam vocetur à recentioribus textus ſolius *l. 4. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio*, ex quo tamen firmari neutiquam poteſt, ſiquidem lex illa tota ſit tantùm de mandato ſive delegatione, quæ fit à Proconſule ipſius legato, non de alterius magiſtratus mandato, ſive delegatione, ut principium legis eiuſdem arguit, & ſcribit Anton. Auguſtin. *lib. 1. emendationum, c. 9.* qui Proconſul legato ſuó mandare poteſt, quæ alius magiſtratus mandare cuiquam nequit, ut ſuprà oſtendi. Recentior itaque opinio illa, quòd mixtum imperium etiam ſecundi generis mandari poſſit, pro certa & indubitata haberi non debet. Proindeq; vera cenſeri debet Dd. communis opinio, quòd mixtum imperium mandari non poſſit.

Cæterùm licèt Macer ICtus in principio dictæ *l. 4. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdict.* de mandato ſolum Proconſulis tractet, attamen cùm generaliter *in §. 1.* agat de his, quæ mandari poſſunt, neq; ullo verbo mentionem Proconſulis faciat, aut eius legati, generaliter de omnibus magiſtratibus ſine vitio intelligi poteſt, ſiquidem inſcriptio eius legis non de Proconſule, ſed de Præſide ſit concepta.

18 Poſtremò obiiciunt text. *in l. Vbicunq; 105. ff. de reg. jur.* ubi dicitur, quòd ubicunq; cauſę

cognitio

cognitio deſideratur. Prætor intervenire debeat. Sed ea lex eiuſdem eſt ſententiæ cum *d. l. omnia quacunq. 71. ff. eod. tit.* de cuius ſententia egimus ſuprà.

Quod autem de mixto hactenus dictum 19 eſt imperio, mādari illud poſſe, exaudiendum eſt de eo mixto imperio, quod jure magiſtratus competit, illud verò quod ſpecialiter lege quadam, vel SCto, vel Principis conſtitutione datum eſt, alii mandari non poteſt, ut probat non modò textus generalis, *in d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* Sed & ſpecialia exempla in jure noſtro propoſita diſertè arguunt. Tutoris datio, quæ mixti eſt imperii, ut oſtendi ſuprà c. 3. non jure magiſtratus competit, ſed lege datur, ut evincitur *ex Tit. Inſt. de Attiliano tutore*; & ob id mandari non poteſt *d. l. Nec mandante. 8. in prin. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his.*

Nec obſtat, quòd etiam Legati Proconſulis ex huius mandato dare tutores potuerunt, Jus enim dandi tutores non ex mandato Proconſulis, ſed ex conſtitutione D. Marci habuerunt *l. 1. §. 1. ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his, qui jus dandi habent.*

Datio item judicis ſpecialis ſive pedanei, quæ mixti eſt imperii, ut ſimiliter expoſui *d. c. 3.* ſpecialiter lege datur Proconſuli, *l. Cùm Prætor. 12. §. 1. ff. de jud.* Proinde legatus Proconſulis ex mandato nō poſſet ſpecialem dare judicem,

Judicem, niſi ei ſimiliter hoc lege datum eſſet, *arg. l. 2 ff. de officio Proconſul.*

Eſt autem & legato Proconſulis hæc poteſtas lege data, cum ei Proconſul juriſdictionem ſuam mandavit, *d. l. Cum Prætor. 12. §. 1. ff. de judic.*

Remotio quoque ſuſpecti tutoris, quæ mixti eſt imperii, cum juſſu & præcepto magiſtratus expediatur, cui ſpecialis juriſdictio ineſt, lege 12. tabular. tribuitur Prætori & Proconſuli, Prætor ergo eam alii mandare non poteſt, Proconſul legato ſuo eam rectè mandat. Verùm non jure ſuo, ſed ex ſpeciali conſtitutione Antonini & Severi Impp. Idq; propter utilitatem pupillorum, receptum eſt, *l. 1. §. Damus, ff. de ſuſpect. tutor.*

20 Videamus de mero imperio, num mandari poſſit civili vel canonico jure. Jure civili imperium hoc publicis in judiciis criminalibus exercendum, cùm judicia hæc ex legibus exerceantur publicorum judiciorum, putà lege Julia de vi, lege Julia maieſtatis, lege Julia de adulteriis, lege Cornelia de ſicariis & veneficiis, lege Pompeia de parricidiis, &c, *l. 1. ff. de publ. judiciis,* mandari non poteſt, *l. 1. in pr. verſ. Et ideò, ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.*

Non obſtat, quòd Proconſul cognitionem de criminib. legato ſuo mandare poteſt. *l. Solent. 6. in princip. ff. de offic. Proconſul.* Illud

enim

enim ſingulare eſt in Proconſule & eius legato, ut arguit textus ibidem, *verſ. Sed hoc genus.* & evincitur ex *Novell 128.c.20.verſ. Antequam verò.* Proindeque ad alios porrigi non debet, *argum. dict. l. penult. verſ. Neq; enim ſicut illud, ff. de rebus credit.* Cùm & cognitionem criminum publicorum judiciorum mandari poſſe diſertè negetur *in dict. l. 1. verſic. Et ſi à familia, ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdict.* Etſi verò cauſæ criminalis cognitionem Proconſul mandare poſſit legato, ſententiæ tamen ferendæ jus in hac cauſa mandare Proconſul non poteſt legato.

Quæſtionis autem eſt, poſſitne hoc imperium jure civili in exercendis publicis judiciis propter neceſſariam abſentiam mandari, ut ſi ille, cui obtigit hoc imperium peregrè abire velit? Et quod poſſit in crimine vi commiſſo teſtatur textus *in dict. l. 1. in princ. verſic. Hujus rei, Digeſt. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.* 21

Hinc duo quæruntur, an idem ſit dicendum, de caſu infirmitatis, an quis merum imperium ſuum, quod habet ex lege Julia de vi, mandare poſſit alii ob infirmitatē ſuam. Fulgoſius, Bellamatus, & alii negant, verùm Bart. & Dd. communiter affirmant, & quidem rectè, cùm eadem ſit infirmi, quæ abſentis ratio, *arg l. un § 1 ff. de offic. conſ. & l. Quaſitum. 60. ff. de ſentent. & re judic.* 22

Alterum

23 Alterum quod hîc quæritur, eſt, an merum imperium, ut in publico judicio legis Juliæ de vi mandari poteſt: ita quoque aliis in juduciis publicis delegari queat? gloſſa & cæteri Interpp. communiter aiunt *in d. l. 1. in verb. fortiſſimum. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdict.* Sed negant Cuiac. *in lib. 2. quæſtionum. Papin. mihi pag. 10.* Georg. Obrecht. *Diſp. de jurisd. th. 264.* & Everhard. Bronchorſt. *cent. 1. ἐναντιοφανῶν aſſert. 16. in fin.* quorum opinio probabilis eſt. Cum enim nominatim hoc mandatū permittatur l. Julia de vi, non aliis legib. publicorum judiciorum, apparet inde cæterorum criminū publicorū quæſtionem non poſſe mandari ab abſente, vel morbo laborante, exceptio quippe unius eſt cæterorum incluſio, *l. Qualium. 12. §. Idem reſpondit, domo inſtructa, ff. de inſtructo vel inſtrument. legat. & l. 4. § competit. ff. Si ſervitus vindic.* Quo pertinet etiam illud Cic. *pro Balbo mihi pag. 181. Si exceptio facit, ne liceat, ibi neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum.* Confert quod licet mulier in teſtamento teſtis eſſe nominatim prohibeatur, in judicio tamen eius teſtimonium admittitur, *l. Qui teſtamento. 20. §. mulier. 6. ff. Qui teſtam. fac. poſſunt.*

24 De mero imperio, quod in judiciis criminū extraordinariis exercetur, non iniuriā dubitatur, mandari poſſit, aut non mandari? Et quia aliud eſt publicum judiciū, aliud judicium extraordinarium, quò crimina vindicantur, *l. 3. ff. de ex-*

ff. de extraord. criminibus. atque illud tantum judicium ex lege veniat, non ſimiliter & hoc *d. l. 1. ff. de publicis jud.* certiſque magiſtratibus lege ſit delegata publici judicii exercitio, *d. l. 1. in princ. ff. de offic. ejus, cui mandata eſt jurisdictio,* non item extraordinarium iudicium, *arg. d. l. 1. ff. de public. judic. & d. l. 3. ff. de extraor. criminib.* dicendum videtur merum imperium extraordinarii iudicii aliis mandari poſſe. Quam ſententiam confirmare cenſetur textus *in d. l. 1. §. ult.* ibi, *Sed merum imperium, quod lege datur, non poſſe transire. ff. de offic. ejus. cui mandata eſt jurisdictio:* quo textu ſignificatur, aliud eſſe in illo mero imperio, quod non datur lege, atque hoc mandari poſſe: Nec obſtare videtur, quod nō quilibet magiſtratus extraordinaria etiam crimina ſibi vindicare poteſt, ſed Pręfectus tantùm vrbi, *l. in princ. & § Solent. ff. de offic. Præfecti vrbi. l. 3. §. 1. de offic. Præfecti vigilum.* Item Præſes Provinciæ. *l. 4. l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas. l. congruit. 13. in princ. verſ. Nam & ſacrilegos. ff. de offic. Præſid.* tum etiam Proconſul. *l. Solent. 6. in princ. & l. Et ideo. 8. ff. de offic. Proconſul.* Vindicare enim ſibi hæc crimina videntur non beneficio legis, ſed iure magiſtratus, ut arguere intelligitur text. *in d. l. 1. in pr. ff. de offic. Præfecti urbi,* ubi ipſa vrbis præfectura, id eſt, ipſe magiſtratus, quem gerit Præfectus, vindicare ſibi dicitur crimina ōnia.

Verum-

Verumenimverò quamvis non parum roboris hæc argumenta habere videantur, attamẽ nullum merum imperium alii poſſe mandari veritati propius putari debet, per text. *in l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* Ubi merum imperium mixto opponitur imperio, atque hoc mandari poſſe affirmatur: illud verò generaliter negatur mandari poſſe. Nullum igitur merum imperium, etiamſi ad extraordinaria pertineat crimina, mandari poteſt alii. Quòd ſimiliter probatur textu *in d. l. Solent. 6. in princip. ff. de officio Proconſulis*, & *in l. Nemo poteſt gladij. 70. ff. de regulis juris.* ubi Juriſconſultus Ulpianus, *Nemo*, ait, *poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coercitionis ad alium transferre:* quæ poſtrema verba ut generalia, concernunt non ſolùm publicorum, ſed & extraordinariorum criminum coercitionem.

Nihil refragatur, quòd merum imperium publicorum judiciorum nominatim lege dari dicitur *in d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisdict.* Nam & hoc Imperium in judiciis criminum extraordinariis non niſi lege delegari, patet ex eo, quòd omnis magiſtratus vindicare ſibi poteſt extraordinariorum criminum exercitionem, ut evincitur ex textu in *in d. l. 1. §. Solent. 7. ff. de offic. Præfecti vigilum.*

25 Quod attinet *d. l. 1. ff. de publ. jud.* & *d. l. 3. ff. de extra-*

de extraord. criminibus, earum hæc eſt ſententia, quod nullum ſit publicum criminis judicium, niſi lege jubeatur eſſe publicum, id quod arguit etiam textus in *l. 4. §. 1. C. de hæreticis & Manichæis.*

Non facit etiam negocium, quod in *d. l. 1. §. ult. ff. de offic. eius cui mandat eſt jurisdictio.* Papinian. JCtus *Merum*, ait, *imperium, quod lege datur.* Id enim Juriſconſultus dicit, non ad differentiam meri alicuius imperii, quod ſine lege detur, & jure magiſtratus competat, ſed quia omne merum imperium lege delegatur. Sic pactum † dicitur nudum, non quod aliquod ſit non nudum, ſive veſtitum, ut D.d. volunt, ſed quia omne pactum nudum eſt, non modò juriſgentium pactum, ſed & pactum legitimum, id eſt, lege confirmatum, *l. frumenti, 12. C. de uſuris. l. Etiam ex nudo pacto. 30. ff. d. tit.* 26

Neque poſtremò impedit concluſionem noſtram textus in *d. l. 1. in princ. ff. de offic. Præfecti urbi.* Quod enim ibi de Præfectura urbi dicitur, non ita intelligi debet, quaſi ipſa præfectura vindicet ſibi jure proprio criminum coercitionem, abſq; ſpeciali lege, aliàs enim, cùm de omnibus criminibus loquatur textus ille, ſequeretur inde publicorum quoque judiciorum exercitionem vindicare ſibi Præfectum urbi ſine ſpeciali lege, ſolo magiſtratus jure, quod verè dici non poteſt, per *text. in*

d. l. 1. verſ. Et ideò videntur, ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.

17 Ad Canonicum, quod attinet jus, an æquè eius authoritate merum imperium mandari prohibeatur, concors Dd. ſententia non eſt. *Gloſſa in c. 4. in fin. ext. de raptorib. & in c. Quòd ſedem, extr. de offic. judic. ordin.* Pontificio jure hoc etiam imperium rectè mandari teſtatur. Gloſſam ſequuntur ibidem & alii plerique, tum etiam Bald. *in Authen. Sed novo jure, C. de ſervis fugitivis.* Guido Papæ *deciſ. 624. n. 2.* Muſcorn. *Tractat. de jurisd. num. 132.* Andreas autem Fachinæus *libr. 9. controverſiar. jur. c. 99.* in contrariam abiit ſententiam, quam tamen nullo juris Canonici textu confirmat: Fateor quidem communem Dd. opinionem non probari omnibus, quæ adducunt, locis, ut textu *in Can. Illud. 23 quæſt. 4 Can. Sicut. 2. quæſt. 7. dict. c. In Archiepiſcopatu, extr. de raptorib.* qui textus de ipſo tantùm Principe & Rege delegante loquuntur, probatur tamen authoritate *Clement. 1. § 1. Titul. de hæreticis, cap. licet, Tit. de officio vicarij lib. 6.* & *c. ultim. extr. de offic. jud. ord.* quæ loca Fachinæus de caſibus tantùm ſpecialibus accipienda putat, ſed fruſtra, cùm non doceat prius canonum quoque authoritate meri imperii delegationem prohiberi.

28 Quidquid autem ſit de conſuetudine mandari, ſive delegari poteſt imperium etiam

merum

merum Guido Papæ *in deciſionib. Grationopolitanis q. 624. in fin.* Henning. Gœden *conſ. 39. num. 21.* & alii, quos refert & ſequitur Resbachius *in proceſſu judiciario Tit. 4. n. 33.* Ratio eſt, quod hodie ſub magiſtratus nomine merum imperium datur, atq; illud hodie annexũ eſt magiſtratus officio, ut poſt Vacc. *ad l. Illicitas. §. Qui univerſas, ff. de officio Præſidis*, ex Caſſiod. oſtendit Cabot. 2. *Diſp.* 7. Cujac. *in l. 2 §. Deinde cum ærarium. in verb. conſulib. jus. ff. de orig. jur.*

Expoſito hactenus, quæ juriſdictio mandari poſſit, vel non poſſit mandari, inſpiciendum nunc quis mandare poſſit juriſdictionem, & cui? Poteſt autem juriſdictionẽ mandare, qui ipſemet eam habet. Eſt enim perquàm abſurdum mandare juriſdictionem, quam mandator ipſe non habet, ut loquitur Ulpian. *in l. 4. §. ult. ff. de offic. Proconſul.* cùm nemo plus juris ad alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, *l. Nemo. 54. ff. de reg. jur.* 29

Non omnis tamen, qui juriſdictionem habet, alii eam mandare poteſt, ſed tunc demum juriſdictionis mandatum valet, ſi ille mandet, qui eam ſuo jure, non alieno beneficio habet, *l. More. 5. ff. de juriſdict.* Suo jure † habet juriſdictionem magiſtratus, & hic juriſdictionem quam ſuo jure ac propriam habet, alii rectè mandat, *l. 1. in princ. verſ. Quæ verò jure magiſtratus. ff. de officio ejus*, cui mandata 30

eſt juriſdictio. Cuiuſmodi magiſtratus olim fuerunt Prætores provinciarum Præſides, & Proconſules: hodie verò Principes, Comites, Barones, Civitates Imperiales & Nobiles, qui ſubditos habent. Is ergò cui mandata eſt juriſdictio, mandare eam alii non poteſt, cùm non ſuo jure, ſed alieno beneficio eam habeat. *l.1. §. Qui mandatam,* & *l.3. ff de offic. eius, cui mandata eſt juriſdict.* & *d.l. More. 5. ff. de juriſdict.* quamvis cui mandata eſt juriſdictio, pedaneum dare judicem non prohibeatur, *l. Cùm Prætor. 12. §.1. ff. de judic.* Adhæc ut juriſdictionis delegatio ſive mandatum valeat, neceſſe eſt & illud, ut cauſa, in qua juriſdictio exercenda mandatur, pertineat ad mandantis juriſdictionem. Quod ſi quis cauſam alienæ juriſdictionis alicui mandet, ipſo jure mandatum eſt nullum, & juriſdictionis in aliena cauſa exercitio prorſus eſt nulla. *l. unic. Cod. Qui pro ſua juriſdictione judices dare, dariúe poſſunt.*

31 Quæritur de commiſſario Principis, poſſitne cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare ſive mandare alii cuidam? Andr. Gail, *lib.1. obſerv. practic. obſerv. 97. num. 8.* poſt alios affirmat, *per text. in c. ſuper quæſtionum. §. Si verò, c. Paſtoralis, c. ult.* ubi Felin. & Panormitan. *ext de offic. & poteſt. judic. deleg. c. cùm cauſam, §. Mandamus, ubi gloſſ. in verb. delegatus. extr. de appellat. l. à judice, c. ubi. 5. ubi Jaſ. n.11. C. de jud.*

Ratio

Ratio eſt, quia Principis delegatus, ſive commiſſarius, in cauſa ſibi commiſſa, maior eſt quolibet ordinario, *c. Paſtoralis. § Præterea, extr. de offic. judicis ord. & c. Sanè quia nos. ext. de offic. & poteſtat. delegat.* Ordinarius autem ſubdelegare poteſt, *l. unic. C. Qui pro ſua juriſdict. & l. More maiorum, §. ubi Jaſon. ff. de juriſdiction.* Quocirca & Principis commiſſarius.

Hæc tamen concluſio generaliter & abſq; diſtinctione admittenda non eſt. Sed eo tantùm caſu, quo Princeps univerſitatem cauſarum quodam in territorio, ſive diſtrictu alicui commiſit. Tunc enim propriam dare, non mādare juriſdictionem intelligitur Princeps, ut rectè ſentit Scipio Gentilis, *Tractat. de juriſdict. lib. 2. c. 13.* Nam cùm Princeps juriſdictionem alicui defert, utiq; eam deferre tanquam lex intelligitur *argum. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict. & l. Muto. 6. §. tutoris datio ff. de tutelis:* lege autem data juriſdictio eſt propria, non aliena, *l. Et quia. 6. ff. de juriſdict.* Neque tamen prædicto caſu, omnis commiſſa juriſdictio mandari poteſt alii ab eo, cui commiſſa eſt, ſed ea ſolùm, quam commiſſarius hic tanquam territorii magiſtratus habet, non etiam illa, quam non habet, ut loci illius magiſtratus *per text. in l. 1. in princip. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdictio.*

R 3 Si quo-

Si quoq; commiſſarii induſtria ſingulariter ſit electa, non poteſt ipſe juriſdictionem univerſarum cauſarū in territorio ſibi commiſſam ſine partium conſenſu alii mandare per *text. in c. ult. §. Is autem, extr. de offic. & poteſt. jud. deleg.* & ſcribit And. Gail. *lib 1. obſ practic. obſ. 97. n. 9.* Ità autem electa intelligitur commiſſarii perſona, ſi ſpecialiter & nominatim certæ alicui perſonæ eius proprio nomine expreſſo fuerit cauſa cognoſcenda commiſſa, exemplum extat *in l. Et eum. 6. ff. ad l. Jul. de vi public.*

Quod ſi verò Princeps ad certam aliquam cauſam dederit judicem, judex hic datus habet quidem juriſdictionem *l. unic. C. Qui pro ſua juriſdictione judices dare dariùe poſſunt*, at non propriam, ſed alienam, proindeqúe non pôteſt alii mandare juriſdictionem ſuam, iudicem tamen ſpecialem dare poteſt, *l. à judice. 5. Godic. de judic. & leg. ultim. Codic. ubi, & apud quem cognitio reſtitut. in integrum agitanda ſit.*

32 Ad eum quod attinet, cui iuriſdictio mandari poſſit, mandatur illa vel alii magiſtratui vel privato alicui, *l. 3. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio.* Jure tamen Canonico non facilè mandatur iuriſdictio homini privato, ſed iudici ordinario, vel canonico, *cap. Statutum, in princ. Tit. de reſcriptis. in 6.* Et iuriſdictio Eccleſiaſtica non committitur laico

laico *cap. Eccleſia Sanct. Mariæ, extra de conſtitution.*

33 Sequitur tertium propoſitæ diſtributionis membrum, de poteſtate ſcilicet & officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. Eſt autem illius poteſtas & officium expedire iuriſdictionem ſibi mandatam, & quidem iuxta fines, ac præſcriptam formam ſive legem mandati. Omnis enim, qui ſuſcepit ab alio mandatum, illud exequi & implere tenetur, *l. Si Procuratorem. 8. §. Sed & de lite. l. Si mandavero, 22. §. ult. l. Si quis, 27. §. Qui mandatum, ff. Mandati,* & quidem exequi iuxta fines, & præſcriptam mandati formam, *l. Diligenter. 5. in pr. l. Poteſt. 41. ff. d. t. l. Procuratorem. 11. & l. ſeq. C. d. t. §. Is qui, & §. Mandatum ſuſceptum, Inſtit. de mandat.*

Explicare igitur & exequi iuriſdictionem tenetur, ut mandator ipſemet eã exequeretur, & expedire neceſſe haberet, ſiquidem eius utatur iuriſdictione, qui mandavit *l. 1. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* Proindeq; non pro ſuo agat imperio, ſed eius, cuius mandatu ius dicit, & cuius partibus fungitur. *l. 3. ff. d. t.* Quocirca inprimis cauſæ notionem adhibere debet, & cognoſcere de cauſa fidei ſuę commiſſa, *l. Notionem. 99. in pr. ff. de verb. ſign.* non pro ſuo hibitu, ſed ex iure, veritate & æquo: non aliter n. ius dicere debet, quàm legib aut conſtitutionibus, aut moribus proditũ eſt, *§ 1. Inſt.*

de offic. judic. Authent. Jubemus, in fin. C. de judic. Can. In iſtis, diſtinct. 4. & Novell. 126. cap. 1, ubi Juſtinianus Imp. præcipit judicibus, ut legibus cognitam edant ſententiam, ex veritate autem cognoſcitur cauſa, quando ex fide eorum, quæ probantur, cognoſcitur, *Clement. Sæpe. §. Sententiam verò, Tit. de verb. ſig. c. Paſtoralis, §. Quia verò, extr. de offic. & poteſt. jud. delegat. & l. Illicitas. 6. §. veritas rerum. ff. de officio Præſidis.* ubi JCtus Ulpian. *veritas*, ait *rerum erroribus geſtarum non vitiatur: Et ideò Præſes Provinciæ id ſequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quæ probantur.*

34 Hinc nota eſt illa quæſtio controverſa, debeatne Judex propria ex conſcientia, vel ſecundum acta & probata cauſam judicare, & de ea pronuntiare? quod poſterius juris autoritati propius judico, per textus modò citatos. Sed hac de quæſtione conſulendi ſunt præter alios Didac. Covarr. *lib. 1. variar. reſolut. c. 1.* Franciſcus Hotoman. *lib. quæſtion. Illuſtrium, quæſt. 27.* Cuiac. *lib. 12. obſervat. c. 19,* & Eberhard. Bronchorſt. *cent. 1, ἐναντιοφανῶν. aſſert. 14.* Quòd ſi judex cauſæ veritatem cognitam perſpectamque habeat, teſtis malle, quàm iudex eſſe debet, opinante præter alios, Cuiac. *in c. Dilecto. 40. ext. de teſtib.* Et pulchrè Joan. Bodin. *lib. 6. de Repub. pag. 1185.* ſcribit; *Si res geſta judici tantum cognita eſt, teſtem quidem agere poteſt, judicem non licet.*

Nihil

Nihil huic refragatur ſententiæ textus, *in l. Eum quem. 79 §. ult. ff. de judiciis*, ubi judex ſententiam proferre iubetur, prout religio ſuggerit. Hoc etenim loco religio pro ea accipitur iudicis conſcientia, quæ ex actis & probatis informata eſt; cùm loquatur ibi JCtus Ulpianus de caſu, quo iudex vel de iure vel de facto dubitat. De iure cùm dubitat iudex, conſulere Præſides tenetur; de facto autem quando dubitat, iudicare iubetur, prout religio ſuggerit, id eſt, uti ipſe factum pro ſua conſcientia ex actis informata intelligit. Quando iudex de facto dubitat, ut in quæſtione *dict. l. Eum. 79. §. 1. ff. de judic.* propriam facti ſcientiam habere haud rectè dicitur. Dubitat autem de facto, cùm teſtes de eo variant, aut ambiguè loquuntur, quo caſu dicere debet ſententiam pro conſcientia ſua, Wie er die Sach ex actis & probatis verſtehet. 35

Ex æquo autem cognoſcit de cauſa iudex, ut ordinarius, ſic & delegatus dupliciter, primò cum deficiente iure ſcripto, & conſuetudinario ex naturali æquitate prout ratio humanitatis, benignitatis & iuſtitiæ ſuggerit, ſententiam profert, *l. 2. §. Quanquam*, ibi, *hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur, ff. de aqua & aquæ pluv. arcend. l. In his, 16*, ibi, *ex bono, & æquo*, iunctis verbis: *Scripti juris rationem, ff. de condit. & demonſtrat. l. Nulla. 25.* ibi, *nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas, ff. de legib.*

& l. De acceſſionib. 14. in pr. ff. de diverſis temporalib. præſcript.

Deinde ſimiliter ex æquo pronuntiat iudex, quando lex ſcripta quoad literam & verba, æquitati caſu aliquo contraria videtur, æquitatem verò in ſententia dicẽda ſequitur, id quod facere iubetur *l. Placuit. 8. C. de judiciis, l. Si res tuas. 8. C. ad exhib.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 35. gl. 1. n. 4. & ſeqq.* Non obſtat text. *in l. 1. C. de legib.* Eſt enim de iure, quod totum omni caſu iniquum eſt, cuiuſmodi ius ſolus Imperator, non iudex mutare poteſt. Donell. *lib. 1. Comment. c. 13. pag. 34.*

Quia verò iudex delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio, mandati ſive commiſſionis formam & tenorem, ut dixi, obſervare diligenter tenetur, ne eius fines excedat, non poteſt ſibi mandatam iuriſdictionem ultra Perſonas & cauſas in mandato comprehenſas extendere, textus eſt *in cap. P. & G. cap. Super eo, & cap. Venerabili. 37. §. Quorum proceſſus, extr. de officio & poteſtat. judic. delegati.* Eſt igitur ſtricti iuris mandata iuriſdictio, Andreas Gail. *lib. 1. obſervationum practic. obſervat. 35. num. 3.* Quare diſpiciendum ſemper, ſitne univerſa, ſive omnis mandata iuriſdictio, vel eius tantùm pars quædam. univerſa & omnis mandatur iuriſdictio, cùm Princeps, aut Comes aliquis iuriſdictionem in quadam Provincia, vel territorio explicandam

alicui

alicui mandat, *l. 4. §. ultim. Digeſt. de officio Proconſul.*

Quo tamen generali mandato ea ſolum continetur iuriſdictio, quæ mandari poteſt, ut quæ iure magiſtratus competit, non ea, quæ ſpecialiter lege eſt data, *l. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt iurisdictio*, & latius expoſui ſ. 37

Pars ſolum iuriſdictionis dicitur mandata, quando in certas perſonas, putà publicanos aut mancipes, ſimilesúe, mandata eſt alicui iuriſdictio, Cuiac. in *l. Solet, 16. & l. ſeq. ff. de iurisdiction.* vel mandata eſt in certas res, ſive cauſas certas, putà uti delegatus iubeat caveri damni infecti, vel mittat in poſſeſſionem bonorum *l. 4. ff. dict. tit.* Cauti ergò & providi eſſe debent cauſarum patroni, commiſſione à Principe alicui facta, ut antequam coram ipſo iudice commiſſario, cui cauſa delegata eſt, iudicium accipiant, reſcriptum Principis palam legi petant, & diligenter advertant, quid quantumqúe iudici delegatum ſit, ut ſi actor aliam atq; aliam proponere ibi vellt actionem, quàm quæ iudici delegata eſt, exceptionem ei obiiciat non competentis iuriſdictionis. 38

Quod ſi dubitet delegatus de commiſſionis ſive mandati ſententia & tenore, num in eo articulus aliquis comprehenſus ſit, 39

neçne;

necne, Dominum mandantem ſive committentem conſulere, & eius declarationem (ſecundam vocant iuſſionem) expectare debet, per text. *in c. cùm in jure, extr. de offic. & poteſt. jud. deleg. Novell. 17. cap. 4. verſ. Si quis autem, & cap. C. Papa*, ibi, *Sic ſuum interpretatus fuit reſcriptum, extr. de ſequeſtratione poſſeſſionum.* Andr. Gail. poſt alios *dict. obſer 35. num. 6.*

40 Ea tamen omnia, ſine quibus expediri mandata iuriſdictio nequit, tacitè ſub mandato continentur, licèt in eo ſpecialiter & nominatim expreſſa non ſint, *l. 2. ff. de jurisdict. c. Praterea, 5. extr. de officio & poteſtate judic. deleg.* ut ſunt iuriſdictionis acceſſoria, *c. Prudentiam. 21. §. Sexta nobis, verſ. Explorati ſiquidem & § ſeq. verſ. ult. extr. dict. tit,* putà poteſtas citandi partes litigantes, Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 35. num. 9.* modò commiſſionis ſive delegationis tenorem citationi delegatus inſerat, Mynſing. *cent. 3. obſerv. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 48. num. 17.* Poteſtas item coercendi contumaces *l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict.* non ſolùm inferiores, aut ſibi pares, ſed & ſuperiores, *d. c. Praterea, extr. de officio & poteſtate judic. delegati:* ſiquidem vice eius, qui delegavit non ſua fungatur delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio. *l. 1. §. Qui mandatam, & l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* Per edictum verò non citare

citare delegatum communis eſt Dd. concluſio Surd. *conſil 81. num 33.* licèt ordinarius id poſſit Gail. *lib. 1. obſerv. 57. n. 14. in fin.*

Sed quæritur, an ille, cui ſimpliciter mandata eſt iurisdictio in cauſa poſſeſſorii, vi huius mandati cognoſcere etiam poſſit de cauſa petitorii? Andr. Gail. *dict. obſerv. 35. num. 11.* affirmare videtur. Verùm negata ſententia iuri conſona eſt, tum quia delegatio iuriſdictionis ſtricti iuris eſt, ut dixi, proindeque non intelligitur commiſſum, niſi quod palàm verbis in mandato expreſſum eſt. *l. Quidquid. 99. in princ. ff. de verb. oblig.* tum etiam quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione, *l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de adquiren. vel amitt. poſſeſſ.* tum poſtremò, quia praxis arguit, quod ſimul poſſeſſionis & proprietatis causâ, expreſsè & nominatim delegari ſolet, ſi de utraque delegatus cognoſcere debeat, *cap. cùm ad ſedem. 15. in princip.* ibi, *Abbati, cauſam taliter duximus committendam, ut audiret omnia tam ad poſſeſſorium, quàm ad petitorium pertinentia, extr. de reſtitut. ſpoliator.* & *c. Significaverunt, 36. in princ.* ibi, *cauſa tam ſuper proprietate, quàm ſuper poſſeſſione judicibus à nobis commiſſa fuiſſet. extra de teſtibus & atteſtationib.* Ipſe quoque Andr. Gail. *dict. obſervat. 35. num. 11. in fin.* ex gloſſ. & Panormitani ſententia *in cap. 1. extr. de ſequeſtratione poſſeſſionum*, diſertè ſcribit, ſi cauſa poſſeſſionis nuncu- 41

patim,

patim, & in ſpecie ſit commiſſa, veluti: *committimus tibi cauſam poſſeſſionis*, iudex de proprietate cognoſcere non poſſit: ut putem ipſum Gailium ſub eodem, *num 11 in princip.* incaute adieciſſe vocem *Poſſeſſorij*, cùm ita ſcribere voluiſſet, *quod cauſa ſimpliciter, & in genere commiſſa, &c.* Gloſſa etenim in *dict. cap.1. in verb. Indiſtincte*, quam in ſuam ſententiam allegat Gailius, ita ſcribit: *Si committitur cauſa ſimpliciter, putà committimus tibi cauſam, quæ inter tales vertitur, ſuper talibus rebus, tunc tam cauſa poſſeſſionis quam proprietatis commiſſa intelligitur, &c.* atque hæc gloſſæ ſententia fundata eſt textu *d. c.1. ext. de ſequeſtrat. poſſeſſionum.*

12 Vocatur in quæſtionem & illud, ſi ab ordinario iudice ſive magiſtratu, delegata ſive mandata ſit alicui certæ cuiuſdam cauſæ cognitio, an etiam poteſtas ferendæ ſententiæ intelligatur eidem mandata? Gloſſa negat *in leg. Qui Procuratorem. 57. in verb. peragere. Digeſt. de Procuratoribus*; negat etiam Zaſius *in leg. à Divo Pio.15. ff. de re judic.* atque horum ſententiam ſequitur Camera Imperialis, teſte Mynſing. *cent. 4. obſer. 93.* Cæterùm licet in praxi ab hac opinione ſeceſſionem facere periculoſum fuerit, de iure tamen verior eſt affirmata ſententia, quippe cùm verbum *notionis & cognitionis* complectatur etiam ſententiæ dictionem, & definitionem cauſæ, *l. ſi.*

in princ.

in pr. ff. de re jud. l. Notionem. 99 in pr. ff. de verb. ſign. Confirmat eandem concluſionem text. in *l. de qua re, 74 in prin. ff. de judic.* ubi Julianus JCtus, *de qua re*, ait, *cognoverit judex, pronuntiare quoq; cogendus erit.* Vnde apparet, quòd cognitionis verbum ſuâ naturâ comprehẽdat etiam ſententiæ pronuntiationem. Pro contraria ſententia perperam adducunt text. *in l. ubi. 22. verſ. Nec ulla, C. ad l. Corn. de falſis.* Eo namq; loco dicitur, quòd iudex nõ interlocutione, ſed definitiva ſententia prodere debeat, quod ſuum ſit de cauſa falſi iudicium. Neque etiam eandem confirmat opinionem text. in *l. Solent, 6. in prin. ff. de offic. Proconſul.* ubi cauſæ cognitio, nõ etiam definitio, & ſententiæ pronuntiatio legato Proconſulis mandata dicitur. Loquitur enim ibi JCtus de cauſa criminali, quæ eſt meri imperii. Hæc autem cauſa, quamvis mandari non poſſit, *l. 1. in pr. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdict.* Eius tamen cognitionem iure ſingulari Proconſul legato ſuo poteſt mandare, non verò definitionem eiuſdem. Deniq; iuvat nihil opinionẽ negantem, quod iurisdictionis delegatio ſtricti iuris eſt, proindeque nominatim expreſſa in delegatione cognitionis mentione, non intelligi etiam ſententiæ pronuntiationem ſimul mandatam. Cùm etenim ſub cauſæ cognitione contineatur quoq; ſententiæ dictio, uti ſuprà oſtendi, certè cui illa eſt commiſſa,

ei cen-

ei cenſetur commiſſa & hæc, per ea, quæ ſcribit latè Menoch. *conſil. 235 nu. 41. & ſeq. vol. 3.* Quò pertinet, quòd fruſtrà exprimitur id, quod tacitè continetur, *l. Non rectè. 3. C. de fidejuſſoribus*, quodque expreſsè & nominatim fieri dicitur, quod fit per verba importantia illud ſua natura, licèt non ſint ſpecifica, per ſpecies & differentias, Angel. *in Auth. Sed cùm teſtator, num. 2. C. ad l. Falcid.*

43 Ulterius & illud quæſtionis eſt dubiæ, poſſitne delegatus multam dicere, ſive multando coercere partem contumacem? Alex. *negat in d. l. A Divo Pio. 15. in prin. num 6. in fin. ff. de re judic.* quem ſequitur Menoch. *lib. 1. de arbitr. judic. quæſt. 74. n. 8. & ſeqq.* vide quoq; Joannem Gœdd. *in c. 1. num. 12. ext. de ſequeſt. poſſeſ. & fructuum.* Affirmat autem Longovallius *in leg. Imperium. 3. §. Supereſt quartus mixti imperij articulus*, mihi *pag. 214. num. 2. & ſeqq.* ubi plures alios in hanc ſententiam allegat, atque huic opinioni ſubſcribere nihil hæſito, tum quia *in c. De cauſis. 4. §. ult. & c. ſeq. in princ. & c. Paſtoralis, 28. §. Item cùm totum, extr. de offic. & poteſt. judic. deleg.* generaliter cautū eſt de omni iudice delegato, quòd citatum contumacem pro ſuo arbitrio punire poſſit, arbitraria autem pœna pecuniaria in caſu contumaciæ nihil eſt aliud quàm multa, *l. Aliud eſt fraus. 131. §. Et multa quidem, ff. de verb. ſignif.* Tum quia, cui iuriſdictio mandata eſt, ei

eſt, ei quoque mandata intelligitur tacitè poteſtas pro ſuo arbitrio modicè coercendi contumaces, *l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdictio.* quæ poteſtas nihil aliud eſt, quàm jus dicendæ multæ *d. l. aliud. 131. §. Et multa, ff. de verb. ſignif.* tum quoque, quia judex delegatus, cui cauſa committitur cognoſcenda & definienda, intelligitur recipere plenariam poteſtatem ſuper omnibus, quæ ad cauſam iſtam ſpectare noſcuntur, *c. Præterea in fin. ext. de offic. & poteſtat. judic. delegat. & l. 2. ff. de juriſdict.* Proindeque & poteſtatem mulctandi partem contumacem: Siquidem juriſdictionem mandatam explicare non poſſet, ſi hæc ei denegata eſſet poteſtas in contumacem: tum poſtremò quia judex delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, negligentem executorem mulctare poteſt, *l. Omnibus 3. C. de Sportulis.* Cur ergò non æquè negligentem & contumacem litigatorem? Cùm in hunc ab ordinario magiſtratu juriſdictionem acceperit, poteſtatem verò in executorem à ſe ipſo habeat.

Non obloquitur huic pronuntiato noſtro, quod Ulpian. JCtus. in *dict. l. aliud eſt fraus. §. Item multam, verſ. Magiſtratus enim ſolos, ff. de verb. ſignific.* ſcribit, ſolos magiſtratus multam dicere poſſe. Cùm enim delegatus in contumacem dicit multam, ipſe magiſtratus id facere intelligitur, quippe cùm delegatus, qui mandatam juriſdictionem ſuſcepit, proprium

S nihil

de offic. judic. Authent. Jubemus, in fin. C. de judic. Can. In iſtis, diſtinct. 4. & Novell. 126. cap. 1, ubi Juſtinianus Imp. præcipit judicibus, ut legibus cognitam edant ſententiam, ex veritate autem cognoſcitur cauſa, quando ex fide eorum, quæ probantur, cognoſcitur, *Clement. Sæpe. §. Sententiam verò, Tit. de verb. ſig. c. Paſtoralis, §. Quia verò, extr. de offic. & poteſt. jud. delegat. & l. Illicitas. 6. §. veritas rerum. ff. de officio Præſidis.* ubi JCtus Ulpian. *veritas*, ait *rerum erroribus geſtarum non vitiatur: Et ideò Præſes Provinciæ id ſequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quæ probantur.*

34 Hinc nota eſt illa quæſtio controverſa, debeatne Judex propria ex conſcientia, vel ſecundum acta & probata cauſam judicare, & de ea pronuntiare? quod poſterius juris autoritati propius judico, per textus modò citatos. Sed hac de quæſtione conſulendi ſunt præter alios Didac. Covarr. *lib. 1. variar. reſolut. c. 1.* Franciſcus Hotoman. *lib. quæſtion. Illuſtrium, quæſt. 27.* Cuiac. *lib. 12. obſervat. c. 19.* & Eberhard. Bronchorſt. *cent. 1. ἐναντιοφανῶν, aſſert. 14.* Quòd ſi judex cauſæ veritatem cognitam perſpectamque habeat, teſtis malle, quàm iudex eſſe debet, opinante præter alios, Cuiac. *in c. Dilecto. 40. ext. de teſtib.* Et pulchrè Joan. Bodin. *lib. 6. de Repub. pag. 1185.* ſcribit; *Si res geſta judici tantùm cognita eſt, teſtem quidem agere poteſt, judicem non liceat.*

Nihil

Nihil huic refragatur ſententiæ textus, *in l.* 38
Eum quem. 79 §. ult. ff. de judiciis, ubi judex ſententiam proferre iubetur, prout religio ſuggerit. Hoc etenim loco religio pro ea accipitur iudicis conſcientia, quæ ex actis & probatis informata eſt, cùm loquatur ibi JCtus Ulpianus de caſu, quo iudex vel de iure vel de facto dubitat. De iure cùm dubitat iudex, conſulere Præſides tenetur; de facto autem quando dubitat, iudicare iubetur, prout religio ſuggerit, id eſt, uti ipſe factum pro ſua conſcientia ex actis informata intelligit. Quando iudex de facto dubitat, ut in quæſtione *dict. l. Eum. 79. §. 1. ff. de judic.* propriam facti ſcientiam habere haud rectè dicitur. Dubitat autem de facto, cùm teſtes de eo variant, aut ambiguè loquuntur, quo caſu dicere debet ſententiam pro conſcientia ſua, Wie er die Sach ex actis & probatis verſtehet.

Ex æquo autem cognoſcit de cauſa iudex, ut ordinarius, ſic & delegatus dupliciter, primò cum deficiente iure ſcripto, & conſuetudinario ex naturali æquitate prout ratio humanitatis, benignitatis & iuſtitiæ ſuggerit, ſententiam profert, *l. 2. §. Quanquam*, ibi, *hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur, ff. de aqua & aquæ pluv. arcend. l. In his, 16*, ibi, *ex bono, & æquo*, iunctis verbis: *Scripti juris rationem, ff. de condit. & demonſtrat. l. Nulla. 25.* ibi, *nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas, ff. de legib.*

& *l. De acceſſionib. 14. in pr. ff. de diverſis temporalib. præſcript.*

Deinde ſimiliter ex æquo pronuntiat iudex, quando lex ſcripta quoad literam & verba, æquitati caſu aliquo contraria videtur, æquitatem verò in ſententia diceda ſequitur, id quod facere iubetur *l. Placuit. 8. C. de judiciis, l. Si res tuas. 8. C. ad exhib.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 35. gl. 1. n. 4. & ſeqq.* Non obſtat text. *in l. 1. C. de legib.* Eſt enim de iure, quod totum omni caſu iniquum eſt, cuiuſmodi Ius ſolus Imperator, non iudex mutare poteſt. Donell. *lib. 1. Comment. c. 13. pag. 34.*

38 Quia verò iudex delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio, mandati ſive commiſſionis formam & tenorem, ut dixi, obſervare diligenter tenetur, ne eius fines excedat, non poteſt ſibi mandatam iuriſdictionem ultra Perſonas & cauſas in mandato comprehenſas extendere, textus eſt *in cap. P. & G. cap. Super eo, & cap. Venerabili. 37. §. Quorum proceſſus, extr. de officio & poteſtat. judic. delegati.* Eſt igitur ſtricti iuris mandata iuriſdictio, Andreas Gail. *lib. 1. obſervationum practic. obſervat. 35. num. 3.* Quare diſpiciendum ſemper, ſitne univerſa, ſive omnis mandata iuriſdictio, vel eius tantùm pars quædam, univerſa & omnis mandatur iuriſdictio, cùm Princeps, aut Comes aliquis iuriſdictionem in quadam Provincia, vel territorio explicandam

alicui

alicui mandat, *l. 4. §. ultim. Digeſt. de officio Proconſul.*

Quo tamen generali mandato ea ſolum continetur iuriſdictio, quæ mandari poteſt, ut quæ iure magiſtratus competit, non ea, quæ ſpecialiter lege eſt data, *l. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & latiùs expoſui ſ. 37

Pars ſolum iuriſdictionis dicitur mandata, quando in certas perſonas, putà publicanos aut mancipes, ſimilesúe, mandata eſt alicui iuriſdictio, Cuiac. in *l. Solet. 16. & l. ſeq. ff. de iuriſdiction.* vel mandata eſt in certas res, ſive cauſas certas, putà uti delegatus iubeat caveri damni infecti, vel mittat in poſſeſſionem bonorum *l. 4, ff. dict. tit.* Cauti ergò & providi eſſe debent cauſarum patroni, commiſſione à Principe alicui facta, ut antequam coram ipſo iudice commiſſario, cui cauſa delegata eſt, iudicium accipiant, reſcriptum Principis palam legi petant, & diligenter advertant, quid quantumqúe iudici delegatúm ſit, ut ſi actor aliam atq; aliam proponere ibi vellt actionem, quàm quæ iudici delegata eſt, exceptionem ei obiiciat non competentis iuriſdictionis. 38

Quod ſi dubitet delegatus de commiſſionis ſive mandati ſententia & tenore, num in eo articulus aliquis comprehenſus ſit, 39

necne,

necne, Dominum mandantem ſive committentem conſulere, & eius declarationem (ſecundam vocant iuſſionem) expectare debet, per text. *in c. cùm in jure, extr. de offic. & poteſt. jud. deleg. Novell. 17. cap. 4. verſ. Si quis autem, & cap. C. Papa*, ibi, *Sic ſuum interpretatus fuit reſcriptum, extr. de ſequeſtratione poſſeſſionum*: Andr. Gail. poſt alios *dict. obſer 35. num. 6.*

40 Ea tamen omnia, ſine quibus expediri mandata iuriſdictio nequit, tacitè ſub mandato continentur, licèt in eo ſpecialiter & nominatim expreſſa non ſint, *l. 2. ff. de jurisdict. c. Præterea, 5. extr. de officio & poteſtate judic. deleg.* ut ſunt iuriſdictionis acceſſoria, *c. Prudentiam. 21, §. Sexta nobis, verſ. Explorati ſiquidem* & *§ ſeq. verſ. ult. extr. dict. tit*, putà poteſtas citandi partes litigantes, Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 35. num. 9.* modò commiſſionis ſive delegationis tenorem citationi delegatus inſerat, Mynſing. *cent. 3. obſerv. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 48. num. 17.* Poteſtas item coercendi contumaces *l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* non ſolùm inferiores, aut ſibi pares, ſed & ſuperiores, *d. c. Præterea, extr. de officio & poteſtate judic. delegati*: ſiquidem vice eius, qui delegavit, non ſua fungatur delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio. *l. 1. §. Qui mandatam, & l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio.* Per edictum verò non

citare

citare delegatum communis eſt Dd. concluſio Surd. *conſil 81. num 33.* licèt ordinarius id poſſit Gail. *lib. 1. obſerv. 57. n. 14. in fin.*

Sed quæritur, an ille, cui ſimpliciter mandata eſt iuriſdictio in cauſa poſſeſſorii, vi huius mandati cognoſcere etiam poſſit de cauſa petitorii? Andr. Gail. *dict. obſerv. 35. num. 11.* affirmare videtur. Verùm negata ſententia iuri conſona eſt, tum quia delegatio iuriſdictionis ſtricti iuris eſt, ut dixi, proindeque non intelligitur commiſſum, niſi quod palàm verbis in mandato expreſſum eſt. *l. Quidquid. 99. in princ. ff. de verb. oblig.* tum etiam quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione, *l. naturaliter. 12. §. 1. ff de adquiren. vel amitt. poſſeſ.* tum poſtremò, quia praxis arguit, quod ſimul poſſeſſionis & proprietatis cauſâ, expreſsè & nominatim delegari ſolet, ſi de utraque delegatus cognoſcere debeat, *cap. cùm ad ſedem. 15. in princip.* ibi, *Abbati, cauſam taliter duximus committendam, ut audiret omnia, tam ad poſſeſſorium, quàm ad petitorium pertinentia, extr. de reſtitut. ſpoliator.* & *c. Significaverunt, 36. in princ.* ibi, *cauſa tam ſuper proprietate, quàm ſuper poſſeſſione judicibus à nobis commiſſa fuiſſet. extra de teſtibus & atteſtationib.* Ipſe quoque Andr. Gail. *dict. obſervat. 35. num. 11. in fin.* ex gloſſ. & Panormitani ſententia *in cap. 1. extr. de ſequeſtratione poſſeſſionum,* diſertè ſcribit, ſi cauſa poſſeſſionis nuncu- 41

patim,

patim, & in ſpecie ſit commiſſa, veluti: *committimus tibi cauſam poſſeſſionis*, iudex de proprietate cognoſcere non poſſit: ut putem ipſum Gailium ſub eodem, *num 11 in princip.* incautè adieciſſe vocem *Poſſeſſorij*, cùm ita ſcribere voluiſſet, *quod cauſa ſimpliciter, & in genere commiſſa, &c.* Gloſſa etenim in *dict. cap. 1. in verb. Indiſtinctè*, quam in ſuam ſententiam allegat Gailius, ita ſcribit: *Si committitur cauſa ſimpliciter, putà committimus tibi cauſam, quæ inter tales vertitur, ſuper talibus rebus, tunc tam cauſa poſſeſſionis quàm proprietatis commiſſa intelligitur, &c.* atque hæc gloſſæ ſententia fundata eſt textu *d. c. 1. ext. de ſequeſtrat. poſſeſſionum.*

12 Vocatur in quæſtionem & illud, ſi ab ordinario iudice ſive magiſtratu, delegata ſive mandata ſit alicui certæ cuiuſdam cauſæ cognitio, an etiam poteſtas ferendæ ſententiæ intelligatur eidem mandata? Gloſſa negat *in leg. Qui Procuratorem. 57. in verb. peragere. Digeſt. de Procuratoribus*; negat etiam Zaſius *in leg. à Divo Pio. 15. ff. de re judic.* atque horum ſententiam ſequitur Camera Imperialis, teſte Mynſing. *cent. 4. obſer. 93.* Cæterùm licet in praxi ab hac opinione ſeceſſionem facere periculoſum fuerit, de iure tamen verior eſt affirmata ſententia, quippe cùm verbum *notionis & cognitionis* complectatur etiam ſententiæ dictionem, & definitionem cauſæ, *l. ſi. in princ.*

in pr. ff. de re jud. l. Notionem. 99. in pr. ff. de verb. ſign. Confirmat eandem concluſionem text. in *l. de qua re, 74 in prin. ff. de judic.* ubi Julianus JCtus, *de qua re*, ait, *cognoverit judex, pronuntiare quoq; cogendus erit.* Vnde apparet, quòd cognitionis verbum ſuâ naturâ comprehēdat etiam ſententiæ pronuntiationem. Pro contraria ſententia perperam adducunt text. *in l. ubi. 22. verſ. Nec ulla, C. ad l. Corn. de falſis.* Eo namq; loco dicitur, quòd iudex nō interlocutione, ſed definitiva ſententia prodere debeat, quod ſuum ſit de cauſa falſi iudicium. Neque etiam eandem confirmat opinionem text. in *l. Solent, 6. in prin. ff. de offic. Proconſul.* ubi cauſæ cognitio, nō etiam definitio, & ſententiæ pronuntiatio legato Proconſulis mandata dicitur. Loquitur enim ibi JCtus de cauſa criminali, quæ eſt meri imperii. Hæc autem cauſa, quamvis mandari non poſſit, *l. 1. in pr. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* Eius tamen cognitionem iure ſingulari Proconſul legato ſuo poteſt mandare, non verò definitionem eiuſdem. Deniq; iuvat nihil opinionē negantem, quod iuriſdictionis delegatio ſtricti iuris eſt, proindeque nominatim expreſſa in delegatione cognitionis mentione, non intelligi etiam ſententiæ pronuntiationem ſimul mandatam. Cùm etenim ſub cauſæ cognitione contineatur quoq; ſententiæ dictio, uti ſuprà oſtendi, certè cui illa eſt commiſſa,

ei cen-

eſt, ei quoque mandata intelligitur tacitè poteſtas pro ſuo arbitrio modicè coercendi contumaces, *l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt jurisdictio.* quæ poteſtas nihil aliud eſt, quàm jus dicendæ multæ *d. l. aliud. 131. §. Et multa, ff. de verb. ſignif.* tum quoque, quia judex delegatus, cui cauſa committitur cognoſcenda & definienda, intelligitur recipere plenariam poteſtatem ſuper omnibus, quæ ad cauſam iſtam ſpectare noſcuntur, *c. Præterea in fin. ext. de offic. & poteſtat. judic. delegat. & l. 2. ff. de juriſdict.* Proindeque & poteſtatem multandi partem contumacem: Siquidem juriſdictionem mandatam explicare non poſſet, ſi hæc ei denegata eſſet poteſtas in contumacem: tum poſtremò quia judex delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, negligentem executorem multare poteſt, *l. Omnibus 3. C. de Sportulis.* Cur ergò non æquè negligentem & contumacem litigatorem? Cùm in hunc ab ordinario magiſtratu juriſdictionem acceperit, poteſtatem verò in executorem à ſe ipſo habeat.

Non obloquitur huic pronuntiato noſtro, quod Ulpian. JCtus. in *dict. l. aliud eſt fraus. §. Item multam, verſ. Magiſtratus enim ſolos, ff. de verb. ſignific.* ſcribit, ſolos magiſtratus multam dicere poſſe. Cùm enim delegatus in contumacem dicit multam, ipſe magiſtratus id facere intelligitur, quippe cùm delegatus, qui mandatam juriſdictionem ſuſcepit, proprium

nihil habeat, ſed eius, qui mandavit, juriſdictione utatur, *l.1.§. Qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisd.* Nihilq; pro ſuo arbitrio agat, ſed pro eo, cuius mandatu jus dicit, & cuius partibus fungitur, *l.3 ff. d. t.* Nihil quoque refragatur text: in *l.2.§. ult. ff. de judic.* ubi dicitur, quòd his tantùm detur jus dicendæ multæ, quibus publicè judicium eſt, non aliis. Nam & delegato judici, cui mandata eſt juriſdictio, publicè judicium eſt: Cùm illud non habeat ab ipſis litigatoribus perſonis privatis, ſed à publico magiſtratu, cuius partibus fungitur.

44 Nec quicquam obſtat textus *in cap. dilectus filius, extr. de pœnis*, loquitur enim de eo litigatore, qui adverſus judicis, etiam ordinarii aſſertionem petulanter & temerè prorumpit, ut qui negat eſſe verum, quod aſſerit judex, vel contradicit temerè aſſertioni judicis: At hic ſaltem agimus de parte litigante, quæ judicis delegati præcepto non paret.

Denique nullum contra concluſionem noſtram negocium nobis facit, quod poſt alios etiam Menochius *dict. quæſt. 74. num. 12.* aſſerit, multę dictionem meri eſſe imperii, quod generali delegatione non continetur, cùm mandari non poſſit, *l.1. l. ultim. §.1. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdict.* Nam multæ dictio, cùm ſit ad tuendam & facilius explicandam

candam juriſdictionem, non meri, ſed mixti eſt imperii, *l. 2. §. 1. ff. Si quis in jus vocatus non ierit, dict. l. 2, §. ultim. ff. de judic. & dict. l. Aliud eſt fraus, §. Item multam. & §. ſequent. ff. de verborum ſignificat. l. 1. §. Quid ergo, 3. Digeſt. de inſpiciendo ventre, dict. l. Omnibus judicibus. 3. C de Sportulis.* Bart. *in l. Magiſtratibus, 12. n. 2. ff. de juriſdict.* Bruṅ. *conſil. 32. n. 11. lib. 1. conſilior. feudal.* Cujac. *lib. 1. quæſt. Papin. pag. 12. col. 1.*

Non caret controverſia & hæc quæſtio, an judex delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, ſententiam à ſe latam exequi poſſit, vel ordinarius qui mandavit, exequi eam debeat? Alii negant de judice delegato, ab inferiore magiſtratu, quàm à Principe Summo vel Pontifice Romano: alii verò affirmant. Negantium vota probat Maranta *de ord. judicior. part. 4. diſt. 5. n. 45. & part. 8. n. 4.* Wurmbſer. *lib. practicar. obſerv. Tit 2. de judicib. delegatis, obſer. 2.* Menoch. *lib. 1. de arbitr. judic. q. 74. n. 36. & ſeqq.* Mynſing. *cent. 4 obſ. 83. n. 2.* Cæterùm Longovall. *in leg. Imperium, 3. verſ. Supereſt quartus mixti imperij artic. mihi pag. 218. n. 10. & ſeq. ff. de jurisd.* tùm etiam Alciat. *lib. 2. paradoxor. c. 4.* proniores ſunt adprobandæ alteri ſententiæ, quam ego quoque veriorem judico, per text. expreſſum in *cap. In literis. 9. extr. de officio & poteſtat. delegat.* ubi generaliter de omni judice delegato, cui mandata eſt juriſdictio, 45

diſpoſitum legimus, quod ſententiam ſuam exequi poſſit. Accedit textus in *c. Paſtoralis, §. Quia verò. extr. de off. iu.* ex quo loco diſcimus, quod judex delegatus ordinario, à quo delegatus eſt, ſententiæ ſuæ executionem mandare poſſit. Cui conſequens eſt, ſententiæ quoq; executionem ad delegatum pertinere, cùm nemo poſſit transferre ad alium, quod ipſemet non habet, *l. Nemo plus juris. 54. & l. Nemo plus commodi. 120. ff. de regul. jur.* Quod ſi ordinariò competeret executio ſententiæ à delegato prolatæ, fruſtrà ei per hunc mandaretur illa, *l. unic.* ibi, *ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod jam precibus permiſſum eſt, C. de theſauris, lib. 10. & l. Aliquando. 13. §. ultim. verſ. Quò enim bonum eſt. ff. ad Senatusconſultum Velleian.*

Adhæc juris eſt expediti, quod ordinarius ſententiæ à ſe dictæ executionẽ mandare poſſit alii, *l. pen. §. ult. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdictio, & l. penult. ff. de confeſſis, & c. ſignificaſti, 7. extr. de offic. & poteſt. judic. deleg.* cur ergò delegato, cui cauſæ definitionem commiſit, non ſimul etiam judicati executio commiſſa cenſeretur, ſiquidem in ea ſolum verſetur factum, quod etiam nudo, meroque executori poteſt liberè mandari, *l. Executorem. C. de execut. rei judic.* cùm item ille, cui cauſa committitur, ea poſſit omnia facere & exequi, quæ ad illam cauſam expediendam perti-

pertinent, *c. Præterea, & c. ſuſpicionis, extr. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict. l. Ad rem mobilem. 56. & l. Ad legatum. 62. ff. de procurat.* Confert eodem, quod judex datus, ſive pedaneus judex ſententiam à ſe latam executioni mandare nominatim prohibetur, *l. A Divo Pio. 15. in princ. ff. de re judic.* Judex verò delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, nuſquam in jure noſtro Cæſareo vel Pontificio, vetatur ſententiæ ſuæ executionem facere. Eſt ergò veriſimile judici delegato jure permiſſam eſſe judicati executionem, cùm cenſeatur conceſſum, quod prohibitum non intelligitur, *l. Cùm Prætor. 12. in princip. ff. de judic.* Præterea judex delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, fungitur partibus ordinarii in cauſa fidei ſuæ commiſſa, *l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd.* ut ergò ordinarius, ſi ipſemet cauſam definiret: ſic & delegatus judicati executionem habet, in cauſa mandata.

Poſtremò judicati executio mixti eſt imperii, ut omnes fatentur. Mixtum autem imperium regulariter competit iudici delegato, 46
l. 1. in fin. l. 4. §. ult. & l. ult. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandata eſt jurisd. Poteſt ergò judex delegatus, cui mandata eſt juriſdictio, ſententiam ſuam exequi.

Nihil hanc impedit concluſionem regula illa, qua dicitur, quod judex ſuo functus ſit officio, & deſinat eſſe judex, poſteaquam ſen- 47

tentiam tulit, *l. Judex, 55. ff. de re jud.* Eſt enim exaudienda de pedaneo ſpeciali, ſive dato judice; cum certum ſit, quod ordinarius poſt latam ſententiam non deſinat eſſe judex: *d. l. A divo, 15. in pr. de re jud.* Et arguit diſertè juris authoritas, quod judicis delegati juriſdictio, non prolatione ſententiæ, ſed eius facta executione expiret, & functus non dicatur ſuo officio, prius quàm executioni ſententiam mandâ rit, text. eſt expreſſus *in d. c. In literis, 9. ext. de offic. & poteſt. jud. deleg.* Quem locũ Interpp. perperam intelligunt de Pontificis ac Principis ſummi delegato, non etiam de legato ordinarii judicis inferioris, tum quia text. generaliter loquitur de judice delegato, nec ullo verbo meminit vel Pontificis, vel Imperatoris: tum quia inſcriptio arguit, quod locus ille vel de Epiſcopi, vel alterius ordinarii judicis inferioris delegato intelligendus ſit.

Non imminuit etiam pronuntiatũ noſtrum, quòd delegatio juriſdictionis eſt ſtricti juris, *c. Cùm dilecta. 22. in fin. ext. de reſcriptis:* proindeq; non extendenda, ut & ſuprà docui. Nulla enim hic fit extenſio iuriſdictionis mandatæ, ultra fines mandati, quippe cùm juriſdictionis executio in cauſa litigantium controverſa delegato ſit mandata, & iuriſdictio explicari etiam dicatur in ſententiæ executione, ut manifeſtè arguit textus *in dict. cap. In literis, 9. extr. de offic. & poteſt. jud. delegat.*

Et quia

Et quia delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio, pedaneum dare poteſt iudicem, qui de negocio litigantium cognoſcat, & ſententiam ferat. *l. Cùm Prætor. 12. §. 1. ff. de judiciis.* Quò facit, quòd iudicis datio pars iuriſdictionis eſt. *l. 3. verſ. ult. ff. de jurisdict.* Cur non æquè etiam à ſe dictam ſententiam executioni mandare poſſet?

Neque etiam decerpit quicquam concluſioni noſtræ textus in *leg. Properandum. 13. §. Sin autem reus, verſic. Sive ipſe judex*, ibi, *ſive per relationem ad maiorem judicem hoc referatur, Codic. de judiciis.* Ex hoc enim loco malè concludunt Interpretes, quòd iudex delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio, ſententiæ ſuæ executionem relinquere neceſſariò teneatur iudici ordinario, ſed potius illud inde evincitur, quod vel ipſemet ſuam exequi ſententiam, vel eam exequendam referre ad ordinarium poſſit. Sunt enim hæc Imperatoris verba: *Sive ipſe judex ex ſua juriſdictione hoc facere poteſt* (ſcilicet datam ſententiam ad effectum producere) *ſive per relationem ad maiorem judicem hoc referatur.* Et patet etiam ex jure Canonico, quòd delegatus ſententiæ ſuæ executionem ordinario mandare poſſit, *c. Significaſti 7. & c. Paſtoralis, 28. §. Quia verò ſæpè. ext. de offic. & poteſt. judic. delegat.* 48

49 Nihil denique negocii facit textus *in d. l. à Divo Pio. 15. in pr. ff. de re jud.* Eſt enim de iudice pedaneo, non eo, cui iuriſdictio delegata eſt, ille ſuam ſententiam ipſemet exequi non poteſt, hic verò poteſt; quia iuriſdictionem habet, quam ille non habet, *l. Ait Prætor. 5. ff. de re judic.*

50 Eſt & illud partium iudicis delegati, cui mandata eſt iuriſdictio, ut juriſdictionem mandatam exerceat intra territorium Domini mandantis, ſive ordinarii, per *l. ult. ff. de juriſdict. & l. 3. ff. de offic. Præſidis.* Etſi verò delegatus iudex, cui mandata eſt iuriſdictio, pedaneum dare iudicem poſſit, ut antea oſtendi, attamen delegatam ſuam iuriſdictionem alii viciſſim mandare prohibetur, *l. ultim. in princip. ff. de officio eius, cui mandata eſt juriſdictio.*

51 Reſtat quartum & ultimum partitionis membrum, de modo finiendæ iuriſdictionis mandatæ. Finitur mandata iuriſdictio vel ex parte eius, qui mandavit, vel ex parte delegati, cui mandata eſt iuriſdictio.

52 Ex mandatoris parte finitur mandata iuriſdictio, primum revocatione mandati, ſive delegationis, *l. Solent. 6. §. 1. ff. de offic. Proconſul. & c. Cæterum. 3. extr. de reſcriptis. l. Si verò. 12. §. pen. ff. Mandati.* Modò ipſa revocatio fiat re adhuc integra, *argum. §. Rectè. Inſtit. de mandato.*

Quando

Quando autem res adhuc dicatur integra, 53
non convenit inter Dd. ut patet ex Jaſone in
l. More. 5. num. 57. & ſeq. ff. de juriſdict. Simplici facto mandato negocii procuratorio, res
non amplius dicitur integra poſt litis conteſtationem, *l. Antè. 16. l. poſt litem. 16. & legibus ſeqq. ff. de procurat. & cap. 2. eodem tit. in 6.*
Verùm hic in mandata juriſdictione res amplius integra non eſt, poſteaquam delegatus,
cui mandata eſt juriſdictio, rem ſibi mandatam gerere ſive ea uti cœperit, *l. Et quia. 6. ff. de juriſdict. & c. licet undiq; 30. extr. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* ut ſi litigatores citârit *c. gratum gerimus. 20. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat. & c. ult. in fin. extr. de officio legati:* Quamprimum enim delegatus mandata juriſdictione uti cœpit, res amplius integra non eſt, *dict. cap. Licet undiq;, extr. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* Sed citando partes utitur juriſdictione, *§. ult. Inſt. de perpetuis & temporalib. actio.*

Non obſtat *textus in c. Relatum, extr. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* Quamvis enim eo loco dicatur, quod poſt litis conteſtationem mortuo delegante non expiret delegati juriſdictio, non tamen ſimul negatur, quod & citatione perpetuetur mandata juriſdictio. Sic licet Julianus † Juriſconſultus in 54
l. Quæſitum. 91. §. ultim. ff. de legat. 1. affirmet poſt litem conteſtatã, malam incipere fidem,

attamen ei conſequens non eſt, malam fidem non incipere etiam ante litem conteſtatam protinus, atque poſſeſſor reſciuit rem alienam eſſe, per *textum in l. Qui bona fide. 23. §. Tam diu. leg. Quæſitum. 90. & l. Bonæ fidei. 48. §. In contrarium, Digeſt. de adquirend. rerum domin.* Quos textus cum *dict. l. Quæſitum. 91. §. ult. ff. de legat. 1.* ita conciliat Dominus Vulteius *lib. diſceptation. Scholaſticorum, cap. 20.*

55 Modus autem revocandi iuriſdictionem mandatam eſt & ille, ſi magiſtratus, qui delegavit alii iuriſdictionem, eandem poſtea ſub mentione prioris mandati cuidam alii mandet, *c. Cæterùm. 3. ext. de reſcript.* & facit *l. ult. extr. de conſtit. Princip.* Proconſul tamen à legato ſuo revocare mandatam iuriſdictionem non potuit Principe inconſulto, *l. Solent. 6. §. 1. ff. de offic. Proconſul.*

56 Deinde finitur mandata iuriſdictio, cùm ordinarius, qui eam delegavit, magiſtratum ſuum ultrò deponit, vel eo invitus abit. Juriſdictio enim delegabilis, cum magiſtratui cohæreat, *l. 1. in princip. verſic. Quæ verò jure magiſtratus, ff. de officio eius, cui mandat eſt juriſdictio*, neceſſe eſt finito magiſtratu, finiri quoque delegatam iuriſdictionem *c. ultim. extr. de officio legati.* Ratio eſt, quod hæc ab illo dependet, & delegatus ſaltem vicarius eſt ordinarii, *l. 3. ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio,*

riſdictio, & *l. Solet Prætor. 16. ff. de jurisd.* Non obſtat textus in *l. Venditor. 49. §. ult. ff. de jud.* ubi dicitur, quod dati à magiſtratu iudices, in tempus etiam ſucceſſorum durare ſoleant: Judex enim datus, poſteaquam datus eſt, ſuo proprio cognoſcit iure, at delegatus, cui mandata eſt iuriſdictio, vicario tantum iure utitur, *l. 1. §. Qui mandatam, & l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdictio*, & *l. Solet. 16. ff. de jurisdict.*

Hinc à dato iudice appellatur ad eum, qui dedit: at provocatio à beo, cui mandata eſt iuriſdictio, fieri non poteſt ad eum, qui mandavit, ſed ad ſuperiorem *l. 1. in princ. & §. 1. ff. Quis à quo appelletur.* 57

Quid verò ſi ordinarius facta delegatione magiſtratum re non amplius integra, deponat, puta cùm à delegato res geri cœpit, nunquid & hoc caſu ſolvitur iuriſdictionis delegatio, depoſitione magiſtratus? In negativam pronior eſſe nihil dubito: *per text. in d. c. ult. tit. de offic. legati.* 58

Poſtremò ex parte mandatoris ſolvitur iuriſdictionis mandatum, morte mandatoris, re adhuc integrâ, ut ſi ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, res nondum geri cœperit. *cap. Si delegatus. 7.* & *cap. ultim. verſ. officium autem, Tit. de officio & poteſt. jud. delegat. d. c. licet undiq. 39. extr. dict. tit.* & *l. Et quia. 6. Dig. de jurisdiction.* & facit *l. Mandatum. 15.* 59

C. Man-

c. Mandati, & *§. Item ſi adhuc, Inſtit. de mandato*, putà ſi is nondum citârit litigatores, ut ſuprà oſtendi, ex *c. Gratum. 20. extr. de offic. & poteſt. jud. deleg.* & *cap. ult. in fin. extr. de officio legati.*

60 Juriſdictio tamen legati Proconſulis non interċidebat morte Proconſulis, cùm ab hoc mandata juriſdictione legatus ipſius eam habuerit propriam, ut ex contrario arguit textus in *l. legati. 13 ff. de offic. Proconſulis*, & patet ex eo, quod à legato Proconſulis appellabatur ipſe Proconſul, *l. 2. ff. Quis à quo appelletur*, cùm tamen ab alio, cui juriſdictio eſt mandata, non appelletur ordinarius qui mandavit, ſed ſuperior, ut antea dixi ex *l. 1. §. 1. ff. d. t.* Cauſa huius rei illa eſt, quod non Proconſul deligebat ſibi legatum, ut alius magiſtratus ſuo arbitratu ſibi deligit, cui juriſdictionem ſuam mandat, ſed dabatur Proconſuli legatus à Senatu vel populo. Sic Servirio Proconſuli à Senatu Pompeius Fonteius fuit datus legatus, ut Appianus ſcribit *lib. 10. de bello civili*, & Gordiano Proconſuli Africæ à Senatu legatus fuit datus filius, ut prodidit Capitolin. in Gordiano, & meminit Cuiac. *in d. l. Et quia. 6. ff. de jurisd. lib. 1. ad Edictum Pauli.*

61 Cæterùm ancipitis eſt quæſtionis, an mandatore plurium cauſarum mortuo, re non amplius quibuſdam in cauſis integrâ, omnibus in cauſis, in quas mandáta eſt juriſdictio, ſalva

ipſa

ipſa maneat, an verò in cauſis tantùm, quæ cœptæ ſunt geri? Prius illud placuit Bart. poſterius probavit Fulgoſ. cuius placito meum addere calculum nihil dubito: hac motus ratione, quod in *d. l. Et quia. 6. ff. de jurisd.* non dicit JCtus Paulus: *Niſi jurisdictio geri cœperit*, ſed ait, *niſi res geri cœperit*, quibus verbis mandatæ juriſdictionis exitum & finem ponit non in cœpta juriſdictione, ſed in rebus, quæ cœptę ſunt geri: ut & Romanus Pontifex Bonifacius Octavus in *c. ult. verſ. Officium autem, t. de offic. & poteſt. jud delegati*, ubi officium delegati ipſo jure expirare ſcribit per obitum concedentis, *quo ad non cœpta negocia.*

Ex parte eius, cui mandata eſt juriſdictio, intercidit eius mandatum primò temporis lapſu, cùm ad certum uſq; tempus mandata eſt juriſdictio, *c. de cauſis, 4. in pr. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* facit text. *in l. 2. §. Si & judex. 2. ff. de judic.* Weſenb. *in paratit. ff. de jurisd. n. 14.* Hinc Archidiaconus, quem refert, & ſequitur Cantiuncula *conſil. 16. n. 6.* adfirmat delegatum, qui intra præfixum terminum ſententiam tulit, hoc elapſo non poſſe eandem exequi, cùm mandata juriſdictio in Perſona mandatarii jam expirârit. 60

Communi tamen conſenſu litigatorum mandata iuriſdictio tempore tranſacto finita, prorogari poteſt, *d. c. De cauſis. in princ. extr. de offic. & poteſtat. judicis delegat.* & *l. 2. §. Si & judex.*

judex, 2. ff. de judic. Si quoq; magiſtratus, qui mandavit iuriſdictionem, ſciat delegatum adhuc explicare & exercere iuriſdictionem, idq; patiatur, hac ſua patientia de novo mandare iuriſdictionem cenſetur, ut notat *gl. in c. Cum olim Abbas. 32. in verb. Protinus contradixit. ext. de offic. & poteſt. jud. deleg.*

53 Deinde ex mandatarii, ſive delegati parte finitur mandata iuriſdictio morte delegati, etiamſi unus ex pluribus delegatis rebus humanis ſit exemptus, *c. pen. 42. ext. d. t.*

54 Deniq; expirat mandata iuriſdictio, ex parte eius, cui mandata eſt iuriſdictio, ſi per errorem ipſe pronuntiet, ſe in cauſa litigatorum non habere iuriſdictionem, textus eſt in *c. Significantibus. 38. extr. d. t.* Ratio eſt, quia ſive benè, ſive malè ſententiam dixerit iudex, functus ſuo eſt officio, & deſinit eſſe iudex, *l. Judex, 55. ff. de re judic.*

Caput

Caput VII.

De jurisdictionis Prorogatione.

SUMMARIA.

Iuriſdictio competens eſt vel juris authoritate, vel ex conſenſu partium, quæ juriſdictio prorogata dicitur.

2 Verbum *prorogare* quid ſignificet apud probatos autores Latinos, & in jure civili: quid item apud pragmaticos, & in jure Canonico. & n. 3.

4 Iuriſdictiõis prorogationis definitio, eiuſq; explicatio.

5 Procurator Cæſaris qualem olim juriſdictionem habuerit.

6 Iuriſdictionem non competentis iudicis, qui prorogare poſſint.

7 An prorogatio à pupillo, minore 25. annis, vel prodigo ſine tutore vel curatore facta, ipſo iure nulla ſit. etiam eo caſu, quo harum perſonarum conditio melior reddita apparet ex ipſa prorogatione.

8 Tutor & curator in cauſa pupilli & minoris incompetentem iuriſdictionem prorogare poſſunt.

9 Procurator cum libera poteſtate conſtitutus, iuriſdictionem incompetentis iudicis prorogare poteſt, ut & is, qui ſpeciale ad id habet mandatum.

10 An perſonæ Eccleſiaſticæ prorogare poſſint iudicis incompetentis, maximè ſecularis iuriſdictionem.

11 Authoritas alicuius concilii præferenda legislationi unius atq; alterius Pontificis.

12 Conventio de proroganda incompetentis iudicis iuriſdictione publico iuri nihil derogat, ſed tantùm litigatorum iuri privato.

13 C. Si diligenti. 12 extr de for. competent.

14 An Studioſus relictis tribus iudicibus, quos ſuo arbitrio competentes habet, poſſit alterius iudicis prorogare iuriſdictionem.

15 An permiſſum ſit litigatoribus relicto Inferiori iudice primæ inſtantiæ, prorogare iuriſdictionem iudicis appellationis.

15 Iuris

16 Iuriſdictio contentioſa prorogari poteſt etiam à magiſtratu pari vel maiore illo, cuius jurisdictio prorogatur, non item jurisdictio voluntaria.

17 Propria ſive ordinaria juriſdictio prorogari poteſt; mandata autem ex communi Dd. opinione prorogabilis non eſt, niſi delegatio ſit facta à Principe aut Pontifice. & n.18.

19 Nonnulli putant juriſdictionem mandatam univerſam, prorogari poſſe, unam autem juriſdictionis ſpeciem delegatam, prorogari non poſſe.

20 Sententia Donelli, omnem juriſdictionem prorogabilem eſſe affirmantis, approbatur.

21 Herman. Vulteius in caſu tantum l. 2. §. ſed etſi judex. ff. de jud. delegatam juriſdictionem prorogari poſſe putat, ſed malè.

22 Criminalis juriſdictio in cauſâ civili prorogari non poteſt.

23 An juriſdictio criminalis prorogari poſſit in cauſâ criminali.

24 Reviſorum Cameralium juriſdictio an prorogari poſſit.

25 An juriſdictio commiſſariorum Cæſaris, aliorumque judicum auſtregarum prorogari poſſit.

26 Auſtregarum judicum juriſdictio non eſt delegata, ſed propria ſive ordinaria.

27 Iuriſdictio Procuratoris Cæſaris pertinet ſolum ad fiſci cauſam, quæ eſt inter fiſcum & privatum.

28 In cauſâ Eccleſiaſticâ, ex conſenſu partium & Epiſcopi diœceſani voluntate, prorogari poteſt juriſdictio magiſtratus Eccleſiaſtici; juriſdictio autem magiſtratus ſecularis non item, ne quidem ex conſenſu ſuperioris.

29 An in cauſis decimarum & matrimoniorum, locum habeat prorogatio juriſdictionis ſecularis.

30 An in cauſa feudali, prorogatio juriſdictionis rectè fieri poſſit.

31 In cauſis criminalibus ex ſententiâ uſu Dd. receptâ juriſdictionis prorogatio locum habet, quæ tamen jure ſcripto ceſſat.

32 Iuriſdictionis prorogatio fit potiſſimum in cauſis civilibus & pecuniariis.

33 Modus prorogandi juriſdictionem eſt efficiens, formalis & accidentalis.

34 Efficiens modus prorogandi juriſdictionem continetur litigatorum & judicis incompetentis, cuius

proragatur juriſdictio, conſenſu vel expreſſo vel tacito.

35 Expreſſo conſenſu litigatorum quomodo prorogatio fiat.

36 Conſenſu tacito quomodo juriſdictio prorogetur.

37 Conſenſus judicis incompetentis.

38 Formalis modus prorogandi juriſdictionem; conſiſtit in aditione incongrui judicis ex conſenſu prius interpoſito, facta.

39 Iudex incompetens quando à litigatoribus cenſeatur aditus.

40 Accidentalis modus prorogandi juriſdictionem eſt, quo juriſdictio incompetentis judicis prorogatur ratione vel perſonarum, vel cauſarum, vel loci, vel temporis

41 Prorogatio juriſdictionis de perſona ad perſonam.

42 Iuriſdictionis prorogatio de cauſa ad cauſam; ſive de re ad rem.

43 In prorogatione de cauſa ad cauſam, diſpiciendum an cauſæ ſint eiuſdē vel diverſæ qualitatis & formæ.

44 In cauſis, quæ ſunt eiuſdem qualitatis quomodo prorogatio fieri poſſit.

45 In cauſis, quæ ſunt forma & qualitate diverſæ, prorogationi locus non eſt.

46 Ratione loci quomodo prorogatio iuriſdictionis fiat.

47 Prorogatio juriſdictionis de tempore ad tempus.

48 Ipſa juriſdictionis prorogatio fieri debet ſub eadem naturâ, formâ & qualitate, cuius eſt juriſdictio ordinaria.

49 Prorogationis jus hodiè coanguſtatum per inhibitionem & avocationem.

50 Cæſarea maieſtas ſtatibus imperii, putà Principibus, comitibus & quibuſdam nobilibus, ac civitatibus imperialibus exemptionum privilegia tribuit.

51 Avocatio quotuplex ſit.

52 Illuſtriſs. Princeps VVürtemberg. privilegium habet avocandi ſubditos ſuos & eorundem cauſas à judicio Rotvveilenſi.

53 Imperator cauſas à Camera Imperiali ad aulam ſuam Cæſaream avocare non poteſt.

IUriſdictio, quam quis exercet, competens ſit, neceſſe eſt; incompetens ſi fuerit, nulla eſt

T ſenten-

de recept.arbitr.l.cum ſtipulatus.113.ff.de verb. obligat.

Deinde licet idem verbum de rei cuiuſdam 3
ſive juris extenſione & ampliatione haud intelligant probati Authores, nec unquam in libris Juſtinianei juris in hac ſignificatione legamus illud, Canonicum tamen jus, & pragmatici porrigunt, verbi huius ſignificatum etiam ad juriſdictionis extenſionem & ampliationem, in d. *c. P. & G.40.ext.de offic.& poteſt.judic.deleg.*

Eſt autem prorogatio iuriſdictionis *exten-* 4
ſio eiuſdem ad perſonas, cauſas & locum, in quas, & ubi jure aliâs non competit, conſenſu earundem Perſonarum facta. dict.c. P. & G.40.ext.d.t.l.1.C.de jurisdict. l.1.l.2.in princ.& §.1.ff. de judic. & l. Si convenerit.18.ff. de jurisdict. Dico *jurisdictionis extenſio*, ut enim locum habeat prorogatio, neceſſe eſt, ut iam antè ſit aliqua iudicis juriſdictio, quæ prorogari poſſit, *dict.l.1.ff.de judic.* & facit *l. Sed etſi.5.ff.de precario*, & docet Jaſon *in l.ſi per errorem.15. num.1.* & Zaſius *ibidem num.5.ff.de jurisdict.* Privatorum enim conſenſus non tribuit iuriſdictionem *l.3.C.d.t.* Subiicio deinde, *Ad perſonas cauſas, aut forum.* Competens enim iuriſdictio tribus concluditur terminis, qui ſunt, perſona, cauſa, & forum ſive territorium, ut qui inter perſonas iuriſdictioni ſuæ ſuppoſitas, & in cauſa, ad iuriſdictionem ſuam

pertinente, atque etiam in territorio, ſive foro ſuo jus dicit, competens ſit judex: E contrario verò incompetens ſit, cuius juriſdictio in uno illorum deficit, *d. l. Si quis. 6. §. Quid ſi quis. 10. verſ. Ergò & ſi quis. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. 1. §. ult. verſ. Et ideo. ff. Quod quisq; juris in alium ſtatuerit, l. 1. C. de pedan. jud. l. Prætor. 5. in pr.* ibi, *de ea renotio eſt, ff. de re jud. l. ult. ff. de jurisd. & Rubr. C. de jurisd. & foro compet.* Donell, *lib. 17. Commentar. c. 9. pag. 37.* Poſtremò in definitione addo: *Conſenſu earundem Perſonarum facta.* Ut enim prorogatione judex, qui incompetens eſt, efficiatur competens, requiritur, ut & ſuprà dixi conſenſus litigatorum, vel expreſſus *l. 1. l. 2. in pr. & §. 1. ff. de judic. l. Si per errorem. 15. & l. Si convenerit. 18. ff. de jurisd. l. Ille, à quo. 13 §. pen. ff. ad Senatusconſultum Trebellian. & l. Inter. 28 ff. ad municipalem*, vel etiam tacitus, *l. 1. C. de juriedict. omnium judic.* ut qui litis conteſtatione, aut præſcriptionis fori omiſſione declaratur, *l. Sed et ſi 52. in princip. ff. de judic. & l. 4. C. de jurisdict.* Prorogatæ juriſdictionis exemplum extat in *dict. l. 1. C. dict. tit.* ubi agi-
5 tur d: † prorogatione juriſdictionis, quam habuit Procurator Cæſaris. Huic olim Procuratio rerum Cæſaris mandata erat, putà rerum fiſcalium, *l. ult. ff. de interrogat. in jure faciend. & l. Moſchis. 47. §. 1. ff. de jure fiſci* non ſolùm Romæ, ſed etiam in provinciis, in quas

earum

earum rerum nomine mittebatur, ut patet ex textu manifeſto in *l. Qui mittuntur. 35. §. Item Procurator. 2. ff. Ex quib. cauſis maior.* Eique juriſdictionem primus dedit Imper. Claudius teſte Tacito *lib. 12.* & Suetonio in Imp. Claudio, juriſdictionem, *inquam*, in cauſis pecuniariis, inter fiſcum & privatum *l. Nec quicquam 9. in princ. ff. de offic. Proconſul l. 2. C. Si adverſus fiſcum, l. cum hi. 8. §. Tranſactionis, ff. de Tranſaction.* Et quamvis nonnunquam vice Præſidis fungebatur in provinciis, *l. 1. C. de pedaneis judic. l. 2. C. de pœnis,* & *l. 3. C. ubi cauſæ fiſcales.* Ipſe tamen Præſes juriſdictionem illius in cauſis fiſcalibus interpellare non potuit. *l. Nec quicquam. 9. in princ. ff. de offic. Comitis ſacri Palatij.* Etſi verò juriſdictio Procuratoris Cæſaris competens erat ſolummodò inter fiſcum & privatum, proindeq; Procurator hic in lite privatorum jus dandi judicis non habebat *l. Ex conſenſu, 23. §. 1. ff. de appellat. & dict. l. 1. C. de pedan. judicibus.* Litigatores tamen privati in cauſis ſuis privatis decidendis juriſdictionem ipſius ſuo conſenſu prorogare potuerunt, textus eſt *in d. l. 1. C. de juriſdict.*

Poſſunt autem juriſdictionem non competentis judicis prorogare, qui legitimam Perſonam ſtandi in judicio habent, non pupilli ſine tutoribus ſuis, nec minores 25. annis, aut prodigi abſque ſuis curatoribus, neque 6

 etiam

etiam furioſi, aut ſervi *l. 1. & l. 2. C. Qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habeant, vel non, §. Item inviti, Inſtitut. de curatorib. l. 4. de authoritate præſtanda l. 3. Cod. de in integr. reſtit. l. In negociis. 5. ff. de regul. jur. l. Quoties. 13. ff. Si quis caution. judic. ſiſtend. cauſ. fact. l. Servus. 6. & l. ſeq. C. de judic.*

7 Cæterum quæſtionis eſt, ſitne prorogatio à pupillo minore 25. annis, vel prodigo ſine tutore vel curatore facta ipſo iure nulla etiam eo caſu, quo harum perſonarum conditio melior reddita apparet ex ipſa prorogatione? Baldus quoad pupillum dubitativè, in minore tamen 25. annis ſimpliciter negat *in dict. l. 1. num. 6. C. de jurisdict.* quem in hanc ſententiam allegat & ſequitur Felinus *in dict. cap. P. & G. 40. num. 10. verſ. Limita. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* At Dominus Vulteius in *dict. l. 1. num. 113. C. de jurisdict.* haud obſcurè affirmat, & meo iudicio haud malè, tum quia textus in *l. Non eo minus, 14. C. de Procurator.* quem citat Baldus, non firmat hoc pronunciatum, ſed potius illud deſtruit, ut qui tutorum & curatorum autoritatē & conſenſum in conſtituendo litis procuratore deſiderat, tum etiam quia pupillus ne quidem lucroſam adire poteſt hereditatem abſq; tutoris autoritate, ne ullum omnino damnum inde habeat. *§. Neq; tamen, Inſtit. de auctor. tutor.* quod æquè de iudicio intelligendum cenſeo, quod

quod maximè ordinarium non eſt, ſed tantum conſenſu partium, puta prorogatione competens efficitur, tum poſtremò, quod minor 25. annis compromittere in arbitrium ſine curatore ſuo ſimpliciter negatur in *l. 3. in prin. ff. de recept. qui arbitrium receperunt.*

8 De ipſo etiam tutore, & curatore dubitari poteſt, an cauſa pupilli & minoris incompetentem iuriſdictionem prorogare queant? Et quia actorem litis conſtituere poſſunt *d. l. Neque tutores. 11. C. de Procuratoribus.* nihil dubito, quin & facultatem prorogandi iuriſdictionem habeant: quò facit, quod loco Domini habentur tutor & curator, *l. tutor qui tutelam, 27. ff. de adminiſtrat. tutor. l. Ad ea. 157. in prin. ff. de reg. iur. l. Interdum fur. 56. §. Qui tutelam. ff. de furtis. & l. Qui fundum. 7. §. Si tutor. ff. pro emptor.*

9 De Procuratore etiam ambigere quis poteſt, an iuriſdictionem alicuius iudicis incompetentis prorogare queat? De eo, qui ſpeciale ad hoc mandatũ habet nihil hæſitandum, *arg. c. 4. §. ult. Tit. de Procuratorib. in 6. & l. unic. C. Etiam per Procuratorem cauſam in integr. reſtitut. agi poſſe.* Procurator quoque generalis cum libera poteſtate & adminiſtratione conſtitutus, quin hanc poteſtatem habeat, dubitandum non eſt, per textum *in d. c. Qui ad agendum, 4. & c. ſeq. Tit. de Procurat. in 6. l. Si Procurator. 10.* ubi Sichard. *C. de Procu-*

rator. leg. creditor. 60. §. Lucius. ff. Mandati, l. Procurator. 58. & l. ſeq. ff. de Procurator. l. Qua ratione. 9. §. Nihil autem intereſt, verſic. Qua ratione, ſi cui libera, ff. de adquir. rer. dom. l. Illud, 25. §. fin. & l. ſeq. in pr. ff. de minoribus. Et tenet hanc ſententiam Felin. *in c. cum olim, & dict. c. P. & G. n. 11. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.*

19 Magna eſt quæſtio de Perſonis Eccleſiaſticis, prorogare poſſint necne judicis incompetentis, maximè ſecularis juriſdictionem? Jure quidem Canonico novo diſertè cautum eſt, quod juriſdictionem alterius incompetentis judicis prorogare queant, ſi judex ille ſit Eccleſiaſticus, & Epiſcopi diœceſani voluntas accedat: Laici autem judicis juriſdictionem prorogari ab ipſis non poſſe, ne quidem conſentiente Epiſcopo, textus eſt in *cap. Significaſti. 18. extr. de foro competent.* Atque hujus juris ab Innocentio Pontifice *in c. Si diligenti. 12. extr. dict. tit.* hæc adfertur ratio, quòd juri publico pactis privatorum derogari non poſſit.

Atqui Cujac. Canonicum illud jus omninò deridere videtur in *c. 1. extr. dict. tit.* & rationem ejus non magnifacere cen[illegible]tur, in *d. c. Si diligenti 12. ext. eodem tit.* Priori loco, *quod, ait, ex conſenſu ſit Epiſcopi, & ex conſenſu utriusq; partis, permiſſa cognitione Laico, cur non erit ratum & firmum? Cur hoc invideas Laicis? an illis*

an illis deterior mens, quàm Eccleſiaſticis? Poſteriori loco: *Quæ, ait, ratio hac in re, ſi verum amamus fucus eſt, & color potiùs, quàm ratio vera.* Et ſanè Genius Cuiacii meo etiam animo haud iniuriâ hanc Pontificiam legislationem tali ex ratione conditam indignatur: tùm quia regula juris eſt antiqui, omnes licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt, renuntiare, *l. penult. C. de pactis, & l. Si quis, 51. C. de Epiſcop. & Cler. l. Si judex. 41. verſ. Quia unicuiq; ff. de minorib.* Si omnes ergò & Clerici, tùm quia Eccleſiaſticæ quoque perſonæ fori præſcriptioni renuntiare poſſunt, *dict. l. pen. C. de pactis. & dict. l. Si quis in conſcribendo. 51. C. de Epiſcop. & Cler.* tum etiam, quia in *dict. c. 1. extr. de foro competent.* Univerſum concilium Chalcedonenſe generaliter dicit, *apud alios* conſenſu Epiſcopi, & utriuſque litigatoris Clerici cauſam ventilari poſſe. Proindeq; non diſtinguit ibi concilium inter laicum & clericum judicem. Præferenda † igitur concilii illius authoritas videtur legislationi unius atque alterius Pontificis, putà Innocentii tertii, & Gregorii noni conſtitutioni in *dict. c. Si diligenti. 12.* & in *c. Significâſti, extr. de foro competent.* tum item quia jure etiam Pontificiali in *can. Clericum nullus, 11. quæſt. 1.* apertè dicitur, quod Epiſcopo permittente apud ſecularem judicem quis poſſit clericum convenire, cui conſequens eſt, quod multò 18

T 5 magis

magis Clericus ex ſuo conſenſu & voluntate ſecularis iudicis prorogare poſſit iuriſdictionem, tum poſtremò quia conventio illa, quâ litigatores Clerici iuriſdictionem iudicis ſecularis prorogant publico iuri nihil derogat.
12 Conventio enim † de incompetentis iudicis proroganda iuriſdictione, non ipſi publico iuri, ſed tantum ipſorum litigatorum iuri privato derogat. Quod ſi publico derogaret iuri iſthæc conventio, ius certè Cæſareum non admitteret eam, ſiquidem hoc etiam iure improbetur conventio, quæ publico adverſatur iuri, *l. Ius publicum 38. ff. de pactis.* Cùm ergò ius Cæſareum recipiat hanc conventionem de proroganda iuriſdictione, *l. 1. & l. 2. in princip. & §. 1. ff. de iudic. & dict. l. 1. C. de iurisdict.* patet inde, quod conventione hac non mutetur ius publicum. Neque rectè dicitur conventionem ſive pactum illud contra ius tendere Canonicum. Hodie quidem eſt contra ius Pontificiale, ſcil. poſt Innocentii III. & Gregorii IX. conſtitutiones, antea non fuit, cum ipſe Innocent. III. diceret, iuri publico ea pactione derogari. Vetat quidem *Canon. Inſolita, 11. quæſtion 1,* ne Clerici conclericos ſuos relicto ſuo proprio Epiſcopo, ad ſecularem trahant iudicem; at non prohibet ſimul, ne Clerici iudicis ſecularis mutuo conſenſu prorogent iuriſdictionem.

Quod

Quod autem idem Romanus Papa Innocentius III. in *dict. cap. Si diligenti*, memorat, privilegium fori, quod Clerici habent, toti Clericorum ordini, non certæ Perſonæ datum eſſe, ex eo perperam colligitur, ſingulos Clericos in propria ſua cauſa, hoc privilegio, ſecundum conventionis fidem, cum alio initæ, uti non poſſe. Siquidem ea conventio nihil præiudicet universali privilegio, cum ſingulorum non eadem ſit ratio, quæ Universitatis, *l. 2. l. Sicut. 7. §. 1. ff. Quod cuiusq; Univerſit. nomine*. Unus atq; alter Cleric. cum renuntiat fori privilegio, & prorogat iuriſdictionem iudicis ſecularis, nihil hoc præiudicat universo Clericorum ordini, cæteri Clerici nihilominus iſthoc privilegio uti poſſunt. 13

In quæſtionem hoc loco vocari poteſt, ſitne integrum Studioſo, qui tres ſuo arbitrio competentes habet iudices, quorum unum optare & eligere poteſt, putà Rectorem ſuum item Epiſcopum & Præſidem loci, *Auth. Habita. C. Ne filius pro patre*, & *§. pen. in Proœmio Digeſtor*, relictis hiſce iudicibus cuiuſdam alterius iudicis prorogare iuriſdictionem? Dubitandi ratio peti videtur ex eo, quod Scholares Academiarum Clericis aſſimilandi cenſentur, quodq; per pactum privatorum non derogetur iuri publico, quale eſt privilegium ſtudioſorum, quod inviti apud alium iudicẽ, quàm Rectorem ſuum conveniri nõ poſſunt. 14

Clerici

Clerici autem novo jure Canonico prorogare non poſſunt judicis etiam Eccleſiaſtici incompetentis juriſdictionem, niſi cum Epiſcopi diœceſani id fiat conſenſu: Secularis verò judicis juriſdictionem, ne quidem ex voluntate illius Epiſcopi prorogare poſſunt, ut proximè oſtendi *ex dict. cap. Si diligenti 12. & dict. c. Significâſti, 18. extr. de foro competent.* Sed hac cauſa nihil obſtante, reor ſcholari jus eſſe prorogandi liberè judicis alterius non competentis juriſdictionem, tum quia deterioris conditionis eſſe non debet Studioſus, quàm quiſquam alius; tum quia regula juris eſt antiqui, licere cuiquam, beneficio pro ſe introducto renunciare, ut ſuprà oſtendi, tùm poſtremò, quia neceſſario non aſtringitur Scholari iuriſdictioni Rectoris ſui, ſed ei datur optio habendi iudicem Rectorem ſuum, vel Epiſcopum, vel Præſidem loci, textus eſt expreſſus in *dict. Authent. Habita*, ibi, *Huius rei data optione Scholaribus. C. Ne filius pro patre.* Nihil obſtat, quòd Studioſi Clericis aſſimilari videntur in Academiis, ubi literis ac honeſtis diſciplinis operam navant. Cùm enim ipſi Studioſi ex eo ſolo, quod ſunt Studioſi Academici, non ſint Clerici, ut patet *ex gloſſ. & Canoniſtis in cap. Ex eo. Tit. de Elect. in 6.* Bald. *in dict. Authent. Habita. num. 45. C. Ne fil. pro patre*, & Speculat. *Tit. de Reo, verſ. Item Scholaris, num. 5.* & *verſ. Sed quid ſi Scholaris,*

laris, num. 9. certè ius illud novum canonicum, quod de ſolis Eccleſiaſticis loquitur litigatoribus, extendendum non eſt ad Scholares, per regulam: Quidquid nova lege ſpecialiter expreſſum non videtur, id veterum legum, conſtitutionumque regulis relictum intelligitur, *l. Præcipimus. 32. §. ultim. Codic. de appellation. & cap. 1. verſ. ultim. Tit. de conſtitut. in 6.*

Eſt quidem publici iuris ad omnes omninò Scholares pertinentis, quòd volentes coram ſolo Rectore ſuo, non alio iudice convenien-di ſunt, verum in ſingulis Studioſis privilegium illud privati iuris, ut de Clericis expoſui ſupra

In dubium quoq; vocari poteſt, ſitne per- 15
miſſum litigatoribus relicto inferiori iudice primæ inſtantiæ prorogare iuriſdictionem iudicis appellationis, & coram ipſo primâ uti inſtantiâ? Ratio dubitandi eſt, quod gradatim, non per ſaltum ad ſuperiorem appellationis iudicem devolvi cauſa debet, *l. Imperatores. 21. ff. de appellat. c. Dilecti. 66. extr. eodem tit.* Sed nihil hac ratione impediente, putandum, & hanc iuriſdictionis prorogationem omninò valere, cum reus iuri ſuo, putà fori præſcriptioni renuntiare poſſit liberè, *d. l. penult. de pactis. & l. Si quis in conſcribendo. 51. C. de Epiſcop. & Cler.* Et perperam à iure appellationis ad prorogationis ius, argumentum ſumatur,

ſumatur, cùm appellatus trahatur invitus in iudicium appellationis: Ex prorogatione verò uterque litigator ſuo ex conſenſu mutuò adeat iudicem, cuius prorogavit iuriſdictionem.

Sequitur tertium capitis huius de prorogatione iuriſdictionis membrum, quæ ſcilicet iuriſdictio prorogari poſſit. Juriſdictio
16 alia † voluntaria eſt, alia contentioſa, ut ſuprà docui ex *l. 2. ff. de officio Proconſulis.* Hæc prorogari poteſt, etiam à magiſtratu pari, vel maiore illo, cuius juriſdictio prorogatur, *l. Eſt receptum. 14. ff. de jurisdiction. l. Ille à quo. 13. §. Tempeſtivum. 4. ff. ad Senatusconſult. Trebell.* Illa autem à magiſtratu maiore vel pari non poteſt prorogari. *l. Apud eum. 14. in princ. ff. de manumiſſ. & l. Apud filium fam. 18. §. 1. ff. de manumiſſ. vindict.* Diverſitatis ratio eſt, quòd actus contentioſæ iuriſdictionis per alium exercere licet, non autem voluntariæ juriſdictionis negocium, *l. Poſt mortem. 25. §. Neque adoptare, ff. de adopt.*

17 Adhæc iuriſdictio alia eſt propria, quam ordinariam vocant, alia mandata, ſive delegata, *l. 1. in pr. & §. 1. & l. 3. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdict. l. 5. l. 6. l. Solet. 16. & l. ſeq. ff. de jurisdict.*

18 Propria ſive ordinaria juriſdictio prorogari poteſt, *leg. 1. Codic. de jurisdict. l. 4. Cod. ubi cauſæ fiſcales, leg. 1. l. De qua re, 74. ff. de judic.*

l. Inter.

l. Inter. 20. ff. ad municipal. Ludolph. Schraderus, *Tractat. feudali, part. 10. ſect. 8. num. 96.* ubi text. & Doctores in hanc ſententiam allegat.

Mandatam ſive delegatam quod attinet juriſdictionem, diſtinguendum eſt primum inter delegationem à Principe aut Pontifice factam, & eam, quæ facta eſt ab alio magiſtratu, de juriſdictione delegata à Principe vel Romano Pontifice concors eſt Dd. opinio prorogari hanc poſſe litigatorum conſenſu, *l. A judice. 5. Cod. de judic.* Verùm de iuriſdictione ab alio mandata ſive delegata magiſtratu, variant Dd. Gl. *in dict. l. 1. in verb. pro tribunali, ff. de judiciis,* primum aientem ſententiam textu illius legis probat, poſt in aliam non ſine hæſitatione ſententiam eundem textum interpretatur. Cynus ibidem diſtinguit inter Civile & Canonicum ius: Illius authoritate hanc quoque iuriſdictionem prorogari poſſe autumat, huius verò non item, ſed in additione revocat eam diſtinctionem, & neq; Canonico, neque Civili iure delegatam iuriſdictionem prorogabilem exiſtimat. Atq; hæc communis eſt Dd. concluſio, Azo *in l. 1. n. 7. C. de juriſdict.* Cyn. *in l. Si quis ex conſenſu. 7. C. de Epiſcop. Audi.* Zaſ. *in l. Si per errorem, 15. ff. de juriſdict.*

Non deſunt, qui diſtinguendum putant inter iuriſdictionem mandatam univerſam, & 19

ſpeciem

ſpeciem iuriſdictionis unam & delegatam, illam prorogari poſſe, non etiam hanc autumat gloſſa in *dict. leg. 1. in verb. Pro tribunali, ff. de judic.* quam gloſſam & alii quidam ſequuntur.

20 Donellus verò *lib, 17. Commentar. juris civilis, c.10. pag.44.* exiſtimat, delegatam iuriſdictionem omnem, iure prorogabilem eſſe, cui ſententię adhęrere nihil dubito, tum quod ſcripto iuri conſona eſt, tum quod nuſquam in iure noſtro reiecta legitur. Prius argumentis haud dubiis doceri poteſt, Ulpian. JCtus. in *l.1. ff. de judic.* diſertè ſcribit, quod cuiuſvis iudicis iuriſdictio conſenſu partium prorogari poſſit. *Cuiusvis* ait, ergo, & delegati iudicis: Nam & hic iudex habet reverà iuriſdictionem, licèt non propriam, ſed alienam, ut oſtendi cap. præcedenti.

Deinde idem Juriſconſultus loco eodem de duobus iudicum generibus loquitur, quorum unum eorum eſt, qui tribunali præſunt, alterum eorum, qui ſine tribunali iuriſdictionem habent aliam: per illos, intelligit iudices qui propriam habent iuriſdictionem: per hos, qui habent delegatam, cùm nulli alii poſſint intelligi. Et licèt intelligantur etiam quidam alii, non tamen hi excluduntur, cùm generaliter dicat Ulpian. *qui aliam jurisdictionem habet: aliam* ait, nec diſtinguit, propriam vel alienam habeat. Habet autē & delegatus iuriſdi-

juriſdictionem, quare & huius juriſdictio prorogari partium conſenſu poteſt.

Adhæc judex delegatus partibus & vice fungitur eius, qui delegavit, *l.3.ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio*, & *l. Solet. 16.ff. de juriſdict.* Ut ergò illius, qui delegavit, juriſdictio prorogari poteſt, ita & eius, cui delegata eſt juriſdictio, poteſt prorogari, cum una eademqúe ſit juriſdictio.

Quod autem nuſquam ſit reiecta hæc ſententia de proroganda juriſdictione delegata, patebit ex refutatione argumenti opinionis contrariæ. Privatorum, aiunt, conſenſu juriſdictio dari non poteſt ei, qui non habet juriſdictionem, *l.3.C.de juriſdict.* Sed hinc perperam concludunt, juriſdictionem eius, cui mandata ſive delegata eſt juriſdictio, prorogari non poſſe, malè etenim argumentatio fit ab eo, qui non habet juriſdictionem, ad eum, qui juriſdictionem habet, cùm à diſparatis nihil rectè inferatur.

Quod autem dicunt, delegatum judicem, cui juriſdictio mandata eſt, nullam omninò habere juriſdictionem, id prorſus falſum eſt, per textum *in leg. More. 5. Digeſt. de juriſdictione.*

Qui diſtinguunt inter eum delegatum, cui univerſa mandata eſt juriſdictio, & eum, cui tantùm juriſdictionis ſpecies eſt mandata, & illius juriſdictionem prorogabilem dicunt,

non etiam huius, æquè audiendi non ſunt. Cùm enim illius judicis, qui propriam habet juriſdictionem in certas tantùm perſonas, & certę cauſę ſpeciem, prorogari juriſdictio poſſit, *l.1. C. de juriſdict.* cur non & illius delegata juriſdictio poſſet prorogari, cui in certas ſolummodò perſonas, & cauſas certas mandata eſt? Diverſitatis ratiò hic apparet nulla.

Non obſtat argumentum à limitata cauſa ad limitatum effectum. Nihil enim huc pertinet illa regula, cùm iuriſdictio non ſit cauſa prorogationis, ſed eius tantùm quoddam ſubjectum, circa quod verſatur ipſa prorogatio: & prorogata jã juriſdictio, quo ad ipſum prorogatum, ſit effectus prorogationis. Et quod poſſit etiam iuriſdictio limitata in perſonis & rebus ſive cauſis, vi prorogationis, ſuos excedere limites, manifeſtiſſimum eſt, tum ex natura & effectu prorogationis, tum etiam ex *d. l.1. C de juriſdict.*

21 Herman. Vulteius in *d. l.1. n.82.* unum duntaxat caſum extare putat in jure civili, quo delegata juriſdictio prorogari poſſit, putà *in l. 2. §. Sed et ſi judex, 2. ff de judic.* Sed locus ille ad juriſdictionis prorogationem nihil pertinet, cùm nominatim ibi agatur de eo tantũ iudice, qui pedaneus & ſpecialis dicitur judex, & de prorogatione tẽporis, ad quod uſq; eiuſmodi judex datus eſt, non de juriſd. prorogatione.

22 Quæritur de criminali juriſdictione, poſſitne ea

ne ea quoq; prorogari? In civili cauſa criminalis juriſdictionis prorogationem eſſe nullam omninò reor, per text. in *l. Solemus. 61. in fin. ff. de judiciis.* ubi JCtus Ulpian. diſertè ſcribit, quod latrunculator, qui criminalium cauſarum judex eſt, de re pecuniar. a cognoſcere & judicare non poſſit. Cauſa enim juriſdictioni reſpondere debet, ut notat Zaſ. in *l. Per errorem. 15. n. 4. & 5. ff. de jurisdict.*

23 Sed in cauſa criminali iuriſdictio criminalis prorogari an poſſit non immeritò quis dubitaverit, tum Negativa mihi verior videtur, quia iuriſdictio criminalis, non niſi lege, aut Principis cõſtitutione ſpecialiter tribuitur, ut proinde alii non poſſit mandari, *l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurisd.* tum quia criminales cauſæ juris ſunt publici. *l. Si quis. 11. in fin. C. de accuſ. l. Locatio. 9. §. Quòd illicitè, ff. de publicanis & vectigal. l. 4. ff. de publ. jud.* cui juri privatorum conventioni, qualis eſt prorogatio, *l. Si convenerit. 18. ff. de jurisd. d. l. 1. ff. de judic.* derogari non poteſt. *l. Jus publicum. 38. ff. de pact.* tum etiam quia ſcripto jure noſtro criminis reus, ad judicem loci, ubi commiſſum eſt crimen, remittendus eſt. *l. Solent. 7. ff. de cuſtodia & exhibit. reor.* tum poſtremò quia reus criminis, qui privilegiatũ habet judicem, qualis eſt miles, remittendus eſt ad eundem judicem, ut ab eo coerceatur, *l. 1. C. de exhib. & trãsmit. reis.* Quodq; ſtatus aliæq; maiores cauſæ, maiores

ſolum judices habet, ad quos remitti ſemper debent *l. 1. l. Jam dudum. 5. C. ubi cauſa ſtatus agi debeat.*

Cæterùm rationes hæ licèt momenti ſint magni, attamen in ſententiam abierunt contrariam gloſſ. *in l. 1. C. ubi de criminibus agi oporteat,* & in *l. 1. in verb. judicibus. C. de juriſdict.* Bartol. & DD. communiter ut alibi, ſic & in *l. 1. num. 9. ff. de juriſdict.* Gail. *lib. 1. de pace public. obſerv. 12. num. 11.* Modò tamen duo hic concurrant, quorum prius eſt, ut prorogatio fiat in caſu accuſationis, non etiam inquiſitionis, ubi prorogationem locum habere aiunt nullum, Speculat. *Tit. de inquiſitione, §. Quando autem, in princ.* Poſterius eſt, ut juriſdictio judicis, quæ prorogatur in cauſa criminali, ejuſdem ſit naturæ, qualitatis & conditionis, cum iuriſdictione ordinarii iudicis, ad quem aliâs pertinet criminalis cauſa, Jaſ. *in dict. l. Si per errorem. 15. n. 4.* ubi Zaſ. *n. 7. ff. de juriſdict.* Gail. *lib. 1. de pace publ. obſ. 12. n. 11.* ubi ſcribit prorogationem fieri debere ad ſpeciem non diverſam.

24 De Reviſorum Cameralium iuriſdictione, prorogari illa poſſit, necne, ambigi non immeritò poteſt, cùm alii hanc ordinariam dicant, Gail. *lib. 1. obſervat. practic. obſervat. 154. num. 1. & obſervat. 155. num. 6.* alii delegatam, Joannes Ludovicus Benderus *in Commentar. de Reviſione, Concluſ. 4. num. 31. & ſeqq.* quam delega-

delegatam iuriſdictionem Dd. communiter prorogabilem negant, ut ſupra oſtendi. Quidam etiam ipſos Reviſores, qui à ſtatibus mittuntur, ſeorſim juriſdictionem habere nullam ſentiunt, ipſorum tamen Reviſorum collegium ordinariam habere iuriſdictionem volunt, Herman. Vulteius *in l.1.num.96.C.de juriſdict.*

Cæterùm quia juriſdictionem habet ipſorum collegium, ſive ordinaria illa ſit, ſive delegata, exiſtimari poteſt, prorogari eam poſſe, cùm eius prorogatio nominatim prohibeatur nuſquam, quæ tamen ſententia non facilè admittenda, tum quia Reviſionis remedium extraordinarium eſt, Bender. *in dict. Comment. de Reviſ. concluſ.1.nu.20.* tum quia Reviſores à ſtatibus Imperii ad hoc ſolùm mittuntur, ut Reviſionum duntaxat cauſis in ſententiis in Camera datis operam navent, ut arguit ordinatio Cameræ Imp. *part.1.tit.50.& part.3.tit.53.* Et quod Reviſorum iuriſdictio prorogari nequeat, exiſtimat quoq; Dn. Vul. *in d.l.1 n.97.C. de juriſdict.*

Superiori quæſtioni proxima eſt illa, an iuriſdictio Commiſſariorum Cæſaris, aliorumque iudicum Auſtregarum prorogari poſſit? Commiſſarios Cæſaris hìc puto tum eos, qui ex ordinatione Cameræ Imperialis vigore der Außträg electi ſunt, ut de lite, quæ eſt inter Principes, judicent Cammergerichtsordnung 25

part.2. Tit.2. §. Darauff ſoll/ꝛc. ibi, als Kayſerlicher *Commiſſarius*: tum quoq; eos, qui ab Imperatore vigore der Außträg impetrati ſunt, ut cognoſcant de controverſia, quæ eſt Actorib. Prælatis, Comitibus, Baronibus, Civitatibus Imperialibus, Nobilibus, cum Electorib. aliisve Imperii Principibus; Cammergerichtsordnung/ *d.part.2. tit.4.* §. Zumvierdten/ꝛc. *junct. præcedente* §. Vnd nachdẽ ſich die Prælaten/ꝛc. tum etiam illos, qui vigore earundẽ Auſtregarum diiudicant de lite, quę eſt Principib. actoribus cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus Auratis, aut aliis Nobilib. Cammergerichtsordnung *d. part. 2 tit. 3.* Horum Commiſſariorum aliorumq; judicũ Auſtregarum juriſdictio prorogari an poſſit, quæſtionis eſt? Hanc qui tractant quæſtionem, diſpiciunt juriſdictio hæc ordinaria ſit, vel delegata, cum illam prorogabilem exiſtiment, hanc nõ item, ex communi Dd. ſententia, de qua ſupra. Et quia ex quorundam ſententia delegatam hanc judicant juriſdictionem, uti ſentit Mynſing. *cent.2. obſerv. 52.* & Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. obſerv. 33. num. 3.* autumant prorogari eam non poſſe, Vulteius in *d. l. 1. num. 85. & ſeq. C. de juriſdict.*

36 Verum enimverò quia Auſtregarum judices ex conſtitutione Imperii ſuam habent juriſdictionem, ut ex ordinatione Cameræ Imperialis evincitur abundè, *d. t. 2. 3. & 4. part. 2.*

non de

non delegata, ſed ordinaria ſive propria mihi ipſorum videtur juriſdictio, cùm iuriſdictio delegata ſit ea, quæ mandatur non lege, ſed à quodam magiſtratu, qui eam ſuo jure propriam habet, *l. 1. §. Qui mandatam l. 3 et l. ult. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisd. l. More maiorum. 5. & l. ſeq. l. Solet Prætor. 16. & l. ſeq. ff. de jurisdict.*

Etſi verò non delegata, ſed ordinaria ſive propria horum Commiſſariorum, cæterorumque judicum Auſtregarum ſit juriſdictio, reor tamen prorogari eam non poſſe, hac motus ratione, quod ad unam aliquam, aut plures, ſed numero definitas pertinet cauſas, de quibus inter imperii ſtatus quoſdam lis eſt, quodque judices illi Auſtregarum haud certi ſunt, ſed eliguntur, vel Imperatoris vel partium arbitrio, quoties inter imperii ſtatus lis quædam orta eſt, ut arguit *ordinatio Cameralis part. 2. Titul. 2. 3. & 4.* & docet Andreas Gail. *lib. 1. obſervat. practic. obſerv. 1.* & Mynſing. *cent. 1. obſerv. 91. & cent. 5. obſervat. 1.*

Non obſtat, quòd juriſdictio Procuratoris Cæſaris, licet pertineat ſolùm ad fiſci cauſam, quæ eſt inter fiſcum & privatum, prorogari tamen ad alias cauſas poteſt. *d. l. 1. C. de jurisdict.* Diſtinguendum etenim eſt inter juriſdictionem, quæ pertinet ad ſpeciem aliquam cauſarum, & eam juriſdictionem, quæ ſpectat 27

ac concernit cauſam aliquam unam, vel plures quidem, ſed numero definitas, illa iuriſdictio prorogari poteſt *per text in l.1. C. dict. tit.* hæc non item, cum ſuis limitibus perſonarum, & cauſæ circumſcripta ſit, proindeque non extendenda *arg. l. In agris limitatis.16.ff.de adquir. rer. dom.*

Si quitamen litigatores alii prorogare velint iuriſdictionem iudicum Auſtregarum, nō ut eiuſmodi iudicum iuriſdictionem, ſed ut eam, quam ſuis in territoriis exercent, dubium apud me nullum eſt, quin iure ſubſiſtat prorogatio illa, modò ipſi ſtatus eam admittant, ſiquidem ipſorum propria iuriſdictio aliâs etjam prorogari poſſit.

Nec me movet, quòd ſinguli propriam habent iuriſdictionem, nec una omnium eſt iuriſdictio, Quiſq; enim ſuæ iuriſdictionis prorogatæ vi & poteſtate cognoſcit de cauſa, & quia ſinguli ſeorſim ſuæ iuriſdictionis vi de ea cognoſcere poſſunt cauſa, cur non coniunctim poſſint idem? Siquidem omnium ſententia eò tendat, ut lis definiatur & terminetur.

28 Videamus nunc paucis, quibus in cauſis prorogatio iuriſdictionis fieri poſſit. In cauſa Eccleſiaſtica iurisdictio magiſtratus Eccleſiaſtici prorogari poteſt, ex conſenſu partium, & Epiſcopi diœceſani voluntate, *c. Significâſti. 8. extr. de foro competent.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 40.*

obſerv. 40. num. 7. At civilis ſive ſecularis magiſtratus iuriſdictio non poteſt prorogari in hac cauſa, ne quidem ex conſenſu ſuperioris, *ut arguit legislatio canonica, in c. Si diligenti 12. extr. dict. tit.*

Poſſe tamen laicos in cauſis ſpiritualibus prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſi cauſæ illæ non fuerint ſacramentales, refert ex Joan. Andr. Panormitanus *in dict. c. Significaſti, extr. d. t.*

De cauſis decimarum & matrimoniorum dubitari poteſt, an prorogatio in illis locum habeat, prorogatio, inquam, iuriſdictionis civilis, ſive ſecularis. Et quia iure Pontificio decimarum cauſa eſt Eccleſiaſtica, *c. Tua nobis. 26. extr. de decimis*, ut & cauſa matrimonialis, *c. gaudemus, extr. de divort. c. ult. extr. de condit. appoſit. can. Omne. 27. quæſt. 2. & c. 1. & tot. tit. extr. de ſponſalib. & matrim.* Proindeque non coram iudice laico, ſed tantùm Eccleſiaſtico iudice ventilari & tractari debeat, ut cauſa matrimonialis *c. 1. extr. de conſang. & affinit. c. cauſam matrimonij, extr. de offic. & poteſtat. judicis delegati, c. 2. & c. 3. extr. de judic.* Sic & decimarum cauſa petitorii *Clement. diſpendioſam Tit. de judic. c. literas, extr. de juram. calumn. c. ult. extr. de rer. permutat. cap. cauſam, extr. de præſcript. dict. c. Tua, & tot. tit. extr. de decimis.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 38. in princ.* certè hoc Canonico iure in terris pontificiæ re- 29

ficiæ religionis prorogatio iſthæc in hiſce cauſis fieri non poteſt in judicem ſecularem per text. *in d. c. Si diligenti 12. extr. de foro compet.* Cæterùm in cauſis reformatæ religionis hę etiam cauſæ pro ſecularibus habentur, Petrus Friderus Mindan. *lib. 1. de proceſ. c. 10. concluſ. 1. n. 3.* Unde in his quoq; juriſdictionis etiam ſecularis prorogatio fieri poteſt, Vulteius *in d. l. 1. n. 133. C. de juriſdict.*

30 In dubium quoque vocari poteſt cauſa feudalis, an etiam in hac prorogatio juriſdictionis, quæ per ſe etiam feudalis eſt, rectè fieri poſſit? Et quamvis aliqui ſimpliciter affirmẽt, eò quòd feudalis juriſdictio ordinaria eſt, cõmuniter tamen non niſi Domini ſui ut judicis competentis conſenſu vaſallos in cauſa feudali prorogare poſſe juriſdictionem alterius judicis vel feudalis, vel allodialis concludunt Dd. noſtri, Curt. Jun. *Tractat. feud. part. 7. q. 8. n. 28.* & alii plures, quos refert Ludolph. Schrader. *Tract. feud. part. 10. ſect. 3. n. 95. & ſeqq. & n. 132. & ſeq.* Unde liberum eſſe Domino feudi ſtatuunt, avocare vaſallos ab illo prorogatæ juriſdictionis judice ad ſuum tribunal. Andr. Gail. *lib. 1. obſ. pract. obſ. 40. n. 6.* Theſſaur. *deciſ. 266. n. 9.* Pro qua ſententia adducunt text. *in tit. 55. §. ult. in fin.* ubi gl. *lib. 2. feud.* Et facit eodem quod ſubditi in præiudicium Domini ſui nihil ſua conventione privata agere poſſunt, Bald. *conſ. 121. In capite, n. 10. vol. 3.* Petr. Surdus

conſ. 47.

conſ.47. Primo aſpectu, n. 25. & ſeq. Andr. Gail. *lib.1. de pace publ. c.12. n.12.*

Etſi verò commune ſit Dd. effatum, conſentiente Domino feudi vaſallos prorogare poſſe in cauſa feudali juriſdictionē iudicis incompetentis, Schrader. tamen, *d. part. 10. ſect. 3. n. 133. & ſeq.* aliquot motus rationib. de illo addubitare cœpit. Verùm enimverò quando feudi Dominus ſuo conſenſu approbat prorogationem, nihil de validitate eius dubitādum, cum quilibet iuri pro ſe introducto renūtiare poſſit, *l. Si quis. 51. C. de Epiſc.* & *Cler. & l. pen. C. de pactis.* Nihil refragatur text. *in d. c. Si diligenti. 12. ext. de foro compet.* Ut enim ſupr. oſtendi, ius planè novū eo loco proponitur, de prorogatione in cauſa Eccleſiaſtica per Clericū facta in laicum iudicem, proindeq; illud extendi non debet ad alias cauſas, per regulam in *l. Præcipimus. 32. §. ult. C. de appell. & in c. 1. de conſt. in 6.*

Diſceptatur quoq; de cauſis criminalibus, an etiam in his locus ſit prorogationi? Sed huius quæſtionis reſolutio patet ex his, quæ ſub tertio huius 7. capitis membro, de criminali juriſdictione dicta ſunt, ex quibus evincitur, quod iure quidem ſcripto in cauſis criminalibus ceſſet prorogatio, ex ſententia verò Dd. uſu recepta, prorogatio fiat in his quoq; cauſis, modò ſuperior ordinarius magiſtratus cōſentiat in ipſam prorogationem, Andr. Gail. *d. lib. 1. de pac. publ. c. 13. n. 15.* 11

Quod

32 Quod civiles & pecuniarias attinet cauſas, in his potiſſimum locus eſt iuriſdictionis prorogationi, *l.1.C. de juriſdict. l.1.& l.2. in princ. ff. de judic.*

33 Succedit quintũ huius capitis membrum, de modo prorogandi iuriſdictionem. Modus autem hic vel eſt efficiens, vel formalis, vel accidentalis.

34 Efficiens ille modus continetur litigatorum, & iudicis incompetentis, cuius prorogatur iuriſdictio, conſenſu, qui eſt cauſa efficiens prorogationis, *l. 1. l. 2. §. 1. & l. De qua re, 74. §. 1. ff. de judic. l. Si convenerit. 15. ff. de juriſdict. l. 1. Cod. dict. tit. l. Inter. 28. ff. ad municipal.* Et conſenſus ille vel expreſſus eſt, vel tacitus.

35 Expreſſo conſenſu fit prorogatio vel pacto expreſſo, vel ſtipulatione: de pacto intelligenda potiſſimum *dict. l. Si convenerit. 18. ff de juriſdict.* Dicitur enim eo loco, neminem teneri ex conventione illa antequam iudex adeatur: quod de nudo intelligendum eſt pacto; cum hoc obligationem producat nullam, *l. juriſgentium. 7. §. Et cum nulla. ff. de pactis, l. legem. 10. C. dict. tit.* ſtipulatione ſi facta ſit prorogatio, quamvis prorogantium aliquis adire iudicem, cuius iuriſdictionem prorogatam voluit, non cogatur, *dict. l. Si convenerit. 18. ff. de juriſdict.* tenetur tamen adverſario ſuo ex ea ſtipulatione ad intereſſe, Jaſon *in d. l.*

in d. l Si convenerit. 18. num 24. & ibidem *Zaſ. num. 12. ff. de juriſdict.* Cùm enim iſthæc facti ſtipulatio ſit, parit obligationem in id, quod intereſt, per text. in *ſ. Non ſolum res. Inſtitut. de verbor. obligat. l. Si pœnam. 68. ff. de verbor. obligat. l. Si quis ab alio. 13. in fin. ff. de rè judic.*

Tacito conſenſu prorogatur iuriſdictio re- 36
ipſa ſeu facto, ut cùm reus ad iudicem incompetentem vocatus, ultrò venit, & exceptionem fori declinatoriam non opponit, ſed eâ omiſsâ defenſionibus aliquibus in ipſa principali cauſa utitur, atq; ita litem conteſtatur: poſt quam amplius declinatoriam fori antea non conteſtatam, opponere non poteſt, *l. Sed et ſi ſuſceperit. 52. in princ. ff. de judic. l. ult. C. de except. l. Peremptorias. 2. C. Sententiam reſcindi non poſſe.*

Conſenſus autem hic tacitus operatur iuriſdictionis prorogationem, ſi litigator, qui fori exceptionem omittit, non ignoret iudicem illum, cuius prorogatur iuriſdictio, eſſe incongruum & incompetentem, ſi id ignoret, conſenſu eius non dicitur prorogata iuriſdictio *d. l. 2. in prin. ff. de judic.*

Quod attinet iudicis incompetentis, cuius 37
iurisdictio prorogatur, conſenſum, eſt quidem ille neceſſarius, gloſſ. *in l. 2. §. 1. ff. de jud. & in c. G. & B. extr. de foro competent.* cùm invitus iudex incompetens cogi non poſſit, ut

ſuam

ſuam prorogari patiatur juriſdictionem, Cyn. *in l. Ex conſenſu.7.nu.11. C.de Epiſcop. audient:* verùm conſenſus ille ſufficit, etiamſi tacitus fuerit, Sichard. in *l.1.n.5. C.de jurisdict.* quod ſentit etiam Salic. in *d.l.1.C.d.t.* ubi affirmat, taciturnitatem iudicis hoc caſu pro conſenſu haberi.

138 Formalis modus prorogandi juriſdictionẽ, conſiſtit in aditione incongrui iudicis ex conſenſu prius interpoſito, facta, quamvis enim conſenſerint litigatores in juriſdictionem iudicis incompetentis, attamen prorogatio non intelligitur efficaciter facta, priuſquam ipſi litigatores adierint ipſum incompetentẽ iudicem, per text. expreſſum *in d.l. Si convenerit.18. ff.de jurisd.* ubi JCtus Afric. ad prorogationem iudicis incompetentis duo requirit, conventionem ſc. litigatorũ, & iudicis aditionem, ac oſtendit, quãvis convenerit inter litigantes de prorogãda juriſdict. iudicis incompetentis, priuſquam tamen judex ille aditus fuerit, neutram teneri partẽ litigare corã illo iudice, unde evincitur prorogationis formã in ipſa iudicis aditione poſitam eſſe, id quod docet etiam Ulp. JCtus. *in d.l.1.ff.de jud.* ubi ſimiliter duo illa coniunctim deſiderat, ut ex prorogatione ſit aliqua incongrui iudicis iuriſdictio in litigatores & eorũ cauſam, conſenſum ſc. litigantium & ſubiectionem iuriſdictioni iudicis incompetentis factam: quæ ſubiectio nihil eſt aliud,

aliud, quàm aditio illius iudicis, in quem partes cōſenſerunt Cuiac. *Tract. ad Afric. 5. in explicat. d. l. Si convenerit. 18. ff. de jurisd.* Coraſ. verò *lib. 4 miſcell. c. 5.* ſufficere putat cōſenſum litigatorum, nec opus eſſe iudicis aditione adhoc, ut litigatores cōpellantur ambo conventioni ſuæ ſtare. Movetur autē textu *l. pen. C. de pact. & l. Si quis. 81. C. de Epiſc. & Cler*, quib. locis dicitur, quod nemini liceat ſuo contravenire pacto, quo fori præſcriptioni renuntiavit. Verùm hinc nihil roboris capit opinio Coraſii, tū quia hac prorogationis cōventione, litigatores non renuntiant cōpetenti foro, ſed conſentiunt tantum in iudicē incompetentem, item quia illa pactione, de qua in citatis modo locis actor adquirit non actionē, ſed replicationem exceptionis, quæ vis pactorū eſt, ut exceptiones & replicationes pariant, *l. Juriſgent. 7. in pr. & §. Sed cum nulla, ff. de pactis. l. In bonæ fidei. 13. C. d. t. l. pacta conventa. 72. ff. de contrahen. empt. & vend.* hac verò conventione actori adquiri debuit actio, qua compellere poſſet Reum coram prorogatæ juriſdictionis iudice litem ſuſcipere, atqui conventio illa, cum pactio eſt, non parit actionē, ut ſuprà docui, tum etiam quia pactum, de quo in *d. l. pen. C. de pact. & d. l. Si quis. 81. C. de Epiſc. & Cler.* pertinet ad liberandum actorē à neceſſitate conveniendi Reū corā iudice ipſius privilegiario. Sed in *d. l. Si convenerit. 18. ff. de jurisdict.* agit JCtus. Afric. de con-

de conventione, quæ ſpectat ad obligandum reum, ut coram iudice incompetente compareat. Iura autem noſtra proniora ſunt ad liberandum, quàm ad obligandum aliquem, *l. Arrianus. 48. ff. de oblig.* tum poſtremò quia in locis pro Coraſii opinione citatis proponitur pactum, quo reus fori privilegio renuntiat, cuiuſmodi renuntiationem leges haud difficulter admittunt ad amiſſionem privilegii *c. pro illorum. extr. de præbend. & dignitat. c. cùm acceſſiſſent*, ibi, *contravenerint*, ubi Innoc. *n. 8. & c. ſeq. extr. de conſtit. & can. privilegium. 11. quæſt. 3.*

89 Quando autem à litigatoribus cenſeatur aditus iudex incompetens controverſum eſt inter iuris noſtri interpretes, quorum alii deſiderant litis conteſtationem, ut iudex dicatur aditus Azo *in l. 1. in verb. conſentientibus, C. de juriſdict.* Accurſ. *in d. l. Si convenerit. 18.* & ibi Fulgoſ. *num. 6.* & Zaſ. *num 3. ff. dict. tit.* Cuiac. *Tractat. ad African. 7. in explicat. dict. l. Si convenerit. 18. ff. eodem tit.* Alii verò per quemlibet actum in iudicio à litigatoribus geſtum, etiam ante litis conteſtationem ſufficere aiunt ad hoc, ut iudex ille aditus cenſeatur, putà per libelli oblationem, ut & ſatisdationem. Ita ſentit Irnerius *in gloſſ. l. 1. Cod. de juriſdict.* Guilhelm. de Cuneo *in d. l. Si convenerit. 18. & in l. Si per errorem. 15. ff. de juriſdict.* & ibidem Riminald. *num. 11.* & Coraſ. *num. 4.* tum

etiam

etiam ſibi contrarius Cuiac. *in d.l. Si convenerit.18.ff.d.t.* & Vulteius *in d.l.1.num.154. C. de juriſdict.*

Alii autem diſtinguunt inter revocabilem & irrevocabilem iuriſdictionis prorogationem, illam dici factam antè litis conteſtationem quovis alio actu, hanc verò poſt litis conteſtationem, Bald. *in d.l.1.n.4* & ibid. Sichard. *n.6.& 7.C.de juriſd.* Sed hæc opinio eadem eſt cum prima, cum eò pertineat noſtra hæc quæſtio, quando litigantium aliquis poſſit aut non poſſit compelli, ut litiget coram judice, cuius prorogata eſt iuriſdictio.

Ego autem diſtinguendum reor inter prorogationem, quæ fit expreſſo partium conſenſu, & eam, quæ tacito ipſorum fit conſenſu. In illa aditionem ſufficere puto eam, quæ fit per libelli oblationem, vel ſatiſdationem, cum Africanus JCtus ſimpliciter deſideret iudicis aditionem, non ſpecialiter & nominatim litis conteſtationem. Cæterùm in tacita iuriſdictionis prorogatione litis conteſtationem, ut aditio iudicis facta dicatur, neceſſariam iudico, ſiquidem, ut antea expoſui, prorogatio hic fieri dicatur, non niſi per litis conteſtationem.

Accidentalis modus prorogandi iuriſdi- 40
ctionem eſt ille, quo iuriſdictio incompetentis iudicis prorogatur ratione vel perſonarum, vel cauſarum, vel loci, vel temporis:

quibus modis iuriſdictionis prorogatio fieri poteſt. Maranta *de ordine judicior. part. 4. diſtinct. 10. num. 3.* Zaſ. *in d. l. Si per errorem. 15. num. 1. 2. 3. & 4. ff. de jurisdict.* Sichard. *in dict. l. 1. nu 9. 10 11. & 12. C. d. t.* Joannes Emericus à Rosbach, *in proceſſu judiciario, tit. 2. de jurisdict. num. 37.*

41 A perſona ad perſonam quælibet iuriſdictio ordinaria regulariter prorogari & extendi poteſt, per textum in *l. 2. & l. 1. ff. de judic. & l. 1. C de jurisdict c. Significâſti. ext. de foro compet.* & docet Marant. *d. diſt. 12. n. 3.* Vant. *Tract. de nullitate proceſſuum & ſentent. tit. ult. nu. 78.* & Ludolph. Schrader. *Tractat. feud. part. 10. ſect. 3. n. 132.*

Prorogatio autem de perſona ad perſonam fieri dicitur, cùm unus judex pro alio aſſumitur, Vant. *d. Tit. ult. num. 78.* Marant. *dict. diſtinct 12. num. 3.* vel, quod ferè idem eſt, cùm jurisdictio, quæ in ſubditos competit, ad non ſubditos prorogatur, Sichard. *in d. l. 1 n. 11. C. de jurisd.* ut quando ſe pagani litigatores judici militari ſe ſubiiciunt, vel in cauſa privata ſubiiciunt ſe Procuratori Cæſaris *d. l. 1. C. d. t.* aut perſonæ Eccleſiaſticæ conſentiunt in juriſdictionem magiſtratus politici, *l. pen. C de pact.* Donell. *lib. 17. Comment. c. 10. verſ. Ut illud non intereſt*, id quod tamen jure Canonico fieri non poteſt, *c. Si diligenti. 12. & c. Significâſti. 18. extr. de foro compet.*

De cauſa

De cauſa ad cauſam, ſive de re ad rem prorogatio iuriſdictionis dicitur fieri, quando judicis iuriſdictio, quæ ad certas pertinet cauſas, prorogatur & extenditur ad alias cauſas: ut cùm iuriſdictio cauſæ centum ſolidorum, vel alterius certæ ſummæ, de qua in *leg. Si idem 11. in princip. & leg. penultim. §. ultim. ff. de juriſdict.* prorogatur ad cauſam maioris quantitatis. *leg. De qua re. 74. §. 1. Digeſt. de juriſdict.* Baldus *in leg. Qui ex conſenſu, Codic. de Epiſcop. audien.* Marant. *dicta diſtinction. 12. nummer. 3. verſicul. Exemplum de ſecunda prorogatione.* 42

In hac autem prorogatione diſpiciendum, an cauſæ eiuſdem ſint vel diverſæ qualitatis & formæ. Eiuſdem qualitatis & formæ dicuntur eſſe, quæ ſub eadem iuriſdictionis ſpecie comprehenduntur; puta cauſæ civiles ſub iuriſdictione civili, cauſæ criminales ſub criminali iuriſdictione, & cauſæ Eccleſiaſticæ, ſub juriſdictione Eccleſiaſtica. Diverſæ qualitatis & formæ inter ſe ſunt cauſa civilis & criminalis, cauſa politica & Eccleſiaſtica. 43

In cauſis civilibus primi generis prorogatio iuriſdictionis licitè fieri poteſt, ſi univerſalis ſit iuriſdictio quæ prorogatur, qualem juriſdictionem Prætor Urbanus habuit, *l. 2. §. Cumq; Conſules. 27. ff. de orig. jur.* Item Proconſul, & Præſides Provinciarum, *l. Si in aliam 7.* 44

§ *ultim. ff. de officio Proconſul.* & *l. 4. ff. de offic. Præſid.* per textum generalem *in dict. l. 1. C. de juriſdict. dict. l. Si convenerit. 18. ff. d. t.* & *d. l. 1. ff. de judic.*

Quod verò ad criminales attinet cauſas, ſi earũ nomine univerſalem quis habeat iuriſdictionem, ſed ad certos uſque limites, qualem habuit iuriſdictionem Præfectus urbi *l. 1. ff. de offic. Præfecti urbi*, alios etiam, qui extra eos ſunt terminos, ipſius quoque iuriſdictioni ſubiicere ſe poſſe in criminali cauſa omninò videtur, qua tamen prorogatione ordinario iudici nullum præiudicium creatur, Maranta *d. part. 4. diſtin. 12. n. 8.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 12 n. 15.*

Quod ſi iuriſdictio civilis ſit particularis, ut ſi ad cauſas pupillares, vel fidei commiſſarias, vel fiſcales tantùm pertineat, prorogari ea poteſt ſimiliter etiam ad alias cauſas civiles *d. l. 1. C. de juriſdict.* Caſtrenſ. *in l. teſtamenta omnia. 18 num. 2. C. de teſtament.* Cuiac. *Tractat. ad African. 7. in explicat. dict. l. Si convenerit. 18. ff. de juriſdict.* & Donell. *lib. 17. Comment. jur. civil. c. 10.* § *Non caret tamen definitio, verſ. Secundum plus habet difficultatis, pagin. 47.* Gothofredus *in l. 2. ff. de judic.* & Vulteius *in l. 1. num. 17. C. de juriſdict.* Cùm enim hic iuriſdictionis qualitas ratione generis cauſarum ſcilicet civilium, non mutetur, ſed tantùm iurisdictio cauſæ unius ad alias ſimiles

cauſas

cauſas civiles extendatur, licitè fieri prorogatio poteſt, *dict. l. 1. C. dict. tit.* Si tamen perſonæ prorogantes non ſint eidem iudici ſubiectæ; prorogatio invalida eſt, in cauſa ſpecie diverſa, licet genere ſit eadem cum cauſis, quæ ad iudicis illius juriſdictionem pertinent, *argum. c. Si duobus. §. Deniq; extr. de appellat*, & cenſet Zaſ. *in l. Si per errorem 15. num. 7. ff. de jurisdict.* & Vulteius *in l. 1. num. 109. & 111. C. dict. tit.* Hinc iuriſdictio Domini feudi non prorogatur ad cauſas allodiales, Schraderus *Tractat. feudal. part. 10. sect. 3. num. 142.* ubi in hanc ſententiam & text. & Doctorum authoritates citat.

Criminalis ſi fuerit iuriſdictio particularis, ut ſi pertineat ſolùm ad latrocinia, licèt ex Dd. ſententia uſu receptâ, & hanc iuriſdictionem prorogare poſſint litigatores, diſtinguendum eſt tamen & hic inter prorogationem à ſubditis factam, & eam, quæ fit à peregrinis, qui eidem iudici non ſunt ſubiecti; illam rectè fieri puto in aliis etiam criminibus, putà crimine furti, adulterii, &c. hanc verò non item, cùm juriſdictio hæc tam perſonæ, quàm cauſarum ſpecie diverſarum ratione planè ſit incompetens, atq; ita ſentire videntur Cyn. & alii in *d. l. 1. C. de jurisdict.*

Quod ſi cauſæ qualitate & formâ ſint diverſæ, locus non eſt prorogationi. Nam in cauſa civili iuriſdictio criminalis prorogari 45

non poteſt, neque in cauſa criminali poteſt prorogari iuriſdictio civilis, *l. Solemus. 61. §. ult. ff. de judic.* Caſtr. *in d. l. Teſtamenta omnia. n. 2. C. de teſtam.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace public. c. 12. num. 11.*

In cauſa item Eccleſiaſtica ad fidei doctrinam pertinente ceſſat prorogatio iuriſdictionis magiſtratus politici, ut rectè ſentit Donell. *d. lib. 17. Comment. jur. civil. c. 10. pag. 46. lin. 21. & ſeq.*

46 Ratione loci fit prorogatio iuriſdictionis, ſi convenerit inter litigatores, ut iudex alio, quàm conſueto loco de cauſa cognoſceret. Hæc autem prorogatio valet; ſi locus ille alius in eiuſdem ſit iudicis territorio: non etiam ſi extra eius territorium de alio convenerit loco, Marant. *dict. part. 4. diſt. 12. nu. 3.* Coſtal. *in l. 2. ff. de judic.* & communiter alii Dd, quos refert & ſequitur Schrader. *Tractat. feud. part. 10. ſect. 3. num. 125. & ſeq.* & quidem rectè *per text. in l. ult. ff. de jurisd. Clement. 1. Tit. de foro competent. & d. c. ut litigantes, Tit. de officio ordin. in 6.* Quò facit quod Judex extra locum territorii ſui privatus eſt *l. ult. ff. de offic. Præfecti urbi, & l. 3. ff. de offic. Præſid.* proindeque cùm extra ſuum territorium iuriſdictionem habere non videatur, nec iuriſdictio eius prorogari poteſt ad aliud territorium, per *text. in l. 3. C. de juriſdict.* cùm id, quod non eſt, prorogari nequeat.

Valet

Valet ergò prorogatio iurisdictionis, ſi convenerit inter partes litigantes iurisdictioni Tubingenſi ſubiectis, ut iudex Tubingenſis ius inter ipſas partes dicat nõ hic Tubingæ, ſed Derendingæ, vel Luſtnavii, quo exemplo utitur Sichard. *in dict. l. 1. num. 12. C. de jurisdict.* vel (quod exemplum commodius eſt) ut Judex Norinbergenſis ius inter litigatores dicat Altorfii, cùm civitas hæc ſubiecta ſit Norinbergæ. Non autem valet prororogatio, quâ agitur, ut iudex Tubingenſis de cauſa litigatorum cognoſcat, & ius dicat Reutlingæ, aut Eſslingæ, niſi loci illius iudex conſentiat in hanc prorogationem, *per textum in dict. l. ultim. ff. de jurisdict. & d. Clement. 1. Tit. de foro competent. & d. c. ut litigantes, Tit. de offic. ord. in 6.*

Denique iuriſdictionis prorogationem de tempore ad tempus fieri DD. volunt, cum iudici, qui intra tempus annale cauſam cognoſcere debeat, conſenſu litigatorum permittitur, ut intra biennium vel triennium de cauſa cognoſcat, & ſententiam dicat, Marant. *dict. part. 4. diſt. 12. nu. 3. verſ. Exemplum de tertio.* Ludolph. Schrad. poſt multos alios, quos citat *d. part. 10. sect. 3. num. 108. & ſeq.* Vult. *in dict. l. 1. num. 82. C. de jurisdict.* Atq; hanc ſententiam certò probari putant *per text. in d. l. 2. §. Sed & judex. 2. ff. de jud.* cùm tamen ex hoc loco prorogatio iuriſdictionis neutiquã doceri poſſit, 47

ut qui agit tantum de iudice dato, qui eſt pedaneus, ſive ſpecialis iudex, *l. à Divo. 15. in pr. ff. de re jud. l. 1. in pr. & l. ult. ff. Quis à quo appelletur*, cui iudici nulla eſt iuriſdictio, *l. ait Prætor. 5. in princ. ff. de re jud.* ut proinde haud rectè dicatur, eius prorogari iuriſdictionem. Quod ſi igitur in hoc iudice prorogatio temporis, intra quod litem dirimere debuit, non eſt iuriſdictionis prorogatio, neq; etiam dicitur iuriſdictio prorogari, quando tempus dirimendæ litis prorogatur in iudice iuriſdictionem habente.

48 Eſt & illud hic monendum, quod ipſa iuriſdictionis prorogatio fieri debeat ſub eadem naturâ, formâ & qualitate, cuius eſt iuriſdictio ordinaria, ut Doctores communiter ſentiunt, quos refert & ſequitur Schrader. *Tract. feud. part. 10. ſect. 3. num. 114. & 115.* ubi ex Decio hoc declarat de his, quæ iuriſdictionis ſubſtantiam concernunt, ſi ergò delegata ſit iuriſdictio, quæ prorogata eſt, eaque revocata per delegantem, revocata erit & prorogatio. Unde ſicut tùm delegans de cauſa delegatâ per ſe cognoſcere incipit, *l. Judicium ſolvitur. 15. ff. de judic.* ita quoque de ea cauſa, propter quam iuriſdictio prorogata fuit, cognoſcere debet, cùm prorogatio reſpectu delegantis facta fuerit, *l. penult. ff. Si quis caut. jud. ſiſt. cauſa fact.* & docet poſt Cyn. Sichard, *in d. l. 1. num. ult. C. de juriſdict.* Similiter ſi ea ſit natu-

ſit natura iuriſdictionis competentis, ut in cauſis, quæ ad eam pertinent, appellari non poſſit, appellatio quoque à prorogatæ iuriſdictionis inſtantiâ fieri non poteſt, *per text. & gloßam in leg. Epiſcopale: 8. Codic. de Epiſcopali audien.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quod licèt 49
prorogationes iuriſdictionum licitè fieri poſſint, earum tamẽ ius hodiè aliquatenus coangustatum ſit. Cùm enim hoc ſeculo iuriſdictiones cœperint eſſe patrimoniales aut feudales, *arg. Tit. 1. §. Et quia vidimus tit. 13. & tit. ſeq. lib. 1. feud.* & ſcribit Ferrarius Montanus, *Tractat. feudor. c. 1. verſ. Vtiq; ad inſtitutum.* Lancellot. *in Templ. omnium judic. libr. 1. c. 1. §. 4. §. Feuda non revocat, num. 7. & ſeq.* ſolent hodiè ordinarii magiſtratus ac iudices, non ſolum ſubditis ſuis ad iudicium alienum citatis inhibere ne compareant, Burſat. *conſ. 397. in præſenti, num. 19.* Cacheran. *conſil. 78. nu. 12.* Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 123. n. 5.* Marcell. Cale, *de modo artic. & proband. in princ. n. 77.* Lancellot. *de attentat. part. 2. c. 20. nu 9.* Sed etiam cauſas eorundem ad ſe avocare Bart. *in l. 1. §. Et poſt operis, num. 8. ff. de oper. novi nuntiat.* Cottal. *in l. 1. ff. de jud.* Marant. *d. diſt. 12. n. 19. & 20.* Duar. *ad tit. de jud. c. 8.* Vult. *in d. l. 1. n. 169. & ſeqq. C. de jurisd.*

Cæſarea quoque maieſtas ſtatibus imperii, 50
putà Principibus, Comitibus, & quibuſdam

 Nobili-

Dominus Vulteius *d l.1.num.172.& ſeqq.C. de juriſd.* avocationem diſtinguit in propriam & impropriam, illam appellat, qua ſuperior putà Princeps, Comes, vel Nobilis ab inferiore iudice aliâs competente, ſui territorii litigatores & cauſam eorum avocat vel ad ſuum tribunal, vel ad alium à ſe delegatum iudicem. Impropriam † vocat avocationem, qua par à 52 pari, vel inferior à ſuperiori iudice cauſam avocat, ut cùm Illuſtriſs. Princeps noſter ſubditos ſuos, & cauſam eorum à iudicio Rotvveilenſi avocat. Atque hanc diſtinctionem quoad rem, partes ſive ſpecies ipſas probo, non etiam quo ad ſpecierum appellationes, cùm non minus hæc, quàm illa ſit propria avocatio.

Quæritur autem, poſſitne Imper. cauſas à 53 Camera Imperii ad aulam ſuam Cæſaream avocare? Et quod non poſſit cautum eſt *in ordinat. Camerali, part. 2. Tit. 35.* & docet Andreas Gail. *lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 41. num. 3. & ſeqq.* ubi rationes adducit.

Caput

Caput VIII.

Quibus modis Iuriſdictio adquiratur.

SUMMARIA.

1 Iuriſdictio adquiritur ſpeciali conceſſione, vel iure magiſtratus, vel præſcriptione.

2 Speciali conceſſione acquiri iuriſdictio dicitur, cum ea vel populi lege ſive iuſſu, vel SCto, vel Principis placito alicui tribuitur.

3 Vtrum Princeps criminalem iuriſdictionem alicui tribuendo, ſaltem exercitionem meri imperii transferre intelligatur, an verò ipſum quoque merum imperium.

4 Dicterium, *Lotharius dixit iniquum, & obtinuit equum: ſed Azo aequum dixit, ſed perdidit equum*, unde natum.

5 Intellectus ad L. 1. prin verſ. & ideo videntur ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.

6 Hodie cum quilibet inferior Princeps magiſtratus ſit perpetuus, iuriſdictionem ſuam ut ſpecialem, ſic & merum imperium in feudum concedere poteſt.

7 Vtrum Princeps quiſpiam, concedendo alicui in caſtro quodam ſimpliciter iuriſdictionem in feudū, ſaltem ordinariam iuriſdictionem, an verò cum hac etiam merum & quodlibet mixtum imperium concedere intelligatur.

8 Merum imperium hodie Principibus jure magiſtratus competit.

9 Sententia, quâ dicitur Principum beneficia latè interpretanda eſſe, in conceſſione juriſdictionis ſimpliciter facta, reſtrictionem admittit.

10 Pactum omne etiam oneroſum ſui interpretationem recipit contra eum, qui in ſuum commodum illud apponit, nec apertius explicat.

11 An conceſſione caſtri ſive pagi alicuius in feudum, cum omni ſive omnimodâ juriſdictione à Principe facta, contineatur etiam imperium merum.

12 Vox *omnis* prædicatur non de pluribus ſpecie differentibus, ſed de pluribus differentibus numero.

13 Inde-

12 Indefinitum æquipollet univerſali.
14 Princeps cōcedendo caſtrum aliquod in feudum cum pleniſſimâ juriſdictione etiam merum imperium cum omni aliâ juriſdictione, concedere videtur.
15 An conceſſione caſtri ſive pagi alicuius in feudum à Principe factâ, ſine ulla mentione juriſdictionis, nihilominus juriſdictio tribui videatur.
16 Iuriſdictio non prædii, ſed perſonæ adiunctum eſt.
17 Territorium eſt juriſdictionis ſubiectum occupans, at ſubiectum in quo juriſdictio inhæret, eſt perſona, maximè magiſtratus.
18 In dubio id potius præſumendum, quod natura rei, de quâ agitur jure communi requirit, quàm quod qualitas accidentalis jure ſpeciali ſuadet.
19 Iuriſdictio & caſtrum ſunt ſeparata.
20 Poſito uno ſeparatorum aliud non ſimiliter ponitur, ſed potiùs diverſum in alio ſtatuitur.
21 An juriſdictio conceſſa videatur, ſi nominatim in feudum conceſſum ſit territorium nulla factâ mentione juriſdictionis
22 Principe quodam concedente in feudum alicui adminiſtrationem & gubernationem cuiuſdam civitatis, caſtri aut pagi, omnem juriſdictionem, mixtum & merum imperium concedere videtur. Idem quando Imperator provinciam quandam, putà Ducatum, Marchionatum aut Baroniam alicui gubernandam in feudum concedit n. 23.
24 Princeps quiſpiam in feudum alicui concedens caſtrū aliquod vel pagum cum pertinentiis ſuis, juriſdictionem & merum, mixtumq; imperium conceſſiſſe videtur. Idem ſi conceſſio facta ſit cum alta & baſſa juriſdictione n. 25.
26 An conceſſo in feudum caſtro cum juriſdictione & mero mixtoq; imperio, jura quoq; regalia videantur data.
27 Ius confiſcandi pœnas pecuniarias & multas eſt regale.
28 An juriſdictio, quam pretio aut gratiâ vaſallus acquiſivit in caſtro ſuo feudali, in quo antea non habuit juriſdictionem, fiat feudalis.
29 Vnitorum eadem eſt ratio.
30 Iuriſdictio ſervituti comparatur, & de ea utilis actio confeſſoria & negatoria competit. & n. 31.
32 An juriſdictio in oppido, caſtro vel pago aliquo conceſſa, extendatur etiam ad incolas novos & augmentum

mentum, quod poſtmodum ipſi Vniverſitati acceſſit.

33 Additamenti jus idem eſt, quod rei principalis, cui acceſſit.

34 Vtrum Princeps concedendo juriſdictionem cenſeatur cumulativè eam concedere, an verò privativè. Et quid ſit juriſdictionem concedere cumulativè, quid item privativè ibid.

35 Si alicui ſpecialiter concedatur juriſdictio, de certis cauſis, putà de cauſis inſinuationum, tunc ille ſolus non etiam alter eiuſdem loci magiſtratus de cauſis iis cognitionem habet. Idem dicendum de eo, cui per dictionem taxativam juriſdictio certæ cauſæ conceſſa eſt n 36.

37 Dictio taxativa *ſolus* vim excludendi, aſtringendi & limitandi habet.

38 Qualem juriſdictionem habuerit olim Prætor peregrinus.

39 Proconſul in ſuà provincia habuit poteſtatem maiorem omnibus poſt Principem.

40 Quando magiſter militum in cauſâ militis judex ſit.

41 Cauſa funeris publica eſt.

42 Si duobus aut tribus juriſdictio conceſſa ſit, utrum ſingulis in ſolidum eius exercitium competat, an verò pro partibus indiviſis, ita ut omnes ſimul & coniunctim explicare & expedire eam debeant.

43 Iuriſdictio utrum individua ſit, an verò dividua.

44 In iuriſdictione præventioni locus eſt, ſi tamen plures, vel etiam omnes ſimul de cauſa cognoſcere cœperint, nemini eorum abſq; cæteris in eâ cauſâ procedere licet. & n 45.

46 Si duobus aut pluribus concedatur juriſdictio non ut ſingulis, ſed ut univerſis, tunc omnes ſimul eam expedire jubentur.

47 Omnes explicare juriſdictionem cenſentur & tunc, quando maior pars adeſt, niſi ſtatutum vel conſuetudo juriſdictionem concedens, omnes judicare concorditer jubeat.

48 Iuriſdictio quomodo ratione commodi dividua ſit.

49 Cùm juriſdictio ſuâ naturâ, ut res incorporalis individua ſit, quæritur an partes ſaltem recipiat indiviſas, ut plures juriſdictionis Domini dici poſſint partes habere juriſdictionis, ſed eas pro indiviſis?

50 Secundus modus acquirendæ juriſdictionis eſt jus magiſtratus.

51 Iure

51 Iure magiſtratus competit juriſdictio tantùm civilis jure ſcripto: hodie tamen de conſuetudine etiam juriſdictio criminalis.
52 Magiſtratus definitio.
53 An Imperator etiam magiſtratus appellatione contineatur.
54 Imperatorem etiam iuriſdictionem habere.
55 Sub Imperatore magiſtratus alii Palatini ſunt, alii publici: Publici magiſtratus iure Iuſtinianeo alii Vrbani ſunt, alii provinciales, alii municipales.
56 Magiſtratus urbani, inter quos primum locum obtinent Senatores, qui vel ſimpliciter patres, vel patres conſcripti appellabantur.
57 Iuriſdictio Conſulum.
58 Iuriſdictio Præfecti urbi.
59 Quæſtorum varia genera.
60 Quibus hodie æquiparentur Cancellarii.
61 Prætoris Vrbani, Peregrini & Fideicommiſſarii iuriſdicendi poteſtas.
62 An Prætor etiam habuerit imperium merum.
63 Intellectus ad l. Si quis iniuriam. 35. ff. de iniur.
64 L. 1. in princ. verſ. Et ſi à familia. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict.
65 L. Libellorum, 3. in princ. ff. de Accuſat.
66 L. 2. §. Capta. 32. verſ. Deinde Cornelius Sylla. ff. de Origin. iur.
67 Iuriſdictio magiſtratus provincialis, putà Proconſularis, Legati Proconſulis & Præſidis.
68 Magiſtratus municipalis.
69 Imperio in Germaniam tranſlato nomina imperii Romani unà cum officiis frequentari deſierunt. Et cuius auxilio id factum ſit.
70 Vt olim Senatores, ita hodie ſtatus imperii: & ut olim ordo dignitatum, ita hodie eſt ordo vaſallorũ.
71 Magiſtratus alius eſt univerſalis, alius particularis: magiſtratus particularis vel Eccleſiaſticus, vel Politicus.
72 Magiſtratus Eccleſiaſtici.
73 Ad Archiepiſcopos & Epiſcopos non tantum iuriſdictio, ſed etiam iura electoralia pertinent.
74 Magiſtratibus Eccleſiaſticis decedentibus reſignatio fit ipſi capitulo.
75 Magiſtratus politici.
76 Electores eligendi Imperat. Romanum, eundemque iuſtis ex cauſis degradandi poteſtatem habent.

77 Quo-

77 Quomodo decedentib. politicis magiſtratibus, Principibus, Comitibus, dignitas & jura ipſorum ad filios tranſmittantur.

78 Si Electoris filius primogenitus minor ſit 18. annis, tunc eius loco adminiſtrationem officii & dignitatis Electoralis patruo ipſius deferri, & utrum idem de provinciæ adminiſtratione, an verò quoad hæreditatariam provinciam, primogenito, impuberi teſtamento tutores alii conſtitui poſſint à parente

79 Etſi feuda regalia ex Frider. Imperatoris legislatione ad primogenitum tranſeant filium, moribus tamen Germaniæ non uſq; quaq; illud obſervatur.

80 An Principes Imperii, Duces, Marchiones, itemque Comites, perpetuam & pleniſſimam juriſdictionem habentes, ſupervenientia Imperatoris juriſdictionem ſuam retineant impeditam, vel in ea explicanda Imperatori tanquam ſuperiori cedere cogantur.

81 Civitates Imperiales immediatè ſolùm Imperatorem recognoſcentes ſuperiorem, ex communi Dd ſententia in ſuo diſtrictu & territorio, Principis jura habent, & vicem Principis obtinent

82 Civitates Imperiales in duplici ſunt differentia, aliæ dicuntur liberæ Imperii civitates Freye Reichsſtätte / aliæ ſimpliciter appellantur Reichsſtätt.

83 Statuum imperii ordines tres, Primus eſt Electorum & Principum imperii reliquorum; ſecundus Prælatorum, Comitum, Baronum & Nobilium immediatè imperio ſubiectorum; tertius civitatum imperialium.

84 Magiſtratuum veterum in Romano Imperio tituli dignitatum magna ex parte in uſu remanſerunt.

85 Præter Imperiales Civitates etiam aliæ ſunt civitates Principibus, Comitibus, Nobilibus aut Civitatibus Imperialibus ſubiectæ vel certis tantum pactis & conditionibus non per omnia, vel in totum & per omnia, quæ inſtar municipiorum obtinent.

86 Quibus Decuriones municipiorum hodiè comparari poſſint.

87 Burgimagiſtri adſimilantur Duumviris municipiorum.

88 Defenſoribus ſive Tribunis plebis, qui hodiè æquiparentur.

89 An ut olim magiſtratus municipiorum merum imperium

perium non habebant, ita n:c hodie id co npetat magiſtratibus provincialium civitatum.

90 Civitates Ducatus VVirtembergici habent merum quoque imperium ex ſpeciali conceſſione.

91 Vt magiſtratus municipales mixtum imperium non cohærens iuriſdictioni habebant, ita etiam idem magiſtratibus civitatum provincialium competit.

92 Iuriſdictionem ſimplicem in certis tantum cauſis habuerunt magiſtratus municipales, ſed hodie civitates provinciales plerunq; in ſingulis cauſis civilibus, civilem habent iuriſdictionem, proindeque & mixtum imperium, quod cohæret iuriſdictioni.

93 Magiſtratus civitatum provincialium ad ſuſtinenda Vniverſitatis ſuæ onera indicere poſſunt collectas, gabellas, & datias imponere, Schoß / Stewer / Vngelt / ut & pecuniā forenſem exigere, Marckgelt / Standtgelt / item habere poſſunt communem arcam & proventus proprios.

94 Nihil in præiudicium Principis, aliusve Domini ſui moliri poſſunt civitates provinciales.

95 Caſtra qualem iuriſdictionem habeant.

96 Collegia artificum in civitatibus etiam ſimplicem iuriſdictionem habent, ſed ſolum ipſorum negociationes concernentem.

97 An liberum ſit civitati alicui ſubiectæ Principi, Comiti, Baroni, ſubmittere ſe protectioni ſaltem alterius Principis.

98 An Princeps, Comes, Baro, Nobilis, civitatem, caſtrum, pagum aut vicum aliquem invitis ipſis ſubditis, aliquo alienationis titulo in alium Dominium transferre poſſit, remiſſivè.

99 Tertius modus acquirendæ iuriſdictionis eſt præſcriptio, quæ ſi ſine titulo contra Principem fiat tempus deſideratur immemoriale: ſi cum titulo tempus requiritur 40. annorum. n. 101.

100 Tempus immemoriale quod.

102 Si iuriſdictio præſcribatur contra inferiorem Principe, longi temporis ſpacium ſufficit, quod iuribus incorporalibus præſtitutum eſt, modo adſit ſcientia & patientia eius, contra quem fit præſcriptio, ſi præſcribens non munitus ſit titulo. n. 104.

103 Iuriſdictionis, meri & mixti imperii quaſi poſſeſſio ex communi Interpretum opinione habet cauſam continuam.

105 An etiam merum imperium præſcribi poſſit.

106 Specialis conceſſio iuris alicuius & temporis immemorialis præſcriptio in adquirendis rebus viſm habent ean..em.
107 Ad iuriſdictionis poſſeſſionem unicū actum ſufficere.
108 Non intelligitur plus præſcriptum, quam invenitur poſſeſſum.
109 An iuriſdictio præſcriptione acquiſita cumulativè aut privativè comparata cenſeatur remiſſivè.

1 ADquiritur juriſdictio vel ſpeciali conceſſione, vel jure magiſtratus, vel præſcriptione.

2 Speciali conceſſione adquiri juriſdictio dicitur cū ea vel populi lege ſive juſſu, vel SCto, vel Principis placito alicui tribuitur, *l.1. in pr. ff. de offic. eius cui mand. eſt jurisd. l. Cùm Prætor. 12 §.1. ff. de jud. l. Muto. 6. §. tutoris datio, ff. de tutel.* Sic olim cùm imperiū & ſumma poteſtas penes populū eſſet, juſſu ac lege populi juriſdictio criminalis concedebatur conſulib. Roman. *l. 2. §. Exactis. 16. & §. Et quia, ff. de orig. jur.* Poſt verò illhac poteſtate in Senatum translata, cœpit Senatus juriſdictionem tribuere. Demum etiam omni Imperio & poteſtate Principi conceſſa, juriſdictionem impertiri potuit ipſe Princeps. *d. l. 1. in pr. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisd d. l Muto. 6. §. tutoris dat ff. de tut.*

Quæ autem juriſdictio non niſi ſpecialiter concedebatur primitus vel lege, vel SCto, vel Principis placito, expoſitū eſt ſupra *c. 3. in tertia diſtinct. jurisdictionis, & c. 6.* Huius quoque generis eſt juriſdictio criminalis, ſive merum imperium *d. l. 1. in pr. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisdictio.* Sed

Sed quæſtionis eſt controverſæ, ſi Princeps 3
tribuit alicui criminalẽ iuriſdictionem, num ſaltem exercitionem meri imperii transferre intelligatur, an verò ipſum quoq; merum Imperium? Prius cenſuit Lothar. poſterius Azo, ille ſolum Principem merũ imperium, cęteros verò magiſtratus tantum huius Imperii exercitium habere exiſtimabat, hic autem alios etiam magiſtratus hoc imperium obtinere aſſerebat. Azonis ſententiâ reiectâ Imp. Henricus Lutzelburgenſis, probabat Lotharii opinionem, pro qua ei equum ex ſponſione depoſitum aſſignabat.

Quia verò Azonis ſententia vera eſt, & cõ- 4
muniter approbata, natum inde eſt dicterium illud: *Lothar. dixit iniquum, & obtinuit equum: Sed Azo æquum dixit, ſed perdidit equum.* Veritas autem ſententiæ Azonis patet *ex textu. l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas, ff. de offic. Præſidis*, ubi diſertè traditur, quod Provinciarum Præſides jus gladii habeant, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa ſit. Confert eodem text. in *l. Sed quid erit. 11. ff. de offic. Proconſ.* ubi Procõſul animadvertendi, coercendi, & atrociter verberandi jus habere dicitur. Accedit quoq; text. *in l. Et ideò, ff. d. t. & l. 4. ff. de offic. Præſidis.* ubi Proconſul & Præſes maius imperium in Provincia habere dicuntur poſt Principem.

Lotharii opinionem, quæ etiã Alciato arri- 5
det *lib. 2. Paradox c. 6.* nihil juuat text. *in d. l. 1.*

in princ. verſ. Et ideò videntur, ff. de offic. eius, cui mandata eſt juriſdictio. Hoc etenim loco exercitio publici judicii non ſignificat nudum exercitium eius judicii ab ipſo jure ſejunctum, ſed denotat ipſam iuriſdictionem criminalem, ut ſequentia arguunt verba hæc: *juriſdictionem ſuam mandant:* Juriſdictio autem illa criminalis, etſi Dominus Obrechtus aliter ſentiat *Tractat. de juriſdict. c. 4. num. 9.* nihil eſt aliud, quàm merum imperium, ut docui *ſupra c. 2.*

6 Poteſt autem hodie non ſolum Imperator, ſed & alius quilibet inferior Princeps iuriſdictionem ſuam ut ſpecialem, ſic & merum imperium in feudum concedere Matth. Coler. *Tractat. de proceſſ. executiv part. 2. cap. 1. num. 112.* Eſt enim quilibet Princeps magiſtratus perpetuus, & perpetuas dignitates ac dominia pro ſe & heredibus ſuis ab imperatore in ſubditos ſuos accepit Gozadin. *conſil. 50. num. 9. & ſeqq.* Weſenbec. *conſil. 27. num. 28. lib. 1.* Unde omnia poteſt in ſuis Provinciis, quoad ſubditos ſuos, quæ poteſt Imperator in imperio univerſo, Bart. *in l. 1 §. De qua re, ff. de poſtuland. & in l. Infamem, ff. de publ. judic.* Weſenbec. *d. conſil. 27. num. 28. lib. 1.* Ant. Peregrin. *lib. 1. de jure fiſci, c. 2. num. 45.* Petr. Heigius *libr. 1. quæſtionum, quæſtion. 40. num. 22. & 23.*

7 Vocatur autem in quæſtionem, ſi Princeps quiſpiam

quiſpiam in quodam caſtro ſimpliciter alicui juriſdictionem in feudum concedat, ut ſi noſtro germanico ſtylo dicat: Wir belehnen dich mit den Gerichten deß Fleckens N. num juriſdictionem, ſaltem ordinariam, quam ſimplicem & baſſam vocant, aut cum hac etjam merum, & quodlibet mixtum imperium concedere intelligatur?

In hac quæſtione DD. noſtri mirificè variant, ut oſtendit Menoch. *de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. n. 15. & ſeqq.* & Fachinæus *lib. 7. Controverſiar. jur. c. 69.* Plerique tamen hac conceſſione merum & mixtum imperium tribui concludunt, Laurent. Kirchov. *lib. 5. communium concluſ. 58.* Graff. *libr. 2. communium opin. c. 7. de jurisdict. quæſt. 1.* Covar. *libr. practic. quæſtion. c. 1. num. 10.* Weſenbec. *conſil. 95. num. 18. & ſeqq.* Fachinæus *dict. c. 69.* & plures alii, quos refert Vulteius *lib. 1. de feud. c. 5. num 5. pag. 86.* Atque hæc opinio his nititur rationibus, quòd Princeps, quando indefinitè quid concedit, ius omne concedere videatur, Dec. *conſil. 292. Pro tenui, num. 4. cum ibi allegatis*, quod item beneficium Principis latiſſimè ſit interpretandum, *l. penultim. ff. de conſtit. Princip.* proindeque de omni juriſdictionis ſpecie, quod deniq; verbum aliquod in dubio capiendum eſt in potiori ſignificatione *l. 1. § ultimo, Digeſt. Si ager vectigal. leg. Si duo, 13. §. Idem Julianus. 2. Dig. de jure*

jurand. Tiraquell. *de retract.convent.* §.2. *gl.* 1. *num.* 8.

Cæterùm Dominus Obrechtus *Tractat.de juriſd.c.*1, *num.*43 & *ſeq.* diſtinguendum putat inter conceſſionem lucrativam, & oneroſam conceſſionem; in illa admittit negantem ſententiam, quod æquum ſit, ut Dominus concedens æſtimet, quem velit ſui officii eſſe modũ, *l.Neratius* 191. *ff.de reg.jur.* & in ambiguis voluntas proferentis ſit ſpectanda, *l. In ambiguis*, 96. *ff.d.t.* & *l.Non aliter.*69. *ff. de legat.*3. in hac verò probat opinionem affirmantem, quod æquum ſit, ut interpretatio contra eum fiat, qui apertius ſe explicare potuiſſet, *l. In contrahenda.*172. *ff. de reg. jur. l. Si in emptione.*34. *ff. de contrah.empt.*& *vendit. l.veterib.*39 *ff. de pact. l. Stipulatio iſta.* 38. §. *In ſtipulationibus.*18.& *l. Quicquid.*99. *in pr. ff.de verb. obligat.*

Meo autem iudicio neq; communis illa opinio, neq; hæc Domini Obrechti diſtinctio in mero Imperio & alia juriſdictione extraordinaria jure Juſtinianeo vera putari debet. Hoc etenim jure merum imperium nõ niſi ſpecialiter, & nominatim lege quadam tribuitur, *l.*1. *in pr.*& *l.ult.* §.1. *ff.de offic. eius,cui mand.eſt juriſdictio.* ut nec extraordinaria iuriſdictio, *l.*2. *in pr. ff d.t. l.Muto.*6. §.*tutoris datio. ff.de tutel.* & *l. Si quid.*11. *ff.de offic.Proconſul.* Quod autem ſpecialiter & nominatim tribui debet, non cenſetur generali conceſſione trãſlatum, *c. In generali*,

generali, Tit. de reg. jur. in 6. c. ult. Tit. de officio vicarij in 6. l. Obligatione. 6. ff. de pig. & hypoth. l. Quæro. 39. ff. de actionib. empt. & vendit. l. 1. §. Inter. l. Divus 15. §. 1. ff. de leg. Corn. de falſ. & l. Si quando. 35. §. Et generaliter. C. de in offic. teſt. Et quod ſpecialiter fieri debet, ſi generaliter fiat, non rectè fieri dicitur *l. 4 §. Quæſitum. ff. Si quis cautionib. jud. ſiſtendi causâ fact.* Confert huc, quod feudi conceſſio, cùm ſit donatio quædam, *tit. 23. § ult. lib. 2 feud.* ſtricti juris eſt, *arg. l. Eum. 22. ff. de donat. & l. 3. §. Hæc verba, ff. de negoc. geſt.* Confirmat eandem hanc ſentent. text. in *c. Licet, tit. de offic. vicarij, in 6.* ubi juriſdictione generaliter vicario conceſſa, negatur merum imperium in eundem translatum. Et certè non deſunt etiã alii, qui generali juriſdictionis conceſſione merum imperium tranſire negant. Bald. *in c. Quanto, n. 5. in fin. extr. de jud.* Curt. Jun. *in l. 3. n. 42. ff de jurisd.* & ibid. Ang. *n. 8.* Jaſ. *n. 11.* & Zaſ. *n. 11.* & plures alii, quos refert & ſequitur votum Camerale *1. n. 12. & ſeq. part. 1. Tom. 2. pag. 22. & ſeqq.*

Verùm enimverò cùm paulatim omnes juriſdictiones cœperint eſſe patrimoniales. Ferrar. Mont. *in uſib. feud. c. 1. v. Utiq. ad inſtitutũ,* & meũ imperiũ hodie magiſtratus jure Principib. cõpetat, Cuiac. *in l. 2. §. Deinde cùm ærariũ, in verb. conſulib. ff. de orig. jur.* & poſt alios Weſenb. *d. conſ 95. n. 18.* dubitandũ amplius nõ eſt de cõmuni Dd. opin. qua merũ etiã imperiũ 8

generali juriſdictionis conceſſione transferri volunt. Quod ſi hodie cuiuſque juriſdictionis, atq; ita etiam meri imperii conditio hujuſmodi non eſſet, ut jure magiſtratus competeret, nihil firmamenti capere poſſet opinio communis ex eo, quod Principum beneficia latè quis interpretari debeat, *dict. l. pen.*
9 *ff. de conſtit. Principum.* Hæc etenim† ſententia in conceſſione iuriſdictionis ſimpliciter facta authoritate juris reſtrictionem admittit, ut evincitur ex *dict. l. 1. in princ. ff. de officio eius, cui mandat. eſt jurisdictio, & dict. c. Licet, Tit. de officio vicarij, in 6.* & ſentit Longovallius *in l. Imperium, ff. de jurisdict. part. 4. c. 1. num 8.* & Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. num. 19.* Eodem etiam modo reſponderi poteſt ad id, quod dictum fuit, verbum quodvis in potentiori ſignificatu accipi debere in dubio, ſiquidem hic non verſemur in dubio, ſed certo caſu, quo generali & ſimplici iuriſdictionis conceſſione haud tranſit imperium merum. Domini Obrechti opinionem quod attinet de lucrativa & oneroſa juriſdictionis conceſſione, corruit illa vel hoc
10 argumento pulſa, quod pactum† omne etiam oneroſum ſui interpretationem recipit contra eum, qui ſuum in commodum illud apponit, nec apertius explicat. Ut enim contra venditorem interpretandum dicitur. *in l. In contrahenda. 172 ff de reg. jur. & l. Veterib. 39. ff. de pact.*

de pact. Sic & contra emptorem, ſi ille ſuum in commodum illud adiecerit, interpretari quis jubetur in *l. Si in emptione. 34. in princip. ff. de contrah. empt.* Stipulatio quoque contra ſtipulatorem, qui ſibi quid dari, aut fieri ſtipulatur, ſemper interpretanda dicitur, etiamſi onerosa ſit cauſa, de qua interpoſita eſt ſtipulatio, *l. Stipulatio iſta. 38. §. In ſtipulationibus. 18. & l. Quicquid. 99. in princip. ff. de verb. obligat.*

Eſt & illud quęſtionis, ſi Princeps quiſpiam in feudum alicui concedat caſtrum aliquod, ſive pagum cum omni ſive omnimoda juriſdictione, ut ſi dicat: Wir belehnen dich mit dieſem Flecken/ ſampt allem Gericht/ vel, Wir belehnen dich mit dieſem Flecken/ ſampt aller Obrigkeit/ num hac conceſſione contineatur etjam imperium merum? gloſſ. & Dd. communiter affirmant, gloſſ. *in c. unic. in verb. Omnimodam, Tit. de foro compet.* Jaſon. *in l. Imperium. num. 12. & 14. ff. de juriſdict.* & ibidem etiam Longovallius *part. 4. c. 1. num. 9. verſic. Non negaverim, mihi pag. 241.* Didac. Covarr. *lib. practic. quæſtionum, c. 1 num. 10.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. Rubr. 1. num. 19.* Menoch. *de præſumpt. libr. 3. dict. præſumpt. 97. num. 34.* Rolandus à Valle *conſil. 42. num. 37. vol. 2.* Tiber. Decian. *Reſponſ. 43. n. 3. vol. 3.* Vult. *lib. 1. c. 5. nu. 5. pag. 87.* Mynſing. *Reſponſ. 3. decad. 13. n. 126. & ſeqq.* 11

Cæterùm non deſunt, qui per omnem ſive omnimodam iuriſdictionem merum imperiū non concedi volunt, Bald. *in c. Quanto, n. 7. in fin. ext. de jud.* & Jaſ. *in l. Imperium. 3. n. 13. ff. de jurisd.* ubi tamen loquitur ſaltem de cōceſſione omnis juriſdictionis, ut ſi dicat Princeps, *Concedo tibi omnem jurisdictionem*, quo verborum genere merum non tribui imperium ſentit. Si verò dicat Princeps: *Cōcedo tibi omnimodam jurisdictionem*, exiſtimat ibid. Jaſ. *n. 12.* hac conceſſione transferri & merum imperium. Cùm tamen proprietate linguæ latinæ utriuſq; dictionis eadem vis ſit.

At Dn. Obrecht. *Tract. de jurisd. c. 1. n. 52. & 53. & Diſp. de jurisdict. theſ. 57. 58. & 59.* diſtinguit inter criminalem juriſdictionem, & merum imperium, illam conceſſione omnis ſive omnimodæ iuriſdictionis trāsferri putat, hoc non item, ſiquidem, ut ipſe putat, juriſdictionis verbo non contineatur merum imperium, ſed ab ea planè ſeparatum ſit, ac non transferri, niſi ſpecialiter & nominatim id dicatur. Verùm enimverò ſcripti juris autoritati inhęrere ſi velimus, probandam reor Baldi & Jaſ. opinionem; tùm quia verbū *Omnis*, ſive *omnimoda*, iunctum voci *jurisdictionis* ſignificat tantū omnem ſimplicis ſive ordinarię juriſdictionis ſpeciem, *l. Solet. 16. & l. ſeq. ff. de jurisd.* Bald. *in d. c. Quanto, n 7. in fin. ext. de judic.* tum etiam

12 quia vox *Omnis* prædicatur † non de pluribus

ſpecie

ſpecie differentibus, ſed de plurib. differentibus numero, Jaſ. *in d. l. Imperium, 3. n. 13. ff. de jurisd.* tum poſtremò quia nihil refert genus ſimpliciter & indefinitè, vel cum adiectione dictionis generalis ponatur, ſiquidem† indefinitum æquipolleat univerſali, *l. 4.* ubi Bald. *ff. de tutel. & l. Si plures. 89. ff. de legat. 3.* 13

In praxi tamen à communi opinione, ut quis diſcederet, autor ei non eſſem, maximè hoc noſtro ſeculo, quo jurisdictio & omne imperium competit Principibus hodie magiſtratus & proprio iure, ut oſtendi ſupra. Inprimis autem communem opinionem procedere reor iure etiam communi, ſi dicat Princeps: Mit aller Obrigkeit / *argument. l. Et ideò. 8. ff. de officio Proconſul. & l. 4. ff. de officio Præſidis.* Domini Obrechti diſtinctio diſplicet, eò quod jurisdictio criminalis, & merum imperium in iure noſtro idem ſunt, ut expoſui *ſuprà cap. 2.*

Quòd ſi verò Princeps dicat: concedo tibi in feudum hoc caſtrum cum pleniſſima iurisdictione, nihil dubito, quin & merum imperium, cum omni alia juriſdictione concedere videatur, *per text. in l. Si in aliam. 7. § ult. juncta l. ſeq. ff. de offic. Proconſul.* 14

Eſt huius loci & hæc non inelegans quæſtio, ſi Princeps aliquis ſimpliciter concedat alicui in feudum caſtrum ſive pagum quendam, nulla facta mentione iurisdictionis, an 15

nihilo-

nihilominus hac conceſſione iurisdictio tribui videatur? Doctores ut hanc expediant quæſtionem, diſtinguunt inter caſtrum ſive pagum, cui iuriſdictio cohæret, & eum pagum ſive caſtrum, cui non cohæret iuriſdictio, illo conceſſo, & iuriſdictionem cenſeri datam, hoc autem in feudum collato juriſdictionem non videri translatam, judicant Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. le fieff. num. 48.* & Didac. Covarr. poſt alios, *lib. practicarum quæſtionum, c. 1 num. ult.* Roland. à Valle *conſil. 42. num. 30 vol 2.* Hanc concluſionem ſub diſtinctione huiuſmodi veriſſimam & ego arbitror, ſi ea ſit juriſdictionis natura, ut caſtro ſive pago cohærere poſſit. Acceſſorium enim naturam principalis ſui ut ſequatur, congruum eſt, *c. Acceſſorium, tit. de reg. jur. in 6.*

16 Verùm enimverò juriſdictio non prædii, putà pagi ſive caſtri, ſed perſonæ adiunctum eſt, cùm poteſtas, quæ perſonæ eſt, dicatur eſſe, *l. ult. ff. de officio Præfecti urbi. l. Eum qui. 13. §. 1. ff. de juriſdict. l. Poteſtatis, ff. de verb. ſign. l. penult. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſus eſt. l. 1. §. Neceſſariò,* ibi, *non prætoria poteſtate, ff. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa. l. 3. ff. de juriſdict. l. Solent. 6. in princ.* ibi *gladij poteſtatem, ff. de offic. Proconſul.* Accedit, quod juriſdictio in jure dicundo, id eſt reddendo & decernendo jure cōſiſtit, ut expoſui

ſuprà

ſuprà *cap.1.* quod perſonæ proprium eſt, non prædii. Eſt quidem † ipſum territorium iuriſ- 17
dictionis ſubiectũ quoddam occupans, cùm exerceatur in territorio ipſa juriſdictio, *l. ult. ff. de jurisd.* & *l. pupillus. 239. §. Territorium. ff. de verbor. ſignificat.* Unde eleganter Bald. *ad Titul. 54. de allodiis, num. 7. in fin. lib. 2. feud.* Juriſdictionem ſcribit ſuper territorium eſſe, ſicut nebula eſt ſuper paludem; quæ nebula generatur per activam potentiam Solis: at juriſdictionis ſubiectum, cui ipſa ineſt, & cui cohæret, eſt perſona maximè magiſtratus, id quod ſentit etiam Bart. *in l.1. num. ult. ff. de jurisdict.* & Petr. Jacob. Aurel. *in practic. aurea libellor. Rubr. 12. num. 4.* Bartol. dicto loco, *ex hoc,* inquit, *patet, quod jurisdictio non cohæret propriè territorio, ſed terminatur territorio. Perſonis autem inhæret, & perſonarum eſt.* Petrus Jacob. Aurelian. *licèt,* ait, *jurisdictio concernat territorium, attamen ipſa non debetur prædio, ſed perſonæ.*

Contrariam Dd. opinionem non tuetur *textus in l. 1. §. Initio. 4. ff. de officio Præfecti urbi.* Ibi enim juriſdictionis, quæ perſonæ Præfecti urbi competit ac cohæret, ambitus ſaltem deſcribitur, non etiam dicitur ibi, quod juriſdictio ipſi territorio cohæreat ſive inſit. Sed demus communi Interpretum Scholæ, juriſdictionem aliam caſtro, pago, vel alii territorio cohærere, aliã non cohærere. In quæ-

ſtionem

ſtionem vocari poteſt, quid præſumendum ſit in dubio? Et caſtro cohęrere juriſdictionem præſumendum eſſe concludit Bart. *in l. Inter eos, ff. de adquir. rerum domin.* Rom. *in l. 3. in princ. n. 9. verſ. Secundo caſu, ff. de adquir. vel amitt. poſſeß.* Boer. *quæſt. 50. num. 11.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. num. ult.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 5. num. 5. verſ. Huc etiam nonnulli referunt.*

18 Sed probare hanc concluſionem mihi religio eſſet, cùm putem, id potius in dubio præſumendum, quod natura rei, de qua agitur, iure communi requirit, quam quod qualitas accidentalis iure ſpeciali ſuadet. Pariſ. *conſil. 73. n. 62. lib. 2.* Natta *conſil. 42. n. 11. lib. 1.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. caſu 47. n. 19. & de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 29. n. 6. & 9.* Ac iure communi ea ſit juriſdictionis natura, quod perſonæ cohæret, ut oſtendi, ex accidenti verò & facto ſaltem Domini, ipſi prædio ſive territorio cohæret, Bald. *in dict. tit. 54. de allodiis n. 7.* ibi, *Niſi concedens illi caſtro tribuat juriſdictionem, lib. 2. feud.*

In propoſita quæſtione noſtra quidã diſtinguunt inter caſtrum, in quo conſuevit exerceri juriſdictio, & illud caſtrum, in quo non cõſuevit peculiariter iuriſdictio exerceri, ſed actus iuriſdictionales in eius caſtri homines & lites exercentur in proximâ civitate, cui caſtrũ illud eſt ſubiectum. Prioris generis caſtro in-

feudum

feudum ſimpliciter dato abſq; juriſdictionis mentione, exiſtimant etiam juriſdictionem à Principe conceſſam, non etiam in poſterioris generis caſtro in fundum ſimpliciter cõceſſo, ita poſt multos alios, quos refert & ſequitur, concludit Menoch. *d. lib. 3. præſump. 97. n. 1. & ſeqq. uſq; ad n. 15. excluſivè.* Cæterùm nec huic prioris caſus deciſioni meũ addere calculum ſimpliciter auſim. Si enim conſtat non ipſi caſtro, ſed perſonæ juriſdictionem illã cohęrere, expeditũ putari debet non cenſeri translatam cum caſtro iuriſdictionẽ, cuius in ipſa conceſſ. mentio facta nulla eſt. Id quod etiã poſt alios ſcribit Didac. Cov. *lib. 1. pract. quæſt. d. c. 1. n. 10. v. Decima Concluſio.* Juriſdictio enim & caſtrũ 19
ſeparata ſunt, Bald. *in l. Data opera. 9. n. 29. C. de his, qui accuſ. non poſſunt*, ubi aſſentit quod iuriſdictio ſit quædã qualitas à caſtro ſeparata. Et poteſt iuriſdictio eſſe huius, caſtrum verò illius, Bald. *in t. 8. de inveſtit. de re alien. fact. §. E contrario, lib. 2. feud.* Oldrad. *conſ. 121. n. 9.* Caſtr. *conſ. 56. videtur dicendũ lib. 2.* Alex. *conſ. 76. col. 2. vol. 2.* poteſt item caſtrũ eſſe ſine iuriſdict. & hæc ſine illo Bart. *in l. 1. nu 15. ff. de jurisd.* Dec. *conſ. 483. col. ult. & conſ. 528. col. ult.* Nec quicquã habere caſtrũ commune cum iuriſd. notat Socin. Sen. *in l. 1. n. 27. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & conſ. 15. n. 2. & conſ. 95. n. 9. vol. 3.* Ex quib. argum. omnib. ſequi neceſſe eſt, cõceſſo abſq; iuriſd. mentione caſtro, non videri conceſſã & iuriſd.

quæ ca-

quæ caſtro non cohæret, licet in ipſo caſtro juriſdictio exerceri conſueverit: quippe cum
20 uno ſeparatorum † poſito, aliud non ſimiliter ponatur, *l. Papinianus. 20. ff. de minorib. &* *l. ult. ff. de calumniatorib.* ſed potius diverſum in alio ex ſeparatis ſtatuendum. *l. Naturaliter. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſ. l. Si maritus. 10. C. de donat. inter vir. & uxor gloſ in Tit. 51. de capitaneo, qui curiam vendidit, in princ. lib. 2. feud.* Cravett. *conſil. 102. num. 6. & conſil. 133. nu. 8.* Contrarium tamen poſt alios, quos citat, ſentit Fichard. *conſil. 20. num. 7. Tomo 2.* Verùm illi omnes, quorum authoritate utitur, intelligendi ſunt de territorio, cui juriſdictio & imperium cohærent, Carol. Tapia. *in l. fin. ff. de conſtit. Princip. c. 2. part. 1. num. 31.*

Quod ſi dubium fuerit, cohæreat juriſdictio ipſi caſtro necne, cenſetur & hoc caſu abſq; iuriſdictione caſtrum duntaxat datum, ſiquidem, ut contra Dd. oſtendi ſupra, præſumptio ſit non caſtro, ſed perſonæ concedentis juriſdictionem cohærere. Si omninò certum ſit, quod ipſi caſtro cohæreat juriſdictio, admitto opinionem Dd. videri cum caſtro juriſdictionem quoque conceſſam, cùm acceſſorium ſequatur rem principalem *dict. c. Acceſſorium, de reg. jur. in 6.* & quæ coniuncta ſunt cum re principali, unà transferri cenſeantur, *l. Julianus. 13. §. ult. l. lines. 15. & l. fundi. 17. in prin-*

in princip. & §§. ſeqq. ff. de actionibus empti & vendit.

Expeditæ quæſtioni proxima eſt illa; ſi nominatim in feudum concedatur territorium, an ſimul etiam juriſdictio conceſſa videatur, licèt eius mentio facta ſit nulla? Longovallius affirmat *in l. Imperium. 3. part. 4. c. 1. n. 16. ff. de jurisd.* ut & Weſenb. *conſ. 95. n. 24 part. 2.* Atq; horum ſententię haud invitus ſubſcribo, ſi territorii nomen per ſe, & naturâ ſuâ relativum eſt, reſpectum habens ad juriſdictionem, eamq; denotat, id quod videtur *per text. in l. pupillus. 239. §. territorium, in fin. ff. de verb. ſig. & d. l. ult. ff. de jurisdict.* ac ſentiunt nonmodò Longov. & Weſenb. dictis locis. Sed & Alciat. *in d. l Pupillus. 239. §. territorium, verſ. Territorium enim. ff. de verb. ſig.* & Hieron. de Monte *Tract. de finib. regund. c. 77. n. 1.* ubi ſcribit, quod juriſdictio adeò ſit plantata, & radicata territorio, ut ab eo avelli nō poſſit. Bart. tamen *in d. l. 1. n. 15. ff. de jurisd.* docet, quod territoriū ſine juriſdictione eſſe poſſit, & jurisdictio ſine territorio: Sed nihil hoc pugnat cum præd. ſententia. Bartoli enim mens hæc eſt, ut ſequentia arguunt, quod ipſi territorio, id eſt univerſitati agrorum intra fines cuiuſq; civitatis non cohæreat iuriſdictio, *ſub num. enim ſeq 16.* ſcribit, juriſdictionem nō territorio, ſed perſonis magiſtratuum cohærere. Qui territoriū concedit alicui, is poteſtatem concedit terrendi, 21

id eſt ſubmovendi, proindeq; magiſtratus poteſtatem, *d.l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. ſig.* cũ quo magiſtratu coniuncta eſt juriſdictio non modo ordinaria & ſimplex, *l.1. in pr. verſ. Quæ verò jure magiſtratus, ff. de officio eius, cui mand. eſt juriſd.* proindeq; & mixtum imperium, *d.l.1. in fin. & l. ult. §.1. ff. d. tit.* Sed & jure conſuetudinario imperium merum, quod hodie, *ut ſupr. eod. hoc c. oſtendi*, jure magiſtratus maioris maximè competit.

22 Similiter Principe quodam in feudum cõcedente alicui adminiſtrationem & gubernationem cuiuſdam civitatis, caſtri aut pagi, ſine dubio videtur eidẽ concedere juriſdictionem omnem, mixtum & merum imperiũ, ut arguit *text in d.l.1. §. Initio. ff. de offic. Præfecti urbi.*

23 Idem dicendum, quãdo Imperator Provinciam quandam, putà Ducatum, Marchionatũ, Comitatum, aut Baroniam alicui adminiſtrãdam & gubernandam in feudum concedit per *text. in l.1. 2. & 4. §. ult. l. Si in aliam 7. §. ult. & l. ſeq. l. Nec quicquam. 8. ff. de off. Proconſ. l.3. & l.4. & l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas. ff. de offic. Præſid.*

24 Quæritur & illud, ſi Princeps quippiam in feudum alicui concedat caſtrum aliquod vel pagum cum pertinentiis ſuis, num hac cõceſſione etiam juriſdictionem & merum mixtumq; imperium conceſſiſſe videatur? Et quia *pertinentiarum* appellatione ex ſententia Dd. etiam juriſdictio & imperium continentur.

Hieron.

Hieron. de Monte, *tract. de finib. regund. c. 80. n. ult.* Weſenb. *conſ. 78. n. 7. part. 2.* Pariſ. *conſ. 9. n. 16. & 20. vol. 1.* & Fichard. *conſ. 20. n. 10. Tomo 2.* putandum eſt conceſſione hac juriſdictionem & imperium tam merum quàm mixtum intelligi conceſſum. Quæ ſententia hoc etiam confirmatur argumento, quòd *pertinentiarum* appellatione comprehenditur etiam caſtri territorium, Weſenb. *d. conſil. 78. n. 7.* & Fichard. *d. conſ. 20. n. 10. Tomo 2.* Quò facit, quod territorium eſt univerſitas agrorum intra fines cuiuſq; civitatis, caſtri vel pagi, *d. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſign.* Quapropter cùm territorium, ut antea expoſui, relativũ ſit nomen, & ad juriſdictionem referatur, ſicuti præter alios, voluit etiam Decian. *Reſp. 123. n. 1. vol. 3.* conſequens ei eſt, quod conceſſo caſtro cum pertinentiis, juriſdictio etiam, & imperium translatum intelligatur.

Dubitari autem nõ debet, ſi Princeps alicui 25 in feudum concedat caſtrum cum alta & baſſa juriſdictione, mit dem hohen und niedern Gericht / quin concedere intelligatur non modò ſimplicẽ, quam vocant juriſdictionem, ſed & merum mixtumq; imperium. Ita annotat, & deciſum ait Cęſar Urſillus *in annot. ad deciſion. Neap.* Matth. de Afflict. *deciſ. 122. n. 8.* Iſthæc n. oratio, ex communi loquendi uſu, & ſpecialem juriſd. & omne imperiũ ſignificat. Semper autẽ ex uſu cõmuni exaudiri verba debent,

l. Labeo.7. ubi Bart. ff. de Supellect. legat. cùm omnis interpretatio, quæ vulgi aurib. non conſulit, ſiniſtra & abſurda habeatur, *c. Ex his, ext. de Sponſalib.* Ceph. *conſ. 40. n. 51.* & communis loquendi uſus omni regulæ, & conſtitutioni præferri debeat. *l. Semp. 34. ff. de reg. jur. gl. in l. liberum. 52. §. Quando tamen, ff. de legat. 3.*

26 Non exiguam & illud habet dubitationem, an conceſſo in feudum caſtro quodam cum jurisdictione & mero mixtoq; imperio, jura quoq; regalia videantur data, putà jus confiſcandi, vectigalia exigendi, monetam cudendi, notarios creandi, &c. Dubitandi ratio eſt, quòd mero imperio, & quidẽ eius gradui primo, imperio ſc. mero maximo adſignãt etiam regalia, Barr. Alex. Jaſ. & quidam alii *in l. Imperium. 3. ff. de jurisd.* Negativa autẽ juri conſona putari debet, tum quia iuriſdictio, cuius ſpecies eſt merum quoq; imperium, toto genere differt à regalib. & nihil cum his cõmune habet, tum quia regalia ſoli Principi reſervantur, & ita inhærent eius perſonæ, ut ab ea avelli vix poſſint Boer. *deciſ. 50. n 12. & 13.* tum etiã quia regalia, cùm ſint de reſervatis Principis, non niſi ſpecialiter & nominatim conceduntur. *c. In generali. tit. de reg. jur. in 6. & c. Quod tranſlationem. ext de offic. & poteſt. jud. delegat.* Boer. *d. deciſ. 50. n 13.* Hinc rectè Zaſ. *in d. l. 3. ff. de juriſd.* Franciſc. de Claperiis, *Tract. de jurisdict. concluſ. 6.* & Dominus Obrecht. *Tract. de jurisdict.*

riſd. c. 7. n. 33. iſthæc regalium exempla à mero imperio omninò removent.

De jure confiſcandi pœnas pecuniarias & multas certant inprimis Dd. quorum plurimi volunt illud etiam competere vaſallo, cui caſtrum cum juriſdictione, & mero mixtoq; imperio in feudum eſt datum. Ita ſentiunt, quos refert Faclunæus *lib. 7. controverſiar. jur. c. 70.* Verùm quia hoc etiam jus regale eſt, ut arguit textus in *Titul 56. Quæ ſint regalia*, ibi, *multarum pœnarumq; compendia, lib. 2. feudorum*, mero certè imperio, aut cuidam alii juriſdictioni adponi non poteſt, cùm ut dixi juriſdictio & regalia toto genere differant. Nihil roboris adfert aienti ſententiæ, quod pœnæ multæque iuriſdictionis fructus ſint, ut ſentit Bartol. *in l. ult. ff. ſolut. matrim.* & alii, quos refert Tiraquell. *de retract. convent. §. 5. gloſ. 4 num. 21.* Id enim non ita exaudiri debet, pecuniariæ quaſi, pœnæ & multæ eius ſint, cuius eſt juriſdictio. Qui iuriſdictionem habet, multas quidam exigere poteſt, ut & qui habet merum imperium, pecuniarias infligere poteſt pœnas, *tot. Tit. C. de modo multarum, quæ à judicib. infliguntur, & l 2. in fin. ff. de publ. judic.* Verùm exactæ illæ multæ pœnæque inferendæ ſunt fiſco, *dict. Tit. Quæ ſint regalia.* 27

Non eſt hoc loco omittenda frequens illa, utilis & elegans quæſtio, an iuriſdictio, quam 28

pretio aut gratiâ vaſallus adquiſivit in caſtro ſuo feudali, in quo antea non habuit iuriſdictionem, ut quia Dominus ipſemet ſibi eam reſervavit, aut tempore conceſſionis non fuit Domini ea juriſdictio, ſed alterius cuiuſdam vicini, an, inquam, juriſdictio illa feudalis fiat & feudo cedat, ita ut defuncto vaſallo ad agnatos tranſeat, aut finito feudo ad Dominum pertineat, vel ut res propria ad hæredes eius vaſalli allodiales transferatur? Præpoſitus in *Tit. de inveſtitura de re aliena facta, §. E contrario, lib. 2. feudor.* & eum ſecutus Auguſtinus Berous *quæſt. 96.* affirmant, juriſdictionem hanc feudalem effici, proindeq; vel ad agnatos, vel finito feudo ad Dominum tranſire. Baldus verò & Alvarot. dict. loco reſponderunt contrarium.

29 Prioris ſententiæ firmamentum in eo conſtitutum videtur, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis, *c. Acceſſorium. tit. de reg. jur. in 6.* quodq; unitorũ eadem eſt ratio, & ſeparatorum ratio ſeparata & diverſa, *l. Item ſi fundi. 9. §. Huic. ff. de uſufr. l. Papinianus. 20. ff. de minorib. l. ult. ff. de calumniatorib.* Bart. *in l. Seia, 20. §. Tyrannæ, ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

30 Accedit huc, quod iuriſdictio ſervituti cõparatur, unde confeſſoriam & negatoriam actionem utilem de iuriſdictione competere Dd. tradunt Bart. *in l. Si publicanus, §. In omnib. n. 3. ff. de publican. & vectig.* Emanuel Soarez *in theſauro*

theſauro receptar. ſent. in verb. Actio confeſſoria, n. 52. Petr. Jacob. Aurel. *in pract. libellor. Rub. 12. n. 8.* Roborat eandem opinionem, quod idem jus eſt in additamento dotis, quod eſt in ipſa dote, *l. Etiam. 8. verſ. Cui conſequens.* ubi Bart. Bald. & cæteri Dd. *C. de jure dot.* item in augmento rei legatę, quod eſt in ipſa re legata, *l. Si ex toto 8. in pr. & l. Quod in rerum. 24 §. Si quis poſt. 2. ff. de legat. 1.* Confert eodem, quod augmentum feudi eodem cenſetur jure cum ipſo feudo, *Tit. 4. Si de inveſtitura feudi controverſia fuerit, §. Si quis de manſo, lib. 1. feud.*

Poſteriorem ſentent. Baldi & Alvarot. quâ volunt, quod juriſdictio illa non fiat feudalis, probat quoq; Fachin. *lib. 1. controv. jur. c. 89.* & Daniel Moller. *lib. 4. Semeſtr. c. 46.* quam ego etiam veram iudico *per text. in d. tit. 8 § E contrario, lib. 2 feud.* ubi dicitur, ſi tale quid feudo additum ſit, quod per ſe queat ſubſiſtere, id feudo non accreſcere. Certum autem eſt, & teſtatur ipſa experientia, quod iuriſdictio per ſe ſubſiſtat, cùm eſſe poſſit, licet non ſit annexa caſtro, & non rarò caſtrum ſit huius, iuriſdictio verò illius, Barr. *in l. 1. num. 15. & 16. ff. de juriſdict.* Paul. Caſtr. *conſil. 56. videtur dicendum vol. 2.* & poſt alios Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. Tit. 1. §. 1. n. 44.* Hieronym. de Monte *Tractat. de finib. regund. cap. 11. nu. 14.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. num. 6.* Mollerus *lib. 4. Semeſtrium, cap. 46. num. 8.*

Qui omnes, quod de territorio & iuriſdictione dicunt, hanc ſcilicet ſine illo eſſe poſſe, & illud ſine hoc, exaudiendum eſt de territorio abuſivè accepto, ſcilicet pro loco, putà pro caſtro, pago, aliaquè communitate, Andr. Knichen *de Regio territorij jure, c.1. num.240.* ſiquidem territorii nomen, ita propriè acceptum iuriſdictionem denotet, ut ſuprà expoſui.

Non confirmant aientem opinionem duo priora argumenta, cùm iuriſdictio, de qua hic nobis ſermo eſt, non ſit caſtri acceſſorium, aut ei annexum aliquid, ſed quę eſt perſonæ qualitas aliqua, in caſtri tamen incolas & res comparata, cui paſſivè ineſt, activè autem ineſt perſonæ iuriſdictio, quæ ex ſententia Dd. caſtro annexa eſt, eiq; unita rectè illius acceſſorium dicitur, at quæ per ſe conſideratur, ut perſonę tantùm qualitas, ea caſtri acceſſorium haud rectè dicitur, Bald. *in d. tit. 8. §. E contrario, n 4. lib.2. feud. & in l. à Procuratore. 13. n. 1. C. Mandati.*

31 Tertium quod attinet argumentum, comparatur quidem non ineptè iuriſdictio ſervituti, quò ad actiones, quæ eædem utriuſq; nomine competunt, cùm ut ſervitus, ſic & iuriſdictio nomina ſint iuris, at iuriſdictio ſervitus non eſt, ſed ab ea longè differt, non tantū reali, ſed & perſonali, ut oſtendit Petr. Jacob. Aurel. *in aur. practic. libell. c. 12. num. 3. 4. 5. & 6.* ut proin-

ut proinde ab uno ad aliud non rectè argumentemur.

Duo poſtrema argumenta ideo nihil omnino faciunt hîc nobis negocii, quod juriſdictio, de qua hîc agimus, non eſt caſtri augmentum ſive additamentum aliquod, ſed tantum perſonæ acceſſio quædam. Si tamen vaſallus ſponte ſua, & volens juriſdictionem ita adquiſitam in feudum recognoſcat, & domino feudi, quo ad proprietatem, ſubjiciat, efficitur feudalis, cum eo modo res allodialis & libera in feudum redigi poſſit, ut volunt Dd. quos refert & ſequitur Daniel Moller. *dict. cap. 46. num. 6.*

Superiori quæſtioni vicina eſt hæc; An juriſdictio quodam in oppido, caſtro, vel pago conceſſa, extendatur etiam ad incolas novos, & augmentum, quod poſtmodum ipſi Univerſitati acceſſit? Affirmativa juri conſona videri debet, tum quia Univerſitati quod accedit, pars ejus eſſe cenſetur, *arg. l. 2. in princ. & l. Ædificia. 139. in princ. ff. de verbor. ſignif.* tum quia neque imminutio, neque incrementum Univerſitatis, mutat eius conditionem, *l. ſicut. 7. §. ult. ff. Quod cujusq; Univerſit. nomine, & l. proponebatur 76. verſ. Et populum. ff. de judic.* tum etiam quia unitorum eadem eſt ratio, *l. item ſi fundi. 9. §. Huic. 4. ff. de uſufr. & l. Sejæ. 20. §. Tyrannæ, ubi Bart. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* tum † item quia additamenti 12 13

menti jus idem eſt, quod rei principalis, cui acceſſit. *l. cum fundus. 10. ff. de legat. 2. d. l. Etiam. 8. verſ. Cui conſequens. Cod. de jure dot. & d. l. Si ex toto. 8. in princ. & d. l. Quod in rerum. 24. §. Si quis. 2. ff. de legat. 1.* tum poſtremò quia novi cives in Univerſitatem aliquam aſſumpti, eadem Univerſitate continentur, & ejuſdem juris eſſe cenſentur, *argum. l. Grege. 21. & l. ſeq. ff. de legat. 1.* ubi dicitur, quod grege legato, ad legatarium pertineant etiam, quæ poſtea accedunt. Confert, quod peculio aut ſervorum familia legata, cenſetur legatum & illud, quod poſtea incipit eſſe peculii vel familiæ, *l. peculium. 65. in princ. ff. de legat. 2.* Accedit in confirmationem deciſionis noſtræ authoritas Baldi in *d. l. cum fundus. ff. de legat. 2.* ubi ſcribit, quod ſi Imperator exemit caſtrum, idque poſtea ita creſcat, ut civitas efficiatur, quod totum hoc ſit exemptum. Idem ſentit Angel. Peruſinus *ad Novel. 97. de æqualitat. dotis, cap. 2. Aliud. & in d. l. Item ſi fundi. 9. §. Huic. ff. de uſufruct.* & Jaſ. *in l. 1. num. 15. & 16. ff. de juriſdict.* Didac. quoque Covarr. diſertè hanc concluſionem amplectitur ac defendit *d. lib. practic. quæſtion. cap. 2.* ubi tamen eatenus huic deciſioni ſocium ſe adjungit, quatenus in conceſſione juriſdictionis mentio ſpecialiter fiat nominis Univerſitatem deſignantis, putà civitatis, oppidi, caſtri, aut pagi, *argum. d. l. peculium. 65. in princ.*

princ. & d. l. cum fundus. 10. ff. de legat. 2. d. l. grege. 21. & ſeq. l. Si ex toto. 8. in princ. l. Quod in rerum. 24. §. Si quis teſtamentum. ff. de legat. 1.

Si autem juriſdictionis conceſſio fiat certis limitibus demonſtratis, non extenditur ea juriſdictio ad illos, qui ultra eos fines ædificia ad habitationem conſtruxerunt, ibique ſedem ſibi elegerunt, *argum. l. In agris limitatis. 16. ff. de adquir. rer. dom.* niſi concedens patiatur tacitè vel expreſsè exerceri juriſdictionem in illos etiam novos cives. Didac. Covar. *dict. cap. 2. num. 1, verſ. Primò ſiquidem, & num. 8.*

Expeditis hactenus quæſtionibus adjungenda eſt & illa, an Princeps concedendo juriſdictionem cenſeatur cumulativè, aut privativè eam concedere. Cumulativè concedi dicitur juriſdictio, cum ita conceditur, ut expedire eam poſſit & concedens, & is, cui ea conceditur. Privativè dicitur concedi, quando ita conceditur, ut ſolus accipiens exercere eam poſſit, non etiam Princeps concedens, Menoch. *de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 18. num. 36.* In hac quæſtione decidenda maximè diſtinguendum eſt inter conceſſionem, qua juriſdictio in feudum datur, & eam, qua ſine feudali jure tribuitur alicui iuriſdictio, quando in feudum conceditur alicui iuriſdictio, privativè non cumu- 34

cumulativè transferri dicitur; Menoch. *de præſumpt.lib.2 præſumpt.18 num.5.* Weſenbec. *conſil.95. num. 27. part. 2.* Matthias Coler. *de proceſſib. executiv. part. 2. cap. 1. num. 132.* & Daniel Mollerus *lib. 4. Semeſtrium, cap. 46. num. ult.* Ratio eſt, quia feudum uſusfructus inſtar obtinet. *Tit. 23. §.ult. lib.2. feudor.* uſusfructus autem conceſſus ad ſolum uſufructuarium pertinet, non etiam ad proprietarium, conſert eodem, quod ſolus vaſallus in ſubinfeudatum habet juriſdictionem, non etiam Dominus ſuperior, *Tit. 55. §. Inſuper. verſ. Illud quoq; lib. 2. feud.* Denique in vindicando feudali prædio vaſallus domino præfertur. *Tit. 8. §. 1. lib. eodem feud. & arg. l. 2. & l. 3. ff. Si ager vectigal.*

Cùm autem juriſdictio ſine feudali jure conceditur, in dubio præſumitur regulariter cumulativè, non privativè concedi. Ita poſt alios, quos referunt & ſequuntur, concludunt Menoch. *dict. lib. 2. præſumpt. 18. num. 1. & 26.* Mynſing. *cent. 6. obſer. 99.* Carol. Tapi. *in l. ult. ff. de conſtit. Princip. in Rub. cap. 4. num. 19.* Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part. 2. cap. 1. num. 127. & ſeq.* & Daniel Mol. *dict. cap. 46. num. ult.* Ratio eſt, quod conceſſionibus juriſdictionum ſemper autoritas concedentis cenſetur præſervata illæſa, quodque in ſermone generali non comprehenditur perſona loquentis, Menoch. *dict. cap. 18. num. 1.* & Mynſing.

ſing. *dict. cent. 6. obſervat. 99. num. 2. & 3.* quod denique juriſdictio ſemper oſſibus concedentis Principis jure ſuperioritatis inhæret, & in eo tanquam origine ſervatur, licèt alii fuerit ab eo conceſſa. Ancher. *conſil. 310.* Sen. Pede. *deciſ. 30. num. 6.* Bald. *in l. Qui ſe patris. C. unde liber.* Gram. *deciſ. 30. num. 3.* Roland. à Valle, *conſil. 48. num. 21. & conſil. 8. num. 15. vol. 2.*

Si tamen per privilegium juriſdictio perſonæ cuidam ſit conceſſa, aut per contractum aliquem, non cumulativè, ſed privativè datam cenſeri, volunt Dd. nonnulli, quos refert & ſequitur Menoch. *de præſumpt. 18. num. 23.* Verùm hac in opinione ſocium non facilè me illis adjungerem, propter rationes proximè adductas, cur non privativè, ſed cumulativè intelligatur Princeps concedere jurisdictionem. Et in Principe jurisdictionem oneroſo etiam titulo concedente, illam Dd. opinionẽ non probat Petrus Heigius *part. 2. quæſtion. quæſtion. 25. num. 21.* Reſpectu tamen non Principis, ſed alterius, cui competit etiam jurisdictio, privativè, non cumulativè concedi cenſetur. Ut ſi concedatur alicui civilis jurisdictio in aliquo caſtro, vel pago, in quo antea magiſtratus proximæ civitatis exercebat juriſdictionem. Hoc caſu cenſetur juriſdictio magiſtratui illi adempta, & novo judici in caſtro vel pago illo data. Intelligitur enim

ideo

ideo huic novo iudici conceſſa iuriſdictio civilis, ne incolæ caſtri, aut pagi propter civiles cauſas ad civitatem ire neceſſe habeant, *arg. Novell. 15. de defenſorib. civitat. cap. 3. §. ult.* atque hanc opinionem alios ſecutus tenet etiam Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 11.*

85 Similiter, ſi cuidam ſpecialiter concedatur iuriſdictio de certis quibuſdam cauſis, puta de cauſis inſinuationum, tunc ille ſolus, non etiam alter eiuſdem loci magiſtratus de hiſce cauſis cognitionem habet, concedendo enim ſpecialem iuriſdictionem derogatum cenſetur generali, quæ competit alii, *l. In toto jure. 80. ff. de reg. jur. l. Quod in rerum. 24. §. Si quis poſt. 2. ff. de legat. 2.* & nemo alienis ſe negociis immiſcere debet *l. Culpa eſt. 51. ff. de reg. jur.* eſtque abſurdum, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & alii creditum alius ſubtrahat, *l. Conſulta. 23. verſ. abſurdum eſt. C. de teſtamentis.* His rationibus accedit autoritas eorum, quos memorat & ſequitur Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 12. & 15. 17. 18. & 22.*

86 Idem eſt dicendum de eo, cui per dictionem taxativam iuriſdictio certæ cuiuſdam cauſæ conceſſa eſt: ut ſi quadam in civitate, caſtro vel pago ſoli Mævio poteſtas de quodam crimine cognoſcendi & iudicandi ſit

87 data. Dictio † enim taxativa *Solus* vim excludendi, aſtringendi & limitandi habet, *l. ult. C. de legib. can. Si quis iam. 21. quæſt. 2.* Alberic. de Ro-

de Roſate *in dictionario, in verb. Solum*, Pariſ. *conſil. 7. num. 12. vol. 2.* Huic rationi poteſt adiungi autoritas Dd. quos recenſet Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 13.*

Nihil obſtat deciſioni trium præpoſitorum caſuum *textus in l. 1. C. de offic. Præfecti urbi*, ubi annonæ cura ſpeciali Præfecto annonæ commiſſa, negatur ablata Præfecto urbi. Cum enim Reipub. interſit maximè annonæ diligenter & omni cura proſpici, voluerunt Impp. Valentinian. & valens, ut ambo Præfectus urbi, & ſpecialis annonæ Præfectus curam annonæ ſubirent, id quod patet etiam ex *l. 2. §. Et hæc omnia*, ibi, *Præfectus annonæ, & vigilum utilitatis causâ conſtituti ſunt, ff. de orig. jur.* Neque etiam refragatur, quòd Prætore peregrinorum creato, nón dicitur ſublata iuriſdictio Prætoris urbani in eoſdem peregrinos, *l. 2. §. Poſt aliquos deinde annos. 28. ff. d. t.* Prætor † enim peregrinus non ſolis 18 peregrinorum cauſis & litibus præficiebatur, ſed propter multitudinem peregrinorum in civitatem venientium adiungebatur urbano Prætori ſocius in expedienda iuriſdictione tam in urbanorum quàm peregrinorum cauſis, ut plurimum tamen inter peregrinos ius dicebat, ut arguit dictio *plerunq; in d. l. 2. §. poſt aliquot. ff. d. t.* & docet ibidem Coraſ. & patet ex eo, quod peregrinus Prætor appellabatur minor, urbanus verò

maior

major dicebatur Prætor, ut ex Cœlio, & Cicerone docet Zaſ. dict. loco *in verb. Peregrinus.* Quia autem peregrinus Prætor ſocius erat Prætoris urbani, conſequens ei eſt, cumulativè non privativè juriſdictionem fuiſſe datam Prætori peregrino, quippe cum duobus conceſſa juriſdictio præſumatur tributa cumulativè, non privativè, ut poſt alios docet Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 8.* & ut magiſtratus vicario data juriſdictio, non privativè, ſed cumulativè cenſetur conceſſa, ut oſtendit idem Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 9.*

Adhæc nihil obſiſtit, quod Proconſul exercere poteſt juriſdictionem Procuratori Cæſaris ſpecialiter datam, *l. Nec quicquam. 9. in prin. verſ. Sanè ſi fiſcalis. ff. de offic. Proconſul.* ubi dictio *Melius* comparativa arguit, quod & Proconſul ſit judex in fiſcalibus cau-
59 ſis, Proconſul † enim ſummam habuit in ſua Provincia poteſtatem & majorem omnibus poſt Principem, *l. Et ideo. 8. ff. d. t.*

Præterea non obloquitur, quòd licet ſoli Præpoſito ſacri cubiculi & Comiti domorum juriſdictio data eſt ſpecialiter in hominem divinæ domus, id eſt in Colonum & ſervum Imperatoris, *l. ult. C. ubi cauſæ fiſcales,* eadem tamen juriſdictio etiam Rectori provinciæ, id eſt Præſidi competere videtur *ex l. Cum aliquid. 8. C. d. t.* Non enim idem eſt caſus legis utriuſque, loco priori agitur de cauſa, quæ eſt in-

eſt inter hominem divinæ domus, & quendam alium privatum, poſterior verò locus eſt de ipſomet homine divinæ domus criminis reo, proindeque metus eſt, ne divinæ domui auferatur homo ille.

Nihil quoque negocii facit, quod licet magiſter militum habeat juriſdictionem in milites, de quorum cauſa cognoſcit ac judicat, *l. pen. C. de juriſdict.* ordinario tamen magiſtratui in eoſdem etiam milites juriſdictio competere dicitur, *l. ult. C. eod. tit.* Diſtinguendum etenim eſt inter cauſam, in qua miles reus eſt, actor verò homo privatus, & eam cauſam, in qua miles eſt actor, ſed reus eſt quiſpiam privatus. In illa cauſa judex eſt ſingularis magiſter militum, in hac verò judex eſt ordinarius magiſtratus rei *d. l. pen. C. d. t.* Si tamen lis, de qua agitur, orta ſit ex profeſſione, ſeu negociatione aliqua, cujus cura pertinet ad alium, quàm militarem judicem, tum miles etiam reus vel coram magiſtro militum, vel coram illo negociationis judice conveniri poteſt, *d. l. ult. C. eod. tit.* 40

Non impedit quoque deciſiones trium præmiſſorum caſuum, quod in cauſa illorum, qui defunctum ſepulturâ affici, & funeri eius juſta perſolvi prohibuerunt, licet ſpecialiter judices conſtituantur & Præfectus Prætorio, & magiſter officiorum, Præfectus tamen urbi, qui omnia crimina, quæ in urbe commit-

tuntur, ſibi vindicet, *l. 1. in princ. ff. de offic. Præfecti urbi*, nihilominus juriſdictionem ſuam in cauſam eandem retinet. *Novell. 60. ut defuncti, ſeu funera eorum non injurientur à creditorib. cap. 1. §. Si verò etiam.* Cum † enim
41 funeris cauſa publica ſit, *l. Sunt perſonæ. 43. ff. de relig. & ſumpt. funer.* & ideo qui funus ducunt, vel proſequuntur, vel juſta mortuo faciunt, in jus vocari nequeant, *l. 2 & l. 3. ff. de in jus vocand.* & eo nomine cognitio ſuſtineatur *l. Interdum. 36. ff. de judic.* omnis quoque exactio debiti, luctus & memoriæ causâ defuncti ſuſtineatur diebus novem, *Novell. 115. cap. 5.* placuit Juſtiniano Imp. ut in hoſce reos, quo major eſſet & plenior cura circa funus, & coërcendas injurias funeri illatas, juriſdictionem haberet non ſolum Præfectus urbi, ſed & Prætorio Præfectus, & magiſter officiorum.

42 Porrò circa juriſdictionis conceſſionem, & illa poteſt moveri quæſtio, ſi duobus aut tribus juriſdictio conceſſa ſit, utrum ſingulis in ſolidum eius exercitium competat, an verò pro partibus indiviſis, ita ut omnes ſimul & coniunctim explicare & expedire eam debeant? Hæc quæſtio explicatu difficilis non eſt, ſi de natura conſtet juriſdictionis, an ſcilicet dividua ea ſit, vel individua. Individua etenim ſi eſt, competit ſingulis in ſolidum, & ſinguli eam exercere poſſunt in ſo-

in ſolidum, ſed locus eſt præventioni. Si autem dividua eſt, tunc omnes ſimul & conjunctim expedire debeant? ut poſt alios oſtendit Menoch. *d. præſumpt. 18. num. 8.* Eſſe autem † individuam juriſdictionem, ſentit 41 Paul. Caſtrenſis, *in l. Viæ. 17. ff. de ſervitut.* Innocent. *in cap. prudentiam. num. 9. extr. de offic. & poteſtat. jud. delegat.* Bartol. *conſil. 189. Primo quæritur utrum juriſdict. num. 7.* Bald. *in l. Si plures. 6. num. 1. Cod. de condit. inſert.* & Eguinar. Baro, *Tractat. de divid. & individ. obligat. libr. 2. cap. 3. Sequitur ut de uſufructu, num. 7. verſ. Interea illud*, & Tiraquell. *de jure primogenior. quæſtion. 4. num. 51.* ibi, *Sed tu tamen adverte.* Cæterum juriſdictionem eſſe dividuam, autumat Alex. *conſil. 7. In conſultatione præmiſſa, num. 8.* ibi, *quinto probatur, & num. ſeqq. volum. 5.* Nicol. Boër. *deciſ. 46. num. 2.* & Carol. Molinæ, *in conſuetud. Pariſ. §. 10. gloſſ. ult. num. 24.* ibi, *Sexto quæritur de juriſdictione, & num. ſeqq.* Qui individuam dicunt juriſdictionem, comparant eam ſervituti, quæ dividi non poteſt *d. l. Viæ. 17. ff. de ſervitut.* qui dividuam ipſam eſſe volunt, uſusfructus inſtar eam obtinere affirmant, qui dividuus eſt, *l. 1. §. ſi uſusfructus. ff. ad leg. falcid. l. uſus pars. 19. ff. de uſu & habitat.* quamvis diſſentiat Hotoman. *lib. Illuſtr. quæſt. quæſtion. 20.*

Cæterùm exiſtimo ordinariam juriſdictionem reſpectu diverſo dividuam & individuam rectè dici. Individuitatis habet naturam in eo, quod jus eſt, proindeqûe incorporeum aliquid, cujus diviſio nulla eſt autoritate non ſolum Philoſophi Ariſtotelis *lib. 3. de anima*, ſed & conditorum juris *l. Arbor. 19. §. Si per eundem*, ibi, *quæ enim communio juris ſeparatim intelligi poteſt ff. communi divid.* Et quia hæc eſt juriſdictionis natura; uſus ſive exercitium illius in quodam negocio dividi non poteſt, ut aliquis eorum, quibus conceſſa eſt juriſdictio ſuam expedire juriſdictionis partem queat ſeorſim, relicta parte sociorum.

Hac ergo ratione ſi pluribus conceſſa ſit ordinaria juriſdictio, competit ea ſingulis in ſolidum, ut ſinguli eam ſeparatim exercere in ſolidum jure poſſint. Id quod probat etiam text. *in l. un. §. 1. ff. de offic. Conſulis*, ubi dicitur, quod unus Conſulum ſeorſim poſſit domino manumittenti ſervum ſuum autoritatem præſtare. Præſtare autem manumittentibus autoritatem eſt juriſdictionis, *l. 2. in princ. ff. de offic. Proconſul.* Eſt ergo juriſdictio reſpectu iuris & exercitii individua & ſingulis in ſolidum competit, atque unus ſolus ſine alio procedere, ſententiam ferre, omniaque ad iuriſdictionem quæ ſpectant, facere poteſt, quod ſentit etiam Bart. *in d. l. un. num. 1.* & ibi

Coſtal.

Coſtal. *ff de offic. conſul gl. in l. Pomponius 36. aliàs l. Si uni. ff. de re jud.* & ibid. Bart. *num. 2.* Jaſ. *num. 4. & 5.* Caſtrenſ. *num. 6. gl. in c. 2 verſ. Circa judices. Tit. de arbitr. in 6. & in c. Ut officium, in verb. Separatim. Tit. de hæretic. in 6.* Ferrar. *in forma actionis realis, verſ. Nec non Domino Vicario, num. 2.* Maranta *de ord. jud. part. 4. diſtinct. 5. num. 30.* Atque hanc ſententiam tanquam veriorem & communiorem amplectitur etiam Panor. *in d. c. prudentiam, num. 10. extra de offic. & poteſt. jud. delegat.* Paulus tamen de Caſtro *in d. l. via. 17. ff. de ſervit.* arbitratur, quod iuriſdictionis exercitium non competat cuilibet in ſolidum, ſed pertineat ad omnes ſimul. Quam ſententiam amplectitur etiam Modeſtin. Piſtoris *quæſt. 86. part. 2. quæſtion. Illuſtr.* ſed ut oſtendi, aiens opinio de iure verior eſt.

Hinc ſi duo ſint Epiſcopi in eadem diœceſi, habent illi officium in ſolidum, & ſeorſim poſſunt excommunicare & abſolvere, & quem unus ligaverit, alter ſolvere non poteſt, ut notat Coſtal. *in d. l. un. ff. de offic. conſul.*

Et ſi verò, ut dictum, unus ex pluribus iudicibus ordinariam habentibus iuriſdictionem in ſolidum exercere eam poſſit, ſi tamen cauſa iam coram uno cœpta ſit, propter ius præventionis cæteri ad idem exercitium in eo ſem illo negotio, non admittuntur *d. l. un. §. 1. ff. de offic. Conſul. d. l. Pomponius, aliàs ſi* 44

uni. 36. ff. de re judic. & c. pen. extr. de foro compet. Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 8. lib. 2. præſumpt.* Quo facit quod occupantis melior eſt conditio *l. pluribus. 32. ff. de procurat.*

45 Quod ſi plures illi judices vel etiam omnes ſimul de cauſa cognoſcere cœperint, nemini eorum abſque cœteris in ea cauſa procedere licet, Caſtrenſ. *in d. l. Si uni. num. 6. & ibid. gloſſ.* & Jaſ. *num. 5. ff. de re judicat.* & Ferrarienſ. *in d. forma actionis realis, verſ. Nec non domino vicario, num. 2.* Panormitan. *in d. c. Prudentiam. num. 11. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* Si tamen utroque illo caſu unus ex pluribus infirmitate, vel alia juſta cauſa, impeditus ſit, quo minus de cauſa cognoſcat, aut juret, de ea ſibi non liquere, poſſunt cæteri etiam definitive procedere, *d. l. un. verſ. Sane ſi qua ex cauſa. ff. de offic. conſul. & d. l. Si uni. 36.* ubi Jaſ. *num. 5. ff. de re judic.*

46 Quod ſi vero duobus aut pluribus concedatur juriſdictio, non ut ſingulis, ſed ut univerſis, tunc omnes ſimul eam expedire & de cauſa cognoſcere iubeatur, *cap. Irrefragabili, §. Exceſſus. extr. de offic. ord. cap. cauſam matrimonii, & d. cap. prudentiam. in princip.* ubi Felin. *num. 1.* Item Dec. & Bero. *extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* Bartol. *in d. l. Si uni. 36. numer. 1. & ibi* Jaſ. *num. 4. ff. de re judic.* Vant. *Tractat. de nullit. Tit. de nullitate ſententiæ ex defe-*

defectu jurisdictionis. ord. num. 176. Menoch. *dict. præſumpt. 18. num. 8 verſ. Aliquando verò, & num. ult.*

Omnes explicare juriſdictionem cenſentur 47
& tunc, quando maior pars adeſt, & de cauſa cognoſcit; *argum. l. ubi. 19 ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. l. Et ſuum hæredem. 8. in fin. ff. de pact. Auth. Hoc jus porrectum, & ibi gloſſ. Cod. de Sacr. Sanct. Eccleſ. l. Nominationum. 45. Cod. de decurionib. lib. 10. l. Quod major. 19. ff. ad municipal. cap. 1. extr. de his, quæ fiunt à major. part. cap.* And. Gayl. *libr. 2. de pace public. obſervat. 7. num. 17. & 18. & obſervat. 9. numer. 14.* Si tamen Statutum vel conſuetudo juriſdictionem concedens dicat, quòd omnes concorditer judicare debeant, neceſſe eſt, ut omnes omnino adſint, & de cauſa cognoſcant; *dict. cap. Prudentiam ubi* Caſtr. *num. 1. extr. de offic. & poteſt. jud. deleg.* ut & ſi aliàs conſtitutus numerus ſit de ſubſtantia, Caſtr. *dict. loc. num. 8. & gl. in c. 2. verſ. circa judices. Tit. de arbitr. in 6.*

Dividua autem juriſdictio haud ineptè di- 48
citur ratione commodi, quód ex ea jus dicenti obvenit, ut eſt pœna pecuniaria, itemque ſportulæ, cœteræque juriſdictionis obventiones. Nam uſusfructus, qui ſua naturâ individuus eſt, cum res ſit incorporea, dicitur dividuus *in d. l. 1. §. Si uſusfructus. ff. ad leg. Falcid. & d. l. uſus. 19. ff. de uſu & habitat.* non alia

ratione, quam quod fructus, qui percipiuntur ex re fructuaria, cum corpora ſint *l. 1. §. 1. verſ. Nam & fructus. ff. de diviſ. rer.* dividi poſſunt, ut tradunt Dd. *in d. l. 1. §. Si uſusfructus. ff. ad leg. Falcid.* Donel. *in l. 2. in princip. num. 14. ff. de verbor. obligat.* Eguinar. Baro *Tractat. de divid. & individ. obligat. lib. 2. cap. 3. num. 7.* Modeſtin. Piſtoris. *dict. quaeſt. 86. num. 2. 3. 20.* & ibidem Jacob. Schultes *in addit.* & alii, alibi. Unde iuriſdictio, cum eius fructus ſint pecuniariæ pœnæ, Ægid. Boſſ. *Tractat. de pœnis. num. 32.* & Jacobin. de S. Georgio, *Tractat. de Roydis, ſeu operis. num. 8. verſ. Ibi pœnæ & multæ ſunt commoda jurisdictionis*, & *Tractat. de feud. in verb. De caſtro Rubei montis. num. 13. hoc reſpectu rectè dicitur dividua.* Accedit huc, quod obligationes, quæ ſua naturâ res ſunt incorporales, *§. Incorporales. Inſtit. de reb. corp. & incorp.* proindeque individuæ, reſpectu rerum corporalium, quæ in obligatione continentur, dividuæ ſunt, ſiquidem inter hæredes dividi dicantur, *l. Ea quæ. 6. C. fam. herciſc.* Hæreditas item, licet per ſe & natura ſua res ſit incorporea, & dividi idcirco nequeat; ratione tamen rerum corporearum, quæ ſunt in hæreditate, dividi poteſt, *l. Quoties. 9. §. Hæredes. 12. ff. de hæred. inſtit. & §. Hæreditas. Inſtit. de hæred. inſtit.* Etſi verò hoc reſpectu iuriſdictio dividua dici poſſit, proindequé commodum huiuſmodi iuriſdictionis in-

nis inter plures, quibus juriſdictio competit, dividatur, Bald. *in leg. Servus communis, ff. de ſtipulat. ſerv.* & Jacobin. de S. Georg. *Tractat. de Roydis, ſeu operis, num. 10. verſic. Sed pone.* Sunt tamen iuriſdictionis ſpecies nonnullæ, quæ nihil pecuniariæ adferunt utilitatis, ut eſt juriſdictio, quæ conſiſtit in autoritate præſtanda manumittentib. adoptantibus, tranſigentibus de alimentis, & tutoribus & curatoribus res minorum alienantibus, &c.

Sed quæri poteſt, an iurisdictio, quæ, ut 49 ſupra expoſui ſuâ naturâ, ut res incorporalis individua eſt, partes ſaltem recipiat indiviſas, ut plures juriſdictionis Domini dici poſſint partes habere iuriſdictionis, ſed eas pro indiviſis? Jacobin. de S. Georgio affirmare videtur *in dict. Tractat. de Roydis ſeu operis, nu. 10. verſ. Sed pone*, ibi, *unus ex eis habet maiorem partem in jurisdictione, &c.* eumque ſequitur Modeſtin. Piſtoris *dict. quæſt. 86. num 17.* At Bald. *in l. Si plures. 6. num. 1. verſ. Item jurisdictio dicitur individua, Cod. de condit. inſert.* negat iuriſdictionem recipere partes quotas, quam ſententiam & ego veriſſimam judico, tum quia unus ex pluribus, quibus ſimpliciter conceſſa eſt juriſdictio, poteſt eam in ſolidum ſine aliis exercere, *d. l un. §. 1. ff. de officio Conſul.* tum etiam quia nō poteſt eorum unus aliquam ſaltem iuriſdictionis partem abſque cæteris quodam in negocio expedire, ut rectè

 fatetur.

fatetur idem Modeſtin. Piſtoris *dict. q.86. n.19.* Cùm enim fieri non poſſit, ut ſervus pro parte manumittatur *l. Si ſocius. 48.* ubi Cuiac. *ff. de manumiſſis teſtam.* aut aliquis pro parte filius adoptetur, *arg. l. poſt mortem. 25. §. ult. & l. Quæſitum. 34. ff. de adoptionibus.* Siquidem abſurdũ ac monſtroſum fuerit, aliquem vel pro parte liberum, pro parte ſervum eſſe, vel pro parte filium, pro parte extraneũ, ſive non filium eſſe; certè nec pro parte poteſt iuriſdictio explicari in præſtanda autoritate manumittentibus, aut adoptantib. Adhæc unus ex plurib. judicibus non poteſt ita de lite quadã dicere ſententiam, ut pro ſua tantum parte ſententia dicatur lata, pro parte verò aliorũ judicum nondũ ſententia dicta intelligatur, *l. Duo. 39. ff. de re jud.* Non obſtat, quòd dominium & poſſeſſio duorũ aut plurium inſolidum eſſe non poteſt *l. Si ut certo. 5. §. ult. ff. commodati.* id enim de verò dominio & poſſeſſione rei corporalis intelligendum, non de cuiuſq; juris quaſi dominio accipiendum, ſiquidem ſervitus data pluribus, cõpetat ſingulis in ſolidum *d. l. via. 17. ff. de ſervit.*

50 Secundus adquirendæ juriſd. modus eſt jus magiſtratus. Quod n. magiſtratus quoq; iure adquiratur iuriſdictio, patet *ex d. l. 1. in pr. verſ. Quæ verò. ff. de offic. eius cui mand. eſt jurisd.* Ad hoc quippe conſtitutus eſt magiſtratus, ut jus dicat, *l. 2. §. Poſt orig. 13. & §. cumq; Conſules. ff. de orig. jur.* Atq; hanc juriſd, habere dicitur magiſtratus

ſtratus ſuo jure, non alieno beneficio, *l. More. 5. ff. de juriſd.* Verùm non quævis juriſdictio ma- 51
giſtratus jure competit, ſed ea tantum, quæ in negociis civilibus, non quæ in criminalibus cauſis exercetur, *d. l. 1. in pr. & §. ult. ff. de officio eius, cui mand. eſt juriſd.* quamvis de conſuetudine ſecus ſit, cuius vi hodie etiam juriſdictio criminalis jure magiſtratus cõpetere dicitur, Weſen. poſt alios *in parat. ff. de juriſd. n. 11.*

Quid autem magiſtratus ſit, & quomodo 52
diſtinguatur, variant viri docti, ut evincitur ex Bodin. *li. 3. de Rep. n. 260.* Ipſe *in Methodo hiſtoriar. pag. 231.* definit magiſtratũ, quod ſit is, qui imperii publici partem habet, voce *Publici* diſtinguit imperiũ, quod magiſtratus habet ab imperio patrio & herili imperio. Scipio Gent. *Tr. de juriſd. lib. 2. c. 3. Magiſtratus*, ait, *ſunt Præfecti publicæ ſociet.* Ego magiſtratũ plenius definiendũ reor in hæc verba: *Magiſtratus eſt Præfectus ſocietatis publicæ cũ imperio cõſtitutus*: quę definitio colligitur etiã ex traditis Bod. *d. lib. 3. de Rep. n. 260. & in Methodo hiſtor. d. pag. 231.* ubi oſtẽdit, quod vox *magiſtratus* ſignificet imperium ac poteſtatẽ, nec eſſe magiſtratum abſq; imperio. Sed † quęritur, an etiã Imperator ma- 53
giſtratus appellatione cõtineatur? Et licet pleriq; negent, verior tamen eſt affirmata ſententia, quippe cum & Reges, qui primitus rerum ſummã adminiſtrabant, à Pompon. inter magiſtratus numerẽtur *in l. 2. §. Quod ad magiſtratus attinet. ff. de orig. jur.* Et

54 Et quia magiſtratus eſt Imperator, rectè contra nonnullos affirmatur, quod etiam juriſdictionem habeat, cùm iuriſdictio ſit conſequens magiſtratus *d. l. 1. in princ. ff. de officio eius, cui mandat. eſt juriſdictio.* Et paſſim in hiſtoriis legimus, pręſertim in Suetonio, Spartiano, Eutropio & Tacito, quod & Imperatores jus dixerint. Suetonius de Julio Cæſare ſcribit, eum jus laborioſiſſimè & ſeveriſſimè dixiſſe. Idem de Octavio affirmat, quod non modò ſuâ diligentiâ, ſed & levitate jus dixerit, & exemplum manifeſtè parricidii adducit. Sic & Spartianus in Caracalla, *dum, inquit, in conſpectu eius Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus.*

55 Sub Imperatore autē magiſtratus alii Palatini ſunt, alii publici. De Palatinis videri poteſt Dominus Obrechtus *Tractat. de juriſdict. c. 10. num. 45. & ſeqq.* Publici magiſtratus jure Juſtinianeo, alii Urbani ſunt, alii Provinciales, alii municipales, *l. 3. §. 1. ff. Quod met. cauſ. l. Aliud eſt fraus. 131. §. magiſtratus. ff. de verb. ſignificat. l. 1. ff. de damn. infect.* Urbani magiſtratus ſunt magiſtratus urbis Romæ, *d. l. 3. §. 1. ff. Quod met. cauſ.* inter quos primum obtinent locum Senatores, qui ſoli in Senatu ſententiam dicebant, *l. ult. §. 1. ff. de Senator.* & vel ſimpliciter patres appellabantur. *d. l. 2. §. Deinde. 15. & ſeq. ff. de Origin. jur.* vel patres conſcripti. *l. Humanum. 8. C. de legibus.* Hos

autem

autem juriſdictionem etiam ſub Auguſtis habuiſſe de iure privato, certum eſt, putà de hęreditatibus. *l. Item veniunt. 20. §. præter, ff. de petit. hæred.* de interceſſionibus. *l. 2. C. ad Senatusconſultum Velleian. de fideicommiſſis. l. 1. ff. ad SCtum. Trebell.*

Primum autem locum inter Senatores habuerunt Conſules, qui ipſi quoque iuriſdicendi poteſtatem habuerunt, *d. l. 2. §. Exactis. 16. & §. Cumq; Conſules. 27. ff* de *Origin. jur.* Manumittentibus quoque conſilium pręebant, *l. unic. ff. de Conſulib. l. Apud eum. 14. ff. de manumiſſionibus*, arbitros iudicesve dabant, *l. Si cui, 50. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. §. Si quis, 3. verſ. Cumq; per errorem, ff. de appellat.* De alimentis ultima voluntate relictis ius dicebant *l. 3. §. ult. ff. de alimentis, vel cibariis legat.* Tutoris dandi poteſtatem habebant, *§ Sed ex his legibus, Inſtitut. de Attilian. tutor.* Cognoſcebant quoq; de fideicommiſſis, *§. Poſtea Divus Auguſtus Inſtitut. de fideicommiſſar. libertat.* 57

Erat quoque Urbanus magiſtratus Præfectus urbi, qui non modò Romæ, ſed & intra centeſimum lapidem ſive milliarium iuriſdictionem habebat, at non civilem, ſed criminalem tantum, ſive merum imperium. *l. 1. in princ. & §. 4. & ſeqq. ff. de offic. Præfecti urbi,* unde relegare potuit *l. 1. §. Relegandi. 3. ff. d. t.* Potuit etiam deportare *dict. l. 1. §. Relegandi. ff. dict. t.* 58

d.t.& l.1.§.A Præfectis.4.ff.de legat.3. Item fu-ſtibus caſtigandi, & in metallum damnandi poteſtatem habuit *d.l.1.§. Cùm patronus, ff. de offic.Præfecti urbi.* Etſi verò non habuerit regulariter juriſdictionem civilem, Divus tamen Hadrian.de cauſis argentariorum jus cognoſcendi ei tribuit,*l.2.ff.d.t.* Jus quoq; dandi tutoris ei datum fuit,*§.Sed hoc jure,Inſtit.de Attilian. tutor.*

59 In urbanis magiſtratibus erant etiam Quæſtores,omnium magiſtratuum antiquiſſimi, *l. un. in pr.ff.de offic.Quæſtor.* quorum varia erant genera,quidam orationes & libellos Principis in Senatu recitabant.*d.l.un.§.2.& §.ult.ff.d.t.* petitionibus,precibusq; ſubſcribebāt, Cuiac. *ad l.2.C.de petit.bon.ſublat.lib.10.& in parat.C. de offic.Quæſtoris.* Menoch. *lib.2.de arbitr.jud. cent.2.caſu 68.n.8.& ſeqq.* ut †hodie non ineptè

60 ipſis Cancellarios æquiparare poſſimus. Guido Papæ *tract.de appellat.n.30.* Cuiac. *in parat. ff.eod.tit.* And. Gail. *lib.1.de pace publ.c.5.n.29.* Quidam verò quærendis, coercendisq; mendicis,inertibus,ocioſis, peregrinis, errantibus & vagis Præfecti erant. *Novel.80.* ubi Cuiac.& Gothofred. Nonnulli etiam capitalibus rebus erant præpoſiti & quæſtores parricidii vocabantur,*d.l.2.§.Et quia.23.ff.de orig.jur.* cùm olim parricidium omne crimen capitale diceretur, ut dicto loco Cuiac.& Zaſ. notant. Aliqui publico præerant ærario,pecuniam publicam con-

cam conquirebant, conſervabant, & in uſus varios erogabant, *d.l.2.§.Deinde cùm ærarium. 23.ff.de orig.jur.& d.l.unic.§. Et à genere. ff. de quæſtorib.* ad quod cum ipſis jurisdictio neceſſaria erat, dubium eſt nullum, quin ipſis etiam juriſdictio huius magiſtratus jure cõpetierit.

Erat præterea inter magiſtratus urbanos 61 Prætor, ita dictus, quod legibus præibat, *Novell.24. in prin.& c.1.& Novell 25. in prin.* Hic de privatorum cauſis juris dicẽdi poteſtatem habebat, *l.2.§.Cumq; Conſules.27.ff.de orig.jur.* Eiuſq; univerſum officium tribus ſolennibus cõtinebatur verbis: *Do, dico, addico l. Cùm Prætor. 81. ff.de verb.ſig. l.Si quis legaverit ff.de legat.1.* Cont.*ad l.4 n.15.ff.de jurisd.* Coraſ.*lib.3. miſcell.c.18. n.10.& ſeq.* Dabat judices, judicia, actiones, exceptiones. Dicebat ius cuſtodiẽdo, cõſervando, ſupplendo jus civile: creditoribus addicebat inopes debitores, & bona debitoris cedentis, tum etiam addicebat ſententiam exequendo, Coraſ.*d.c.18.n.11.& 12.* Duar. *ad tit, de jurejur.c.17.18.& 19.* Forſt.*lib.2.hiſtoriæ jur.civ.c.85.* Quia verò non omnibus ſufficiebat litibus, hîc Urbanus Prætor adiungebatur illi, prætor quidam Peregrinus & Prætor fideicõmiſſarius. Peregrinus rætor Pinter peregrinos, atq; etiam cives jus dicebat, *d.l.2.§.poſt aliquot.28.ff.de orig.jur.* Sed hoc Prætore erat honoratior Prætor Urbanus, Valent. Forſter. *lib.2. hiſt.jur.civ.c.84.n.2.* Fideicommiſſarius

Prætor

Prætor de fideicommiſſis cognoſcebat, *d. l. 2. §. Capta, 32. ff. de Origin. jur. l. Quæſitum. 78. §. Cùm vir. 6. ff. de legat. 3. l. Si cui. 92. ff. de condit. & demonſtrat. l. 4. in fin. ff. Quib. ad libert. proclam. non lic.*

62 Eſt autem controverſum, an Prætor etiam habuerit imperium merum? Joannes Vaud affirmat *lib. 1. variar. quæſtion. quæſt. 10. verſic. Jam verò Prætoris, pag. 19.* ut & Joannes Longovallius *in l. Imperium, ff. de juriſdict. part. 2. verſ. Circa meri imperij, num. 3.* Plerique alii negant, Accurſ. *in §. Sed hoc jure utimur, in verb. Præfectus, Inſtit. de Attil. tutor.* Govean. *in l. 3. num. 16. & ſeqq. & in l. Si quis. 7. num. 9. ff. de juriſdict.* Duar. *lib. 1. Diſputat. c. 53.* Cuiac. *ad dict. l. 7. ff. de juriſdict. pag. 12. col. 2. hiſtoriæ juris civilis, c. ult. num. 32. & ſeqq.* Hermann. Vulteius *lib. 1. juris Romani, c. 13. n. 42.* Atque horum ſententiæ meum quoque addere calculum nihil dubito, *per text. in l. ult. ff. de in jus vocand. & in l. 1. §. Solent. 7. ff. de offic. Præfecti urbi,* quibus ex locis intelligimus, quod Prætor ad Præfectum urbi remittere tenetur reum, qui corporis pœnam meretur.

63 Non tuetur aientem ſenten. text. *in l. Si quis injuriam. 35. ff. de injur.* ubi dicitur, quod Prætor acriter exequi iniuriã debeat, & eos qui iniuriam fecerunt coercere, ſi iniuriç æſtimationem præſtare nequeant, aut infamiam, quæ irrogatur reis iudicio iniuriarum, ob utilitatem

ſuam

ſuam contemnat. Quod enim proponitur dicto loco, ita ex ſententia Cuiacii *ad d. l. 7. ff. de juriſdict.* accipiendum eſt & temperandum, ut ſi res non ſit contenta coercitione modica, ſed exigat graviorem animadverſionem, ut tunc Prætor ipſe non ita rem coerceat, ſed coercendum remittat ad Præfectum urbi, per *text. in d. l. ult. ff. de in jus vocand. & in d. l. 1. §. Solent. ff. de offic. Præfect. urbi, & l. 1. §. ult. ff. de pœnis.* Non ineptè & illud reſponderi poteſt, quod in *d. l. Si quis. 35. ff. de injur.* Prætoris nomen ſignificet Præfectum urbi, & Præſidem Provinciæ, ſiquidem generale ſit nomen Prætoris, & jam dictos etiam contineat magiſtratus, ut docet Scipio Gentilis, *lib. 1. de juriſdict. c. 16. pag. 131.* Denique & illud non incongruè dici poteſt, in *d. l. Si quis*, Prætoris nomine ſignificari Prætorem populi, qui merum habuit imperium, *Novell. 13. c. 1. & Novell. 90. c. 1.*

Neq; etiam patrocinatur affirmanti ſententiæ *text. in l. Quod ſi minor. §. Servus. ff. de minorib.* Ex eo enim §. colligi non poteſt, Prætorem habere gravem coercitionem, cùm loquatur de ſervo, qui minorem 25. annis circumſcripſit, qui verberibus caſtigari debeat non à Prætore, ſed domino ſuo, vel ab eo, cui Dominus eum verberandum tradidit, dum non vult ipſum noxæ dedere, *l. Sed ſi unius, 17. §. Cùm ſervus. ff. de iniur.* Cuiac. *ad l. 7. ff. de*

juriſdict. pag.12.col.2. in fin. & pag. ſeq. in prin.
64 Firmamenti quoq; nihil adfert aienti opinioni textus, in *l.1. in prin. verſ. Et ſi à familia, ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſd.* ubi dicitur quod SCto Silaniano data ſit cognitio Prætori, cum dominus à familia occiſus dicitur. Ex eo enim, quod hæc cognitio de domino à familia ſervorum occiſo, nominatim SCto Silaniano data dicitur Prætori; non eſt confeſtim inferendum, quod regulariter Prætor etiam merum habuerit imperium. Ideo autẽ Prætori quoq; iſthęc cognitio data fuit, quia connexa eſt cum civili cognitione de hæreditate, bonorũ poſſeſſione, & teſtamenti apertura, uti arguit *tot. tit. ff. de SCto Silan.* Etſi verò ipſa cognitio de occiſo domino, Prætori quoq; data ſit, in occiſorem tamen animadvertere non poteſt, ſed eum puniendum remittere ad Pręfectum urbi tenetur, *d.l.1. § Solent.7. ff de offic. Præfecti urbis, l.1.§. ult. ff. de pœnis, & l. ult. ff. de in jus vocand. & l. Solent.6. in prin. ff. de offic. Proconſul.*

65 Adhæc non tuetur priorem opinionem textus, *in l. libellorum. 3. in prin.* ibi, *apud Prætorem vel Proconſulem. ff. de accuſat.* ubi Paulus JCtus oſtendit, quod Reus adulterii etiam apud Prætorem accuſari poſſit. Hoc etenim loco PręToris nomine ſignificatur non Prætor Urbanus, ſed Præſes Provinciæ, vel Præfectus urbi, ut evincitur ex eo, quod Pręioris & Proconſulis ibidem ſimul ſit mentio.

Denique

Deniq; nihil patrocinatur priori opinioni 66
text. in d. l. 2. §. Capta. 32. verſ. Deinde Corn. Sylla. ff. de orig. jur. Loquitur enim de jure veteri, quo publicis judiciis & perpetuis quæſtionibus præficiebatur Prætor aliquis, de quo Cuiac. *d. loco, & lib. 21. obſ. c. 31.* Forſter. *lib. 2. de hiſtoria juris civilis*, & Bodin. *lib. 3. de Republ. c. 5. n. 301. & ſeqq.*

Porrò magiſtratus provincialis erat inprimis Proconſul, ita dictus, quod cum imperio Conſulari in Provincias à Senatu mitteretur, 67
tot. tit. ff. de offic. Proconſul. Huic jungebatur à Senatu legatus, Cuiac. *in paratit. C. eod. tit.* Etſi verò ipſe Proconſul omnem habuerit juriſdictionem, proindeq; & merum imperium, *l. Si in aliam. 7. §. ult. & l. ſeq. ff. de offic. Proconſ.* Eius tamen legato non competebat imperium merum, ſed juriſdictio ſaltem civilis. *d. l. Solet. 6. in pr. & l. Si quid erit. ff. de offic. Proconſ.* In quibuſdam Provinciis erat alius magiſtratus, Præſes dictus, ab Imperatore in eas miſſus; cui omnis etiam competebat juriſdictio, civilis & criminalis, *tot. tit. ff. de offic. Præſid.*

Municipalis magiſtratus Præpoſitus erat 68
juridicundo in municipiis, *tot. t. ff. ad municip.* Cæterum imperio in Germaniã translato, (id quod factũ auxilio Eccleſiæ & populi per Carolum Magn. Germanum Ingelhemiæ natum pleriq; ſentiunt, *c. venerabilem*, ubi Bald. *ext. de Elect.* Henning. Gœd. *conſ. 1. n. 9.* Modeſt. Piſtor.

conſ.1.n.17.& ſeq.) nomina magiſtratuum Imperii Romani, unà cum officiis & rebus ipſis frequentari deſierunt Henning. Gœden. *conſil.39.n.2.* Herman. Vult. *in l.1.n.14. C. ubi Senator. vel Clariſſ. in fin.*

70 Et qui olim erant Senatores Rom. hodie cēſentur eſſe illi, qui appellātur Imperii ſtatus; & in locum ordinis dignitatū antiqui ſuccēſiſſe videtur vaſallorum ordo, Vult. *d. loco n.15.*

71 Ut verò antiquitus, ſic & hodie magiſtratus alius eſt univerſalis, alius particularis, ſi imperii rationem ſpectes. Univerſalis magiſtratus eſt ipſe Princeps ſummus, Imperator ſive Cæſar, qui Romani imperii caput eſt. Magiſtratus particularis alius eſt Eccleſiaſticus; alius politicus, Reichsabſchied zu Cölln *de Anno 1512. §.* Darauff haben/ *cum §. ſeq.* Erklärung deß Landtfriedens zu Nürnberg/ *de An.1522.* Cammergerichtsordnung/ *part.1. Tit.2.*

72 Eccleſiaſtici magiſtratus poſt Rom. Pontificem & Cardinales, alii ſunt Archiepiſcopi, quorum tres Electorali dignitate fulgent, ut Mogunt. Colonienſis & Trevirenſis, alii Epiſcopi, alii Abbates, alii Præpoſiti, *t.1. in pr. lib.1. feud.* quorū gradus & diœceſes proponuntur, *d.t.2. part.1. ordinat. Cameralis.* Hos licet eligat capitulum, non aliter tamen electio Epiſcopū facit, quàm electus promiſſa fidelitate regalia ab Imperatore obtineat, ex ſpecialibus ut ferunt, Friderici III. cum Pontifice concordatis.

Ad Ar-

Ad Archiepiſcopos autem & Epiſcopos 73
pertinet, non modo ex Caroli Magni, vel, ut alii volunt, Othonis I. beneficio, iuriſdictio, ſed & ex Othonis III. inſtituto iura electoralia, Gail. *lib. 1. obſ. 21. n. 2.* & Modeſtin. Piſtoris *conſil. 1. n. 17. & ſeq.* tum etiam regalia jura, Modeſtin. Piſtoris *conſil. 49. n. 3. vol. 2.*

His magiſtratibus decedentibus reſignatio 74
fit ipſi capitulo, *c. Cùm olim. 14. ext. de maioritat. & obed.* Gail. *lib. 1 obſerv 30. n. 10 & ſeq.*

Politici magiſtratus hodie ſunt Electores 75
ſeculares, Duces, Principes, Comites, Barones Nobiles, & magiſtratus civitatum, Electores cæteriq; Principes, qui univerſas regunt Provincias, non modò civilem habẽt juriſdictionem cum mixto imperio, ſed & iuriſdictionẽ criminalem, ſive imperium merum, *l 6. §. Qui univerſas, ff. de offic. Præſid.* ſeculares, ut Rex Bohemiæ, Comes Palat. Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenb. Electores Principales Imperii columnę ſunt & primum inter Principes cæteros obtinent locũ: *Aurea Bulla Caroli IV. t. 3. & 4.* Henning. Gœden. *conſ. 1. n. 10.* Lancell. *in templo omniũ jud lib. 1. c. 1. de Imp. §. 2. de Elect. & Elector. n. 3.* Illiq; cum Eccleſiaſticis Electori- 76
bus poteſtatem habent eligendi Imp. Romanum *c. per venerabilẽ. ext. de Elect. aurea Bulla Caroli IV. t. 4. 7. & 20.* atq; eundẽ juſtis ex cauſis degradandi jus habent. Sic Wenceslaũ depoſitum, omniaq; eius privilegia & reſcripta caſ-

ſata eſſe memorat Mynſing. *conſ.19.n.6.* Olim quoq; Impp. ſępè à Senatu imperii hoſtes fuiſſe judicatos hiſtoriis proditum eſt, Jo. Dauth. *in explicat. l.3. n.1. C.de teſtam. ad lit. B.*

77 Decedentibus Politicis magiſtratib. Principibus, Comitibus, dignitas & jura ipſorũ ad filios tranſmittuntur, & quidem ad primogenitum, maximè ſi Electoris ſit filius, cui ex lege & jure primogenituræ Electoratus debetur, *Aurea Bulla tit.7.* & quidem integer, non diviſus, *aurea Bulla tit.20.* Andr. Gail. *lib.2. obſ. pract. obſ.153. in fin. & n. ſeq.* ſiquidem maioratus bona indiviſa ſint, Did. Covar. *lib.3. variar. reſol. c.5. n.3.* Primogeniti quoq; filius, Electoris nepos præfertur in Electoratu patruo ſuo. *Aurea Bulla Caroli IV. t.7.* Darnach auch deſſelben erſtgebornen Sohns Sohn/ licet ille minor, hic maior ætatę ſit. Mynſing. poſt alios, *cent.3. obſ.23. n.4. & ſeq.* Tiraq. *de jure primogen. q.40.* Didac. Covar. *lib. pract. quaſt. c.38. n.6. & ſeqq.* Valent. Forſter. *de ſucceſſionib. ab inteſtat. lib.4. c.20. n.2. & ſeqq.* Franciſc. Hotoman. *lib. quaſtion. illuſtr. q.3. & 4.* Bodin. *lib.6. de Repub. c.5. nu.731. & ſeqq.* Rationes pro hac ſententia varias adduxi *diſp.15. theſ.20. ſub claſſ.4.*

78 Quod ſi Electoris filius primogenitus minor ſit 18. annis, tunc eius loco adminiſtratio officii & dignitatis Electoralis patruo ipſius defertur, *Aurea Bulla Carol. IV. tit.7. verſ.* Ob ein Churfürſt/ 2c. Sed quæritur, poſſitne Princeps Ele-

ceps Elector filio ſuo primogenito impuberi teſtamento, quoad Provinciæ adminiſtrationem, tutores conſtituere alios? Inter eos, qui id negant, eſt etiam Joan. Gœd. *ad l. verbis, 120, in fin. ff. de verb. ſig.* At quia Carolina conſtitutio nominatim loquitur de electorali dignitate ac officio eiuſq; adminiſtratione, putandũ quoad reliqua primogenitum Electoris contineri ſub diſpoſitione juris communis, ut parens Elector, quoad hæreditariam ſuã Provinciam tutores ei teſtamento conſtituere poſſit. Quicquid enim nova lege ſpecialiter diſpoſitum non eſt, id veterum legum, conſtitutionumq; regulis relictum cenſeri debet, *l. Præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. & c. 1. tit. de conſtit. in 6.* Confert huc, quod licet jure civili proximi agnati & cognati legitimi ſint tutores, parens tamen liberis ſuis proſpicere poteſt teſtamento ſuo de aliis tutoribus.

Etſi verò, ut Electoratus ſic & regnũ, aliudque regale feudum, putà Ducatus, Marchionatus, Comitatus ex Frid. Imp. legislatione ad primogenitum tranſeat filium, *tit. 55. §. Præterea lib. 2. feud. & c. licet, in fin. ext. de voto, & voti redempt.* Tiraquell. *de jure primogenior. quæſt. 4. num. 21. & ſeq.* Jul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 44.* Didac. Covar. *lib. practic. quæſt. c. 1. nu. 7.* Ant. Cont. *Tractat. de feud. c. 3.* Idq; quotidie ſervari dicat Jacobin. de Sanct. Georgio, *Tractat. de feud. in verb. Dux. nu. 3.* & Nicol. 79

Motz, *Tract. de feud. c. de ſubſtant. feudi, nu. 61. verſ. Sed advertendum eſt.* Moribus tamen Germaniæ non uſquequaq; illud obſervatur, ſed ut allodialia nonnullę ex his Provinciis dividuntur inter liberos maſculos Henningius Gœd. *conſ. 19. n. 4. & conſ. 20. n. 4.* Hartm. Hartmanni ab Eppingen *lib. pract. obſ. tit. de feudis, obſ. 19. n. 5.* Schurff. *conſ. 17. n. 5. cent. 1.* Weſenb. *conſ. 41. n. 163.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. pract. obſer. 153. n. 2.* Schrad. *Tract. feudal. part. 7. c. 5. n. 7.*

80 Et quia hodie Principum Imperii, Ducum, Marchionum, itemq; Comitum perpetua iuriſdictio eſt in omnibus negociis & cauſis, & quidē pleniſſima ipſis ac omnimoda iuriſdictio competit non minus, quàm olim Provinciarum Præſidib. & Proconſulibus, Henning. Gœden. *d. conſ. 39. n. 9. & ſeqq.* in quæſtionē vocari poteſt, an etiā ſupervenientia Imperatoris jurisdictionem ſuam retineāt impeditam, vel nihilominus in ea explicanda Imperatori tanquam ſuperiori çedere cogantur? Jure ſcripto cautum legimus ſolvi judicium, vetante eo, qui maius imperium in eadem juriſdictiōne habet, *l. judicium ſolvitur. 58. ff. de jud.* Et quandocunq; inferior iuriſdict. ſuam recognoſcit à ſuperiore, ſuperior inhibere poteſt, ne iudicet inferior, ut ſcribunt Alex. *in addit. ad Bart. n 3. in d. l. Judicium, ff. d. tit.* & Bald. *in l. 1. n. 19. C. Quomodo & quando judex.* Per ſupervenientiā quoq; maioris magiſtratus, ceſſat iuriſdictio magiſtra-

magiſtratus minoris, cum potioris gradus iudicibus competens præſtanda ſit reverentia, *l. Prætoris. 5. C. de offic. Rectoris Provinc.* Jure autem Saxonico, Landtrecht *lib. 1. artic. 58.* §. Wann der Graff. dicitur: Quandocunque Rex vel Imperator intravit provinciam ſui vaſalli, ſive is Dux fuerit, ſive Comes, aut quicunque alius, ceſſat iudicium comitis. Sic *lib. 3. artic. 60. verſ.* In welche Statt/ cautum eſt, In welch Landt der Keyſer kompt/ daſelbſt iſt jhme das Gericht ledig/ daß er alle Klagen richtig mach/ die vor jhne kommen. Maſuerius quoque in practica forenſi. *Tit. de iudicib. & eorum iurisdict. num. 22.* tradit, quod quicquid in Regno, Ducatu, vel Comitatu eſt, idipſum eſſe dicatur de iuriſdictione Regis, Ducis, Comitis, ita ut in quocunque loco territorii ſui iuriſdictionem exercere poſſit, *per c. cum Epiſcopus Tit. de offic. ordinarii in 6. & l. pupillus. 239. §. territorium. ff de verb. ſignif.* Adhæc Bodin. *lib. 3. de Repub. cap. 6. num. 313.* omnium magiſtratuum imperia preſente Principe conquieſcere ſcribit. Chaſſaneus quoque *in conſuetud. Burgundiæ, Rubr. 1. in verb. Es droicts d'icelles. num. 102. pag. 79.* tribuit Principi auferendæ iuriſdictionis poteſtatem pro libitu ſuo, Sic Bald. *in l. 1. num. 25. C. Quomodo & quando judex*, & Jacobin. de S. Georgio *Tract. de feud. ad verb. Vicariusq; perpetuus, numer. 6.* putant, quod ab alio iuriſdictionem reco-

recognoſcenti, poſſit inhiberi, ne ea utatur, Thomas quoque Gram. *deciſ. 46. num. 2. & 3.* ſentit Principem poſſe ſupprimere juriſdictionem tam civitatum quam ſingulorum. Id quod etiam de Eccleſiaſticorum juriſdictione tradidit Jaſ. *in l. Gallus. 29 §. Et quid ſi tantum. 5. num. 26. ff. de liber. & poſt.* & Carol. Tapia. *in Rubr. ff. de conſtit. Princip. cap. 4 num. 13.* Poſtremò hoc jure omnes uti Reges, ut in Imperio ſuo deponant Duces & Comites, nõ minus atq; Papa Cardinales, aſſerit Bald. *conſil. 327. Pridie. num. 10. verſ. Omnes Reges. & conſil. 328. Quaeritur ſi Rex. num. 9. vol. 1.* Sed nihil his obſtantibus dicendum, quod Principes & Comites vaſalli Imperii in exercitio juriſdictionis ſuæ per Imperatorem impediri non poſſint, *per text. in Tit. 7. de natura feudi. lib. 1. feud.* Quò confert, quod feudum inſtar uſusfructus obtinet *Tit. 23. in fin. lib. 2. feud.* Proprietarius autem uſufructuario impedimento eſſe non poſſit, quo minus utatur, fruatur prædio fructuario. Accedit, quod juriſdictio per infeudationem conceſſa, ne quidem ex plenitudine poteſtatis revocari poteſt, ut reſpondit Gravet. *conſil. 411. In cauſa. n. 30.* faciunt eodem notata eiuſdem *Tract. de antiq. temp. part. 1. princip. in prin. n. 16. & ſeq.* & Menoch. *lib. 1. de arbitr. jud. quæſt. 55.* Inprimis verò Princeps turbare non poteſt in juriſdictionis exercitio eum, cui donavit juriſdictionem,

nem, *arg. §. Aliæ autem. Inſtit. de donat.* Ang. *in d. l. judicium num. 4. & ibidem* Bald. *num. 3. in ſecunda lectura circa finem. ff. de judiciis.* Albericus quoque de Roſate *in eadem leg. num. 4.* ſcribit, quod maior magiſtratus non debeat impedire magiſtratum minorē in juriſdictione, quam ei conceſſit, niſi per appellationem, vel in caſu denegatæ juſtitiæ. Denique juriſdictionem judicis minoris non expirare ſub adventum ſuperioris notat Aufrerius, *in deciſ. Tholoſan. Reſponſ. 433.* & traditur *in c. 2. extr. de offic. jud. delegat.*

Quæ pro altera adferuntur ſententia, nihil prorſus huic officiunt Concluſioni, partim enim exaudienda ſunt de juriſdictione temporali & revocabili, non de hæreditaria juriſdictione, aut quæ in feudum alicui data eſt: partim etiam accipienda ſunt de jure ſuperioritatis, von der Fürſtlichen oder Gräfflichen Landtsobrigkeit / Concluſio autem noſtra de juriſdictione, qua juſtitia in cauſis controverſis adminiſtratur. Hujuſmodi cōciliandi ratio in effectu placere videtur Maſuerio *in d. pract. forenſ. Tit. de judicib. n. 22.* & approbat eā Matth. Coler. *de proceſſib. execut. par. 2. c. 2. n. 138. & 141.*

Quemadmodū Principes, Comites, Barones, omnē habent juriſdictionē in ſubditos ſuos, ſic eandē etiā vindicant ſibi civitates Imperiales, quæ immediatè ſolū Imperatorē recognoſcūt ſuperiorē. Huiuſmodi. n. civitates ex 81

com-

communi Dd. ſententia in ſuo diſtrictu & territorio, Principis iura habent & vicem Principis obtinent *argum. l. Prohibere. 3. §. planè cum §. ſeq. ff. Quod vi aut clam.* Bart. *in l. infamem. 7. num. 14. ff. de pub. judic.* ubi ſcribit, quod civitas libera tantum poſſit in ſuo populo, quantum Imperator in Imperio, Dec. *item conſil. 534. Procedendo breviter. num. 4.* de civitate, quæ non recognoſcit ſuperiorem, idem putat iudicandum eſſe, quod de Principe. Et de imperii civitatibus idem ſentit Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 57. num. 7.* & eum ſequutus Petr. Frider. Mindanus *de proceſſibus Cameræ Imper. lib. 1. c. 31. num. 9.* unde à quolibet rectè in Camera Imperiali conveniuntur, Idem Gail. *lib. 1. obſer. pract. obſerv. 1. num. 2.* Quin etiam regalia habere dicuntur, & poteſtatem condendi ſtatuta, ac conſuetudines introducendi, Mynſing. *Reſponſ. 13. num. 10. Decad. 2.* Liberam quoq; poteſtatem religionis exercitium ſumẽdi tribuit his civitatibus Ferdin. Romanorum Rex, Anno 1500. die 30. Auguſti, ut refert Mindan. *dict. cap. 31. num. 6.* Quâ de re videndus etiã compilator deciſionum ſeu præiudicior. Cameral. *in verb. Civitas Imperial. in princip.*

82 Sunt autem civitates imperiales in duplici differentia, aliæ dicuntur liberæ imperii civitates, Freye Reichsſtätt / aliæ ſimpliciter appellantur Reichsſtätt. Illarum inſignia nihil habent

habent de aquila, atque olim ſub iugo Epiſcoporum vel aliorum fuerunt, poſtmodum verò liberè factæ ſunt. Harum autem inſignia vel totam habent aquilam, vel eius partem, ut notat Compilator Deciſionum ſeu præiudiciorum Cameræ Imperialis, *in dictis verb. Civitas Imperialis, pag. 75.*

Eſt & illud hic obſervandum, quod etiam civitates Imperiales pars quædam ſtatuum Imperii ſunt. Numerantur † etenim tres ordines Statuum imperii, Primus eſt Electorum & Principum imperii reliquorum; Secundus Prælatorum, Comitum, Baronum & Nobilium immediatè Imperio ſubiectorum; Tertius civitatum Imperialium, Petr. Frider. Mindan. *dict. lib. 1. de proceſſib. Cameræ Imp. cap. 16. num. 2. & cap. 31.* Et ut duo priores ſtatus ad Comitia pertinent Imperii, ita & civitates Imperiales pars eorundum ſunt comitiorum, ut oſtendit Obrechtus *tract. de jurisd. cap. 6. num. 74. 75. 77. & ſeqq.* 83

Non eſt hoc loco ignorandum, quod licet hodie magiſtratuum Imperii officium & poteſtas non reſpondeat omnino partibus, & poteſtati magiſtratuum in Imperio Romano veterum, titulos † tamen dignitatum earundem magna ex parte in uſu remanſiſſe, ut alii dicantur Illuſtriſſimi, alii illuſtres, alii generoſi, alii nobiles, ut oſtendit Henning. Gœden *conſil. 39. num. 1. & ſeqq.* 84

Præter

85 Præter Imperiales civitates, & aliæ ſunt Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, vel civitatibus Imperialibus ſubjectæ; quæ ſuos etiam habent magiſtratus, de quorum juriſdictione diſpiciendum. Ex autem civitates vel ſubſunt Principi certis tantum pactis & conditionibus non per omnia, vel in totum ſubſunt Principi; prioris generis civitates propriam habent juriſdictionem, & alia iura publica; ac poſſunt ſtatuta in utilitatem civium facere, etiam ſine conſenſu Principis, ſi non reſpiciant ius ipſius, Mynſing. *Reſp. 13. num. 10.* Poſterioris generis civitates inſtar municipiorum obtinent, quæ olim ſub Præſidi-
86 bus provinciarum erant. Proindeque † in illis Senatores comparari poſſunt Decurionibus municipiorum *arg. l. omnes judices 33. C de decurionib. lib. 10. gl. in l. Nulli, 3. in verb. Ordo ff. Quod cujusq; univerſit. nom. & in Rubr. C. de Decurionib. lib. 10.* Henning. Gœden *conſil. 31. num. 2.* Bolognetus *in l. Omnes populi. 9. num. 75. ff. de juſtit. & jur.* Matthias Coler. *de proceſſib. executivis. part. 1. cap. 3 num. 9.* Cuiac. *in*
87 *Rubr. C. de Decuriomib.* Conſules, † qui ex numero Senatorum eliguntur, & Burgimagiſtri dicuntur, non ineptè adſimulantur Duumviris municipiorum, qui ex ordine Decurionum ſumebantur, Oldendorp. *Claſſe. 1. act. 2.*
88 Cuiac. in Novel. *15.* Et † qui plebem in Senatu harum civitatum referunt, Defenſoribus ſive

Tribu-

Tribunis plebis, qui ex plebe ſumebantur *l. 2. C. de defenſorib. civit.* haud inſcitè æquiparantur, Oldendorp. dicto loco.

89 Quod attinet iuriſdictionem magiſtratuum harum civitatum merum imperium in criminibus maioribus non competit ipſis. Siquidem olim provinciarum Præſides in municipiis ſibi illud vindicârint in hæc crimina, non municipales magiſtratus. *l. 3. l. 4. l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas. ff. de offic. Præſid. l. 1. & l. defenſores. C. de defenſorib. civitat: Novel. 15. cap. 1. §. 1. & cap. 6. §. 1.* ut & cognitionem de levioribus criminibus *arg. d. l. 2. C. de defenſorib. civit.* Quia tamen defenſores quoque plebis, & Tribuni plebis præhenſionem habebant, *l. Neminem. 22. C. de Epiſcop. audient. & Novell 15.* dicendum videtur, quod eadem etiam communiter Magiſtratibus provincialium civitatum competat. Quidam tamen Principes civitatibus ſuis tribuerunt merum quoque imperium, ex cuiuſmodi † conceſſione id etiam 90 habent civitates Ducatus Würtemb. Fürſtl. Würt. Landtrecht *part. 1 pag. 49 verſ.* Daß von einem / etc. Landtsordnung *l. pag. 235. verſ.* Was aber / etc. *& pag. ſequent. Item. pag. 238. verſ. ult.*

91 Mixtum imperium non cohærens iuriſdictioni, cum quoddam etiam habuerint magiſtratus municipales, putà ius dandi tutores *l. 3. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his,*

& ſi-

& §. *Nos autem. Inſtit. de Attil. tutor.* ius præſtandi autoritatem adoptantibus *l. 4. ff. de adoptionib.* itemque manumittentibus *l. ult. C. de vindicta, libertate, & apud concilium manumiſſione*, & modicè coërcendi ſervos *l. Magiſtratibus. 12 ff. de jurisdict. l. Si privatus. ff. Qui & à quibus manumiſſi liberi. l. Item is. §. adjicitur. ff. de injur.* Veriſimile eſt, idem ius competere etiam magiſtratibus civitatum provincialium.

92 Quod ad ſimplicem attinet iuriſdictionem, in certis tantum cauſis habuerunt eam magiſtratus municipales *l. 1. C. de defenſoribus Civitat. & dict. Novell. 15. l. Inter. 28. ff. ad municipal.* unde conficiendorum actorum ius habuerunt *d. l. 1. & l. pen. C. de defenſorib. civitat. & l. 2. C. de magiſtratibus municipalibus.* Hodie verò plerunque civitates provinciales Principibus ſubiectæ in ſingulis cauſis civilibus iuriſdictionem habent civilem, proindeque & mixtum Imperium, quod cohæret iuriſdictioni, *l. 1. in fin. & l. ult. ff. de officio ejus, cui mandat. eſt jurisdict.*

93 Eſt & illud hic notandum, quod magiſtratus civitatum Principibus ſubſiditarum ad ſuſtinenda univerſitatis ſuæ onera indicere poſſunt collectas, Theſſaur. *deciſ. 254. num. 1. & ſeqq.* Weſenb. *conſil. 27. num. 26.* non tamen iure regalium; quod non habent, ſed vigore pactorum civium Henning. Gœden *conſil. 2. num. 9.*

num. 9. Joannes Borcholt. *in c. un. Tit. Quæ ſunt regalia. num. 52. & ſeq.* Poſſunt quoque civibus Gabellas datias, Schoß / Steuer / Ungelt eundem in uſum imponere *argum. l. 3. Cod. de diverſ. præd. urban. & ruſticis. libr. 11.* Everhard. *conſil. 42. incip. viſis. numer. 39.* Poſſunt exigere pecuniam forenſem Marckgelt / Standtgelt / Weſenb. *conſil. 12. num. 67.* De quibus omnibus Principi ſuo rationem reddere non tenentur, Henning. Gœden *conſil. 31. & ſeq.* Adhæc civitates Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, aut Imperii civitatibus ſubjectæ communem habere poſſunt arcam, proventus item proprios, *l. 1. §. 1. ff. Quod cujusq. Univerſit. nom. & Tot. Tit. Cod. de jure Reipub. libr. 11.* ubi gloſſ. ad Rubr. Hieron. Schurpff. *conſil. 83. num. 2. cent. 2.* Et licèt ipſarum Domini, ſive Principes ſive alii fuerint, annuis rationibus earum ſuos conſiliarios & miniſtros adhiberi cupiant, obſequi eis neceſſe non habent, ſi utiliter communem arcam, & reditus ſuos annuos curent, latè Henning. Gœden *dict. conſil. 31.*

Nihil tamen quicquam in præjudicium 94
Principis, alluſûe Domini ſui moliri poſſunt civitates, ut arguit *text. in §. ult. Inſtit. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt, in l. Si unius. 27. §. pacta, verſ. Ante omnia. ff. de pact. l. Debitorum. 25.* ubi Alex. *num. 2. Cod. de pactis*, &

ſentit Roland. à Valle *conſil. 29. n. 6. vol. 1.* Hinc alii cuidam Domino ſubmittere ſe nequeunt abſq; permiſſu ſui Domini, *arg. l. Patre furioſo,* ibi, *Quibus caſibus ff. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt*, & ſcribit Bald. *conſil. 135. incip. Inter caſtrum. vol. 5.* Petr. Surdus *conſil. 47. num. 25. & 34.* Quò facit, quod ſubditorum eadem eſt ratio quo ad Dominum, quæ liberorùm, quò ad parentem, Natta *conſil. 445.* Bald. *conſ. 410. num. 5. vol. 5.*

95 Quæritur de caſtris, an habeant juriſdictionem & qualem? Bart. diſtinguit inter caſtra civitatibus ſubiecta & non ſubiecta civitatibus. Illis non competere juriſdictionem, maximè imperium merum exiſtimat, *per l. Nulli, 28. §. Semper. C. de Epiſcop. & Cler. l. Si quis. §. Quod cui, C. de naturalibus liber. & l. Qui ex vico. 30 ff. ad municip.* His verò tribuit juriſdictionem ſpecialem, quam vocant ſimplicem, qualem defenſores civitatum habent, merum autem imperium eis denegat.

Cæterùm experientia arguit, quod & caſtra, quæ civitatibus ſubiecta ſunt, ſimplicem habeant juriſdictionem in cauſis civilibus, quam etiam hoc in Ducatu jus Würtembergiacum tribuit ipſis pagis, Fürſtlich Würtemberg. Landtrecht / *part. 1. Titul. 1. & Titul.* Von Thailung deß Gerichts / *pagin. 49.* Doch wöllen wir. Videmus etiam quod caſtra quædam non ſubiecta civitati merum exercent

exercent imperium, id quod vel conceſſionis vel præſcriptionis jure fieri neceſſe eſt.

Habent & collegia artificum in civitatibus ſimplicem juriſdictionem, cõcernentem ſolum officia & negociationes ipſorum, *l. ult. ubi Bart. & alij. C. de juriſdict.* 96

Non incommodè hoc loco moveri poteſt quæſtio, ſitne liberum civitati alicui, ſubiecta quæ eſt cuidam Principi, Comiti, Baroni, ſubmittere ſe protectioni ſaltem alterius Principis? Negativa juri conſona putari debet. Cautum eſt enim *in Aurea Bulla Caroli IV. Tit. 16.* tum etiam, *Receſſu Imperij Spirenſi, Anno 1529.* §. Wie auch Churfürſten *Receſſu Imperij Auguſtano Anno 1555.* §. Es ſoll auch/ ꝛc. Ne quiſque ſubditos alterius in ſuum patrocinium ſuſcipiat. Quò facit, quòd hæc res tendit in præiudicium veri Domini, cuius obedientia paulatim minueretur, & protectoris augeretur, quod admittendum non eſt, ut in ſimili poſt alios reſpondit Zaſ. *conſil. 7. nu. 5. libr. 2.* ubi inter cætera affirmat, quod alii ſe ſubmittere ſpecies videatur alienationis, quæ invito Domino fieri non poteſt. Accedit huc, quod penſio quædam protectori annuatim eſt ſolvenda, id quod ſubiectionis jus aliquod arguere videtur, unde etiam Princeps, cùm ſcribit ad magiſtratum civitatis, cuius protectionem ſuſcepit, compellit 97

eundem his verbis: Liebe Getrewe. Confert eodem, quod cujuſque Domini proprium eſt ipſemet defendere ſubditos ſuos, *l. Illicitas. 6. §. Ne potentiores. ff. de offic. Præſid.* Natt. *conſil. 636. incip. Multa ſunt. num. 59. & ſeq.* Denique hanc defendit concluſionem Alex. *conſil. 94. num. 4 vol. 5.* & pro ea rationes adducit, Felin. *in c. Dilecti. §. hominibus invitis. extr. de majoritat. & obed.* tum etiam Weſenbec. *conſil. 48. num. 7. & ſeq.* In ſententiam autem contrariam reſpondere videtur Hieron. Schurff. *conſil. 23. cent. 3.* niſi de ea civitate accipiatur, quæ ſuperiorem agnoſcit, vel Imperatorem tantum, vel Principem quidem alium, at cui non per omnia, ſed conditionibus tantum certis ſubiecta eſt.

98 Eſt & illa vetus multumque agitata quæſtio, poſſitne Princeps, Comes, Baro, Nobilis civitatem, caſtrum, pagum, aut vicum aliquem invitis ipſis ſubditis aliquo alienationis titulo in alium Dominum transferre? At quia longo ſtylo hanc expediunt quæſtionem, Fridericus Pruckmannus, *Tract. de Regalib. parte priori §. Soluta poteſtas, c. 4. membr. 2 effectu 6, &* Petr. Heig. *part. 1. quæſtionum juris, quaſt. 19.* actum agere ne videar, ad utrumque auditores remittendos reor.

99 Reſtat tertius adquirendæ juriſdictionis modus, Præſcriptio, quæ pro diverſitate perſonarum, contra quas cœpta eſt, alius atque alius

alius eſt temporis, contra Principem ſi fiat ju-
riſdictionis præſcriptio ſine titulo, tempus
deſideratur immemoriale, *c. 1. in fin. Tit de
de præſcript. in 6. c. Super quibuſdam. verſ. Præ-
terea, extr. de verb. ſig.* Balb. *Tract. de præſcript.
part. 2 princ. 5. quæſt. 3. num 4. pag. 410.* Didac.
Covar. *ad c. Poſſeſſor. Tit. de reg. jur. in 6. part.
Relat. 2. §. 2. num. 8. & §. 3. num. 3.* Tempus † au- 100
tem immemoriale Dd. centum annorum ſpa-
cio deſcribunt, *arg. l. an uſusfructus. ff. de uſu-
fruct.* Balbus *dict. Tract. de præſcript 2. part. 3.
principal. quæſt. 6* Molinæ. *in conſuetud Pariſ.
§. 5. num 63.* Mynſing. *Reſp. 13. num 21.* Qui-
dam vero hoc tempus definiunt eo ſpacio;
quod annos centum excedit, Didac. Covar.
*in dict. c. Poſſeſſor. 2. part. § 3. num. 5. & 6 Tit.
de Reg. jur. in 6.* & alii, quos refert Menoch.
de arbitr. judic. quæſtion. libr. 2 caſ. 3. num. 7.
Nonnulli autem illud immemoriale dicunt
tempus, quod eſt minus centum annis, Ay-
mon. Gravett. *de antiquitat. tempor. part. 4.
princip. 2. part. num. 2. & 3* Menoch. *dict. lib.
2. de arbitr. judic. quæſt. dict. caſu. 3. num 7. verſ.
2. Quia verior.* Farinac. *in practica criminali,
lib. 1. Tit. 5. quæſtio. 47. num. 119. & num. ſeq.*
ubi diverſas hasce opiniones conciliat diſtin-
guendo inter grave, & modicum præjudi-
cium. Si de illo agatur, tempus immemoriale
non minus eſſe annis centum, ſi de hoc quæ-
ſtio ſit, tempus illud ſpacio centum annis

minori deſcribit. In arbitrio autem judicis ponit, quæ res gravis, vel modici ſit præiudicii, ſecutus Gravettam & Laurentium Kirchovium *in communib. opinionib. cent. 5. concluſ. 24. in fin.*

101 Quod ſi jurisdictio præſcribitur contra Principem cum titulo, 40. requiruntur anni, cùm enim prohibitio & præſumptio juris cōtra præſcribentem militet, longiſſimi temporis lapſu opus eſt, *argum. l. omnes, l. compe-tit. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, l. ult. C. de fund. patrimon. lib. 11. junct. dict. c. 1. Tit. de præſcript. in 6. cap. de quanta, cap. ad aures, & cap. illud extr. de præſcript.* Didac. Covarruvias *lib. 1. variarum reſolutionum, c. 17. nu. 7. & in dict. cap. Poſſeſſor, part. relect. 2. §. 3. nu. 3. verſic. Merum, & §. 2. num. 12.* Everhard. à Midelburg. *conſil. 3. num. 19.* Longovall. *in l. 3. Digeſt. de juriſdiction. part. 4. § Lex autem, foramen, num. 46.* Coſtal. *ad leg. Si quis diuturno. 10 ff. Si ſervit. vind.* Weſenbec. *conſ. 5. num. 19.*

102 Sin fiat prę́ſcriptio contra inferiorem Principem, longi temporis ſpacium ſufficit, quod juribus corporalib. præſtitutum eſt, *l. viros. 8. ibi, Ex longo tempore, ubi Dd. C. de diverſ. offic. & apparit. judic. l. ult.* ibi, *vel longa conſuetudine, C. de emancip. liber. l. Teſtamenta, 18. C. de teſtament. l. certi juris, C. de juriſdict. c. cum contingat, extr. de foro competent. c. Dilecti.*

extr. de

extr. de arbitr. Nulla enim ratio eſt, quæ majus exigat tempus in præſcribenda juriſdictione adverſus inferiorem Principē, quàm in cæteris juribus incorporalibus, Covar. *in dict. c. Poſſeſſor. §. 3. num. 5.* Modò ſcientia & patientia eius, contra quem fit præſcriptio, adſit, *argument. l. 2. Cod. de ſervit. l. Si à te. 16. ff. Si ſervit. vindic. l. 1. §. ultim ff. de ſervit. præd. ruſtic.* Coſtal. *ad leg. Quoties via. 20. ff. de ſervit.* Covarruv. *in cap. Poſſeſſor. part. 2. Relect. in initio, num. 8. & ſeq.* Weſenbecius *conſil. 5. num. 15.* Menochius *de arbitr. judic. quæſtion. lib 2. centur. 2, caſu 161. num. 3. & ſeqq.* Coraſ. *ad leg. Servitutes. 4. num. 39. & ſeq. & ad leg. Quoties. 2. num. 10. & ſeqq. ff. de ſervit.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. practic. obſerv. 66 num. 6,* Modeſtin. Piſtor. *conſil. 51. num 10. lib. 1.* qui duo affirmant, ex ſententia Bart. tam ſcientiam, quàm patientiam in libello eſſe articulandam.

Et licet pleriq; Doctores diſtinguant inter jus corporale, quod cauſam habet continuam & illud quod diſcontinuam habet cauſam, Cæpoll. *de ſervitut. urb. prædior. c. 19. num. 4.* Didac. Covarr. *in c. peccatum. Tit. de reg. jur. in 6 c. 16. n. 11.* Balb. *de præſcript. part. 2. quartæ princ. q. 1.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1214. num. 64. & ſeq.* Andr. Gail. *dict. obſervation. 66. num. 7.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 53. & Reſp. 11. nu. 16. Decad. 2.* Ea tamen diſtinctio ab aliis reii-

 citur,

imperii præſcriptione, quęſtio eſt anceps? Hoſtienſis, & Bartol. hoc imperium præſcriptione adquiri negant, iſthoc moti argumento, quod imperium merum non niſi jure ſpeciali, & plerunq; ad certum tempus tribuatur, *l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* Neminem enim de capite civis Romani cognoſcere poſſe, quàm qui hanc poteſtatem juſſu populi, Senatus, vel Principis habeat, *d. l. 1. in princip. & l. 2. §. Exactis. 16. ff. de orig. jur.* Nec liberum eſt cuiquam imperium hoc diutius retinere, quàm ei commiſſum fuit, *l. 3. ff. ad leg. Iuliam maieſtat. & l. Eos. 27. in fin. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Accurſ. verò, & eum ſecuti Interpretes plerique hoc etiam imperium præſcriptione adquiri ſentiunt, quibus & ego non invitus ſubſcribo in præſcriptione temporis, cuius memoria non extat amplius, alio tamen & firmiori argumento, quàm quo Accurſ. & eius aſſeclæ utuntur, nituntur illi textu *l. Si cohortalis. 12. in princip. C. de cohortalib. 12. l. Viros. 8. C. de diverſ. offic. & apparitor. judic. l. More maiorum. 5. ff. de jurisdict.* Ex quibus tamen locis neutiquam rectè colligitur, etiam præſcriptione merum imperium adquiri, cùm de mero imperio agatur ibi nihil, nec argumentum ſaltem idoneum de meri imperii præſcriptione ibi proponatur.

Ego autem communi huic ſententiæ hoc fundamentum pono, quod ſpecialis conceſſio 106

juris alicuius, & temporis immemorialis prę-ſcriptio in adquirendis rebus vim habent eandem, *l.3. §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æſtiv.* ubi dicitur, quod ductus aquæ, cuius origo memoriam exceſſit, jure conſtituti loco habeatur, concordat *text. c. Super quibuſdam, § Præterea,* ibi, *quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateranenſis Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, à tempore, cuius non extat memoria introducta, tit. de verb. ſign.* Cùm ergò Princeps merum imperium alicui poſſit concedere, conſequens ei eſt, quod & præſcriptione temporis immemorialis adquiri poſſit. Cæterùm quicquid ſit, cùm hodie merum quoq; imperium magiſtratus jure competat, patet inde, quod noſtro hoc ſeculò non minus, quàm ſimplex juriſdictio præſcriptione adquiri poſſit, Weſenb. *in paratit. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt jurisdict.* Maranta *de ord. judic. part. 4. diſt. 5. n. 62.* Henning. Gœden *conſil. 39. n. 14.*

167 Sed quot actus hìc deſiderentur, ut præſcriptione adquiratur juriſdictio, non ineptè hìc quæri poteſt? Sufficere autem ad juriſdictionis poſſeſſionem unicum actum rectè exiſtimatur, *c. cum Eccleſia Sutrina, extr. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Ferrar. *in pract. in forma libelli actionis confeſſoria, gl. 7. nu. 14.* Hier. de Monte, *Tract. de finib. regund. c. 78. nu. 1.* Tiraq. *de jure primogen. quæſt. 39. n. 2. & ſeq.* Menoch. *lib. 2. de*

arbitr.

arbitr. jud. caſu.160.n.2.& conſ.402.n.41. Mynſ. *Reſp.26.n.3.* Modeſtin. Piſtor. *conſil.40.nu.37.* Matth.Coler. *in cap. auditis, num.22. extr. de præſcript.*

Sed hic regula obſervanda, quod non plus præſcriptum intelligatur, quàm uno illo actu poſſeſſum invenitur *c. cùm contingat, extr. de decimis, l.1. §. Si quis hoc interdicto, ubi Bart. ff. de itinere actuq; privat.* Hier. Schurff. *cent. 2. conſil. 19. n.6.* Hieron. de Monte *d. c. 78. n. 9. & ſeqq.* Unde probato uno aliquo juriſdictionis actu, non infertur alia juriſdictionis ſpecies, quàm ille actus refert, *c. cum auditis, & c. cùm olim, extr. de præſcript.* Corne. *conſ. 142. in pr. & conſ. 333. n. 46. vol.1.* Hieron. de Monte *d.c.78. num.13. & 14.*

An autem juriſdictio præſcriptione adquiſita cenſeatur cumulativè aut privativè comparata, conſulendus eſt Menoch. *de præſumpt. 109. lib.2. præſumpt. 18. num. 24.* Schrad. *Tract. feud. part.10. Sect.1. num.132.* Matth.Coler. *de proceſſib. executiv. part.2. c.1. num. 126. & ſeqq.* Modeſtin. Piſtor. *q. 137. n.25. part. 4.*

Caput

Caput IX.

De juriſdictionis Subjecto.

Summaria.

1 Iuriſdictionis ſubiectum duplex materia ſcil. in quâ, & materia circa quam

2 Vtrum juriſdictio ſit in perſona, cui ea competit, an verò in territorio, cui magiſtratus præeſt, remiſſivè.

3 Sententia eorum, qui juriſdictionem paſſivè & materialiter territorio, magiſtratibus verò activè & formaliter ineſſe dicunt, reprobatur.

4 Iuriſdictio ſe habet in territorio, ſicut nebula ſolis æſtiva potentiâ generata ſe habet ſuper paludem.

5 Cui Provincia aliqua, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronia aut civitas gubernanda conceditur, is juriſdictionem nanciſcitur, non ex qualitate rei conceſſæ, ſed ex modo conceſſionis, qui in gubernando & adminiſtrando conſiſtit

6 Iuriſdictionem territorio provinciæ totius vel civitatis cohærere, at territorio caſtri aut pagi, quod quive civitati alicui ſubeſt, non cohærere Bartol. tradit, ſed malè.

7 An Princeps in feudum alicui concedens civitatem vel caſtrum cum juriſdictione, perſonæ vel rei, putà civitati vel caſtro, juriſdictionem tribuere intelligatur.

8 De priori juriſdictionis ſubiecto perſonâ ſcil cui adhæret juriſdictio, duæ notandæ regulæ, prior: *Qui iuriſdictioni præeſt, neq; ſibi ius dicere debet, neq; uxori, neq; liberis vel cæteris, quos ſecum habet*. Poſterior: *Qui iuriſdictioni præeſt, maiori aut æquali ſive pari magiſtratui ius dicere nequit, niſi is conſentiat*. n. 9.

10 Iuriſdictionis ſubiectum poſterius.

11 Iuriſdictio Rotvveilenſis judicii certis regionibus & diſtrictibus circumſcripta.

12 Cognitio homicidii in cõfinio duorum territoriorum commiſſi, ad cuius territorii magiſtratum pertineat.

13 Quomo-

13 Quomodo dignoſcatur in quo territorio homicida ſteterit, ſi homicidium commiſſum ſit in confinio duorum territorium.
14 Cognitio & executio criminis, veluti homicidii, in publicâ viâ commiſſi, ad quem pertineat.
15 Vbi tumulari debeat is, qui publicâ in viâ duo inter territoria diverſorum dominorum ſita, aut alio in confinio occiſus eſt.
16 Cura & educatio infantum expoſitorum ad cuius juriſdictionem pertineat. & n. 19. 21. 22.
17 Infantum expoſitorum curam & educationem juriſdictionis eſſe.
18 Infanti expoſito ſine prole morienti, quis ſuccedat inteſtato. & n. 20.

JUriſdictionis ſubiectum quod ſit, ignorandum non eſt, quippe cum huius rei cognitio ad faciliorem variarum quæſtionum expeditionem haud parum conducat, ut oſtendit Jaſon *in l. 1. num. 12. & ſeqq. ff. de jurisdict.* Eſt autem † juriſdictionis ſubiectum duplex, 1 unum, cui ineſt ſive cohæret juriſdictio, vulgus dialecticorum, materiam in qua vocare conſuevit: Alterum, circa quod verſatur juriſdictio, Logici obiectum, & materiam circa quam appellare ſolent.

De priori ſubiecto quæſtio dubia eſt, ſitne 2 juriſdictio in perſona, cui ea competit, puta in magiſtratu, an verò in territorio, cui magiſtratus præeſt? Huius quæſtionis reſolutionem præſtiti non obſcurè ſub cap. præcedenti, non longè à principio, ubi docui non territorio ſive prędiis alicuius civitatis, non caſtro, non pago, ſed perſonæ ineſſe, aut cohærere juriſdictionem, tum quia juriſdictio poteſtas ſit, quæ per-

quæ perſonarum eſt, non prædiorum: tùm etiam quia juriſdictio in jure dicundo conſiſtat, jus autem perſonæ dicant, reddant, decernant, non prædia; tum poſtremò quia territorium, id eſt, univerſitas agrorum cuiuſq; univerſitatis ſine juriſdictione, & juriſdictio ſine territorio eſſe poſſit, qualem juriſdictionem habent Rectores Academiarum. Non auſim ergò ſalvâ juris authoritate, cum Dd. affirmare, juriſdictionem in dubio, præſumi, ineſſe vel cohærere in territorio, quam ſententiam refutavi quoque ſupra eodem præcedenti capite, ubi reſpondi *ad l.1. §. Initio. 4. ff. de offic. Præfecti urbi.* Nec deſunt etiam ex Dd. noſtris, qui in dubio iuriſdictionem perſonæ datam, non territorio conceſſam tradunt, quos refert & ſequitur Nicol. Boer. *deciſ. 227. n. 17.*

9 Non ſanior eſt illorum ſententia, qui juriſdictionem paſſivè & materialiter ineſſe territorio, tanquam in re inanimata ſcribunt: in magiſtratibus verò activè & formaliter, tanquam in ſubiecto animato, argumento ſervituris prædialis, quæ opinio eſt Baldi, *in tit. 54. de Allodiis, n. 4. lib. 2. feudor.* Jaſ. *in l. 1. n. 15. ff. de jurisd.* & Boerii, *deciſ. 227. n. 7.* Servitus enim eſt qualitas prædii ſervientis, *l. Traditio. 20. §. 1.* ibi, *tale transfertur, quale fuit, junct. v. Si ſervus uit fundus, ff. de adquir. rer. dom. l. Quid aliud. 86 ff. de verb. ſig. l. Qui fundum, 12.* ibi, *fundus qualiter*

qualiter ſe habens. ff. Quemadmodum ſervitus amitt. at iuriſdictio non eſt territorii qualitas, ſed eius tale quoddam adiunctum, quod duntaxat verſatur circa territorium, eiuſq; res & perſonas, *l. ult. ff. de juriſd.* Eſt quidem territorii appellatio relativa, reſpectum habens ad iuriſdictionem, verum relationem illam capit à iuriſdictione, quæ non ipſimet ineſt, ſed perſonæ illius, quæ præeſt iuriſdictioni *d. l. ult. ff. de juriſd. & l. Pupillus. 239. §. territorium, ff. de verb. ſign.*

Propius accedere veritati videntur illi, qui 4 iuriſdictionem in territorio ſe habere ſcribũt, ſicuti nebula Solis æſtiva potentia & calore generata, ſe habet ſuper paludem, quæ eſſe poteſt ſine nebula, Bart. *in d t. de allodiis. n. 7. in fin. lib. 2. feud.* Socin. *conſ. 74. col 2. verſ. Primò quia ex quo, vol. 1.* Purpurat. *in l. 1. n. 156. ff. de juriſd.* Nicol. Boer. *d. deciſ. 227. n. 7.*

Errore ducuntur & illi, qui ex eo, quod cui 5 Provincia aliqua; Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronia, aut civitas gubernanda conceditur, eidem etiam iuriſdictio data cenſetur, *l 2. l. 4. § ult l. Si in aliam 7. §. ult. & l. ſeq. l. Quicquam, 9. in prin. ff. de offic. Proconſul. l. 3. & l. ſeq. illicitas. 6. §. Qui univerſas, & tot. t. ff. de offic. Præſid. l 1. ff de offic. Præfecti urbi* concludere audent, ipſi Provinciæ, Ducatui, Marchionatui, Comitatui, Baroniæ, civitatis territorio adhærere, ſive ineſſe iuriſdictionem.

Cui

Cui enim tale quid gubernandum & adminiſtrandum conceditur, juriſdictionem nanciſcitur, non ex qualitate rei conceſſæ, ſed ex modo conceſſionis, qui in gubernando & adminiſtrando conſiſtit, ſine juriſdictione autem gubernari & adminiſtrari provincia, aut civitas aliqua non poteſt, *l. 2. §. Poſt originem. 13. & §§. ſeqq. ff. de orig. jur.* Cui ergo adminiſtranda & gubernanda conceditur aliqua Provincia vel civitas, eidem etiam juriſdictio tribui intelligitur, *argument. l 2.* ubi Alexand. & alii, *ff. de jurisdict.* unde rectè ſentiunt, qui docent, quod quidem juriſdictio territorio terminetur, non autem territorio adhæreat, ſed perſonæ eam habenti. Ita ſcribit Auguſt. *in l. ult. num. 1. ff. de jurisdict. per text. in l. More. 5. ff. dict. tit.* Idem ſentit, Bartol. *in l. 1. num. 15. & 16. ff. de jurisdict.* Priori loco *verſ. Tertiò dico. jurisdictio*, ait, *non cohæret territorio, ſicuti qualitas ipſius territorij, ſed qui eam habet, habet eam ſuo jure, hoc eſt, jure reſidente in perſona eius, non in ipſo territorio*, Et *verſic. Sicut ergo jurisdictio*, inquit, *non eſt qualitas territorij, ſed magis perſonæ.* Loco poſteriori, in fine. *Unde*, ait, *perſonis inhæret jurisdictio, & perſonarum eſt.* Scribit quidem Bart. ibidem, quod juriſdictio cohæreat territorio, ſed hoc ita cōfeſtim exponit, ut dicat terminari juriſdictionem territorio, hoc eſt, extra territoriū ſe non extendere *per text. in d. l. ult. ff. de jurisd.*

Idem

Idem tamen Bartol. *conſil. 189. num. 1. & 2.* 6
diſtinguit inter territorium Provinciæ totius vel civitatis, & territorium caſtri aut pagi, quod quive civitati alicui ſubeſt, totius Provinciæ, itemque civitatis territorio cohærere juriſdictionem tradit, *per l. 4. d l. Illicitas. 6. §. Qui univerſas, ff. de offic. Præſid. d. l. 1. §. Cùm urbem ff. de offic. Præfecti urbi, l. 1. C. de Defenſorib. civitat.* at territorio caſtri aut pagi, qui civitati ſubeſt, juriſdictionem non cohærere autumat, ex eo, quod ſubeſt civitatis juriſdictioni, *l. 4. C. de naturalib. liber.* Verùm enimverò pronuntiatum illud prius de Provinciæ & civitatis territorio firmamenti capit nihil ex juribus adductis, cum ea oſtendant ſolum, qualem habeant juriſdictionẽ, qui univerſas regunt Provincias, & qui civitatem adminiſtrant, arguũt igitur perſonæ juriſdictionem cohærere non Provinciæ aut urbis territorio. Quia † verò 7
juriſdictio perſonæ cohæret, non territorio, ut ex prædictis ſatis ſuperq; conſtat, in quæſtionẽ vocari poteſt, ſi Princeps aliquis cuidam in feudum concedat civitatem, vel caſtrum cum juriſdictione, an perſonæ vel rei, putà civitati vel caſtro tribuere juriſdictionẽ intelligatur? Bart. *d. conſ. 189. n. 2. & ſeqq.* diſtinguit inter conceſſionem claram & expreſſam, ut qua nominatim vel perſonæ vel civitati aut caſtro juriſdictio tribuitur, & conceſſionem dubiã, priori caſu valere putat, quod nominatim eſt actũ,

caſu autem poſteriori, iuriſdictionem perſonę datam cenſeri: tum quia induſtriam perſonæ Princeps elegiſſe videatur, *l. 1. C. de offic. Præfe-cti Prætorio*, ut proinde cùm conceſſionis cauſa fuerit perſona, eidem etiam beneficiũ intelligi conceſſum; *l. In omnib. ff. de reg. jur.* tum etiam quia ius, quod poteſt concedi perſonæ & rei, in dubio intelligatur perſonę tributum, *l. pater filia. 6. ff. de ſervit. legat.* Quibus rationibus & hæc addi poteſt, quod pręſumendum illud potius ſit, quod natura rei, de qua agitur, iure communi requirit, quàm quod qualitas accidentalis iure ſpeciali ſuadet, Pariſ. *conſ. 73. n. 62. lib. 2.* Natta *conſil. 42. n. 11. lib. 1.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæſt. caſu 472. n 19. & de præ-ſumpt. lib. 1. præſumpt. 29. n. 6. & 9.*

8 Sunt autem de priori iuriſdictionis ſubiecto, de perſona ſcilicet, cui adhæret ſive competit iuriſdictio, duæ cumprimis notandæ regulæ. Prior eſt: Qui iuriſdictioni præeſt, neq; ſibi ius dicere debet, neq; uxori, neq; liberis, vel cæteris, quos ſecum habet, *l. Qui jurisdi-ctioni, 10. ff. de jurisdict.* Cui ſententiæ non obſtat, quod in negociis privatis pater filium, & filius patrem habere iudicem poteſt, *l. In pri-vatis. 77 ff. de judic.* loquitur enim Africanus JCtus eo loco de iudice dato, ſive pedaneo iudice, qui iuriſdictionem habet nullam, *l. Ait Prætor. 5. ff. de re judic.* Hic iudex, quia ſecundum præſcriptã ſibi formam iudicare tenetur, ut ſupra

ut ſuprà c. 1. expoſui, idcircò iniquum non eſt, neq; periculoſum, patrem judicem dari filio: Magiſtratus verò, qui juriſdictioni præeſt, cùm non aſtringatur certæ judicandi formulę, poſſet in ſui ſuorumq; commodum recedere à jure. Neq; etiam refragatur textus *in l. apud filium 18. ff. de manumiß. vindict. & in l. Magiſtratum. 4. ff. de adopt.* ubi dicitur, quod filius apud patrem, qui juriſdictioni præeſt, manumittere, & magiſtratus filios ſuos apud ſe & emancipare, & in adoptionem dare poſſit. Hæc enim axiomata loquuntur de voluntaria non contentioſa juriſdictione, *l. 2. & 3. ff. de offic. Proconſul.* quę juriſdictio voluntaria in nullius tertii præiudicium tendit.

Poſterior regula hæc eſt: Qui juriſdictioni præeſt, maiori aut æquali ſive pari magiſtratui jus dicere nequit, niſi is conſentiat, *l. Eſt receptum. 14. ff. de jurisdict. l. 3. § ult. & l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept.* Unde Prætor in Prætorem, neque Conſul in Conſulem juriſdictionem habet, *l. Ille à quo. 13. §. Tempeſtivum, ff. ad Trebell.* voluntariam juriſdictionem par in parem, aut maiorem, licet conſentiat, exequi non poteſt, *d. l. apud. 18 §. apud collegam, ff. de manumiß. vind.* Ratio eſt, quia hãc juriſdictionem poteſt quis apud ſe ipſum expedire, *l. An apud. 5. ff. dict. t. l. 4. ff. de adopt.* unde fruſtrà de hac juriſdictione alium quærit, *argum. l. Quia non. 22. ff. de condit. inſtitut.* 9

10 Sequitur de altero juriſdictionis ſubiecto, quod eſt juriſdictionis obiectum, circa quod verſatur ipſa juriſdictio, & in quo juriſdictio occupatur, huiuſmodi ſubiectum eſt quævis perſona & res, intra territorium jus dicentis exiſtentes. *c. P. & G per literas. extr. de officio & poteſtat. judic. deleg. l. Prætor. 17. & l. ult. ff. de juriſdict.* Sed perſonæ & res pro qualitatum varietate, vel ad huius, vel illius judicis pertinent juriſdictionem, ut patet ex juriſdictionis diſtinctionibus propoſitis ſuprà c. 3. maximè ex diſtinctione quarta, quinta, ſexta & ſeptima.

11 Juriſdictio Rotvveilenſis judicii certis regionibus & diſtrictibus circumſcripta eſt, ut arguit *ordinatio judicij aulici Cæſarei Rotvveilenſis, part. 2. tit. 1.* Von Gezürck / juriſdiction, vnd Gerichtszwang deß Kayſerlichen Hoffgerichts / Zaſ. *in l. jus dicentis, n. 37 ff. de jurisd.*

12 Nemo autem magiſtratus ultra ſuam juriſdictionem, vel extra territorium ſuum dicere jus poteſt, *d. l. ult. ff. de jurisd.* Hinc quæritur, ſi in confinio duorum territoriorum homicidium ſit commiſſum, ad cuius territorii magiſtratũ cognitio de iſthoc crimine pertineat? De hac quæſtione diverſæ Dd. extant opiniones. Bald. *ad l. Arbor. 19. ff. communi divid. & ad eund. tit.* Zaſ. *in parat. verſ. Nota maleficium,* arbitrãtur, ad utrumq; magiſtratum criminis illius cognitionem pertinere, *arg. d. l. Arbor. & l. Adeò.*

l. Adeò.7.§.ult. in fin.ff.de adquir.rer. dom. ubi traditur, quod arbor propè confinium poſita, ſi in vicinum quoque fundum radices egerit, communis ſit utriuſq; domini. Alii verò exiſtimant criminis huius vindicationẽ ſpectare ad magiſtratum, in cuius territorio caput hominis occiſi inventũ fuit, Innoc. *in c. Super eo, n. 2.v.Si autem de illa, ext.de parochiis & alienis Parochianis*, Joan.Schneid. *ad §.ult.n.8. Inſt. de jur. natur. gent.& civil.* Jo.Borch. *in explicat.c. un. Quæ ſint regalia, n.26.lib.2 feudor.per tex.in l.cùm in diverſis.44.ff.de relig.& ſumpt.fun.* ubi dicitur, quod caput principalior & nobilior pars corporis ſit, proindeq; ſi in diverſis locis cadaver hominis ſit ſepultum, & eum ſolum locum religioſum fieri, ubi caput eſt conditum, huic rationi aliqui addunt illam, quod homo cæſus ibi expirâſſe putatur, ubi caput ejus invenitur, cùm homo ultimum vitæ ſpiritum per os, quod capitis pars eſt, emittat. Quod ſi caput interfecti hominis in confinio utriuſq; magiſtratus territorium tangat, cognitionem quoq; de iſthoc crimine ad utrumque pertinere magiſtratum cenſent, Zanger *Tract.de except.part.2.c.1.n.90.* Quidam verò putant ad eum ſpectare criminis huius cognitionem, in cuius territorio non caput, ſed infima corporis pars, pedes ſcilicet hominis occiſi reperti fuerũt, cùm veriſimile ſit, ibi commiſſum homicidium, ubi ſtetit homo, qui inter-

terfectus eſt, & ſtetiſſe ibi præſumatur, ubi ejus pedes jacent.

Mihi autem nulla harum opinionũ arridet, ſed autumo hujuſmodi homicidium ad eius magiſtratus pertinere juriſdictionem, in cuius territorio homicida ſtetit, cùm admitteret homicidium. Homicidium enim æſtimamus ex ſolius homicidæ perſona, quippe cùm hæc deliquerit, non ille, qui interfectus eſt. Ubi autem quis deliquit, & ibi puniri debet, *l. 3. in fin. principij, ff. de re milit. & t. t. C. ubi de criminib. agi oporteat.* At delinquit homo in eo territorio, ubi ſtat & gladium ſuum adverſus alium ſtringit, ſiquidem animus occidendi actu quodam exteriori declaratus hoc delictum abſolvat. *l. 1. in princ. & §. Divus, l. Divus Hadrian. 14. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & l. Is, qui cum telo, 7. C. d. t.*

13 Quo autem in territorio ſteterit homicida dignoſcitur partim ex caſu ſive lapſu hominis occiſi, partim ex vulneris loco. Si enim pronus ceciderit homo percuſſus, & vulnera anteriori corporis parti illata ſint, præſumptio eſt ſtetiſſe percuſſorem ex adverſo in conſpectu occiſi, cum plerunque natura ita dirigente pronus cadat verſus cędentẽ, qui percuſſus eſt. Quod ſi verò impactum ſit vulnus poſteriori corporis parti, puta dorſo vel occipiti hominis occiſi, ſive pronus, ſive ſupinus ille ceciderit, homicida à tergo percuſſiſſe hominem exiſtimandus

mandus eſt. Cùm autem à tergo percuſſerit & vulnerarit homicida, coniectura eſt veriſimilis, quod ſteterit in eo territorio, verſus quod tergum homo occiſus habuit. His coniecturis addi poteſt quęſtio de Reo habenda, quà compellatur Reus, ut dicat, quo loco ſteterit, cùm facinus illud admitteret. Sin dubium omninò fuerit, & ex coniecturis haberi non poſſit, quo in territorio ſteterit homicida, ad utrumque magiſtratum pertinere homicidii vindicationem judico. Quicquid enim in confinio eſt, ad utrumq; confinem communiter ſpectat, *l. 2. §. Præterea, ſi in confinio, ff. de aqua & aquæ pluv. arcend. l. pen. ff pro ſocio l. arbor. 19. ff. communi divid. & l. Adeò. 7. in fin. & l. ſeq. ff. de adquir. rer. dom.* Atq; hoc caſu procedere poteſt opinio Baldi & Zaſii ſupra relata.

Primam quod attinet opinionem, nihil ea roboris capit ex fundamentis, quibus nititur, neq; juris rationi congrua mihi videtur. Non enim confinium per ſe communem facit arborem, ſed quod arbor in confinio poſita radices in confines egit fundos, ex quib. utriuſq; alimentum capit, *d. l. Adeò. 7. §. ult. in fin.* ibi, *ſi etiam in vicinum fundum radices egerit, ff. de adquir. rer. dom. & §. Si Titius. verſ. Et ideò propè confinium. Inſt. de rer. diviſ.* Sequens opinio admittenda nō eſt, hac de cauſa, quod criminis homicidii cognitio & executio nō ex corpore occiſi, ſed ex perſona homicidæ diiudicari

debeat, ut antea oſtendi. Ex eadem ratione corruit etiam opinio tertia.

14 Eſt & illa huius loci quęſtio, ad quem pertineat cognitio & executio criminis, veluti homicidii, quod in publica commiſſum eſt via? De hac quæſtione diverſæ extant Dd. opiniones, quidam cognitionem hanc ad eum ſpectare volunt magiſtratum, qui regale jus in illâ publicâ viâ habet. Ita ſentit Joan. Schneid. *ad §. ult. n. 8. Inſtit. de jure naturali gent. & civili. & ad §. Summa autem diviſio, n. 67. Inſtit. de interdict.* Joachim. à Beuſt. *ad l. Admonendi. 31. ff. de jurejuran. pag. 483. verſ. 1. & ſeq.* Joannes Borcholt. *ad c. un. Quæ ſint regal. num. 25. lib. 2. feud.* & Zanger. *Tractat. de except. part. 2. c. 1. num. 9.* Nonnulli verò juriſdictionem de hoc crimine ad eum pertinere magiſtratum exiſtimant, in cuius territorio publica illa via eſt ſita. Hanc opinionem amplectuntur Petr. Jacob. Aurel. *in Aurea pract. libell. Rub. 12. n. 68. & ſeq.* Guido Pap. *deciſ. 577.* Cæpolla *de ſervit. ruſticor. prædior. c. 3. n. 32.* Alciat. *ad l. Paries. 157. ff. de verb. ſign. & reſp. 1. n. 14. vol. 7.*

Prior opinio ferenda non eſt, juriſdictio enim & regalę jus ſeparata ſunt, quorũ alterum cum altero nihil commune habet. Juriſdictio eſt poteſtas negociis reddendi & decernendi jus legibus conſtitutum, *ut ſuprà cap. 1. expoſui.* At ius regale eſt, quod propriè pertinet ad Imperatorem, vel etiam alios Principes

ex con-

ex conceſſione vel præſcriptione, in ſignum ſupremæ eminentiæ & Imperii aut Principatus utilitatem tributum. Reichsabſchiedt *de Anno 1576.* §. Dardurch dann / ibi, Zu unſer Keyſerlichen Hoheit / und Reſervaten. Item Reichsabſchiedt *de Anno 1530. in fin.* ibi, So Regalien von uns oder dem heyligen Römiſchen Reich hat / *&* *Tit. 56. Quæ ſint regalia. libr. 2. feudor.* Cum igitur toto genere differant iuriſdictio, & ius regale, certè ab hoc non rectè ad illam argumentari poſſumus. Siquidem à Separatorum uno ad aliud perperam inferatur *l. ult. ff. de calumniatorib.*

Alteram opinionem iuri plane congruam exiſtimo, tum quia publica via, ut cuiuſque Provinciæ, ſic territorii cuiuſque pars quædam eſt. Cum ergo iuriſdictionem ſuam etiam criminalem Præſes Provinciæ exerceat in tota ſua Provincia, *l. 3. l. 4. l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. Præſidis. l. Si in aliam. 7. §. ult. & l ſeq. ff. de offic. Proconſul.* & magiſtratus urbanus intra totum ſuum territorium expediat iuriſdictionem ſuam, *l. 1. in princ. & §. Initio. & §. Quies. 12. ff. de offic. Præfecti urbi. l. Pupillus. 239. §. Territorium. ff. de verb. ſignificat.* conſequens ei eſt, quod ad publicam quoque viam, & quæ committuntur in ea, iuriſdictio ipſius pertineat, tum etiam quia via publica dicitur eſſe fundi vicini *l. Attius. 38. in fin. ff. de adquir. rer. dom.* cum via publica impetu

petu fluminis, aut terræ motu amiſſa confinis de ſuo proximo fundo viam præſtare teneatur, *l. ſi locus. 14. §. ult. ff. Quemadmodum ſervit. amitt.* Ut ergò magiſtratus ſuam extendit juriſdictionem in omnem territorii ſui fundum, *l. ult. ff. de jurisd. & d. l. Pupillus, §. Territorium. ff. de verb. ſign.* ita etiam in viam publicam, & quæ fiunt publica in via. Tum poſtremò quia Prætoris juriſdictio disertè ad ea quoq; pertinere dicitur, quæ in via publica fiunt, *l. 2. §. Ait Prætor. 20. & §. Prætor ait. 35. & §. ult. ff. Ne quid in loco publico.* Quò confert, quòd qui juriſdictionem habet in terra mari proxima, eandem etiam porrigere poteſt ad ea, quę committuntur in mari, ut poſt alios docet Hier. de Monte *Tract. de finib. regund. c. 11. in fin.*

15 Expeditis jam quæſtionibus proxima eſt illa, ubi tumulari debeat, qui publica in via duo inter territoria diverſorum Dominorum ſita, aut quodam alio in confinio occiſus eſt? Spectandum hîc eſſe judico, cuius in territorio caput occiſi incumbat. In eius enim territorio humandum reor corpus, in cuius territorio caput jacet, *per textum in l. cùm in diverſis. 44. ff. de religioſis & ſumpt. funer.* Quod ſi in confinio utriuſque Domini territorium capite contingat corpus cæſum, etſi communis eſſe juriſdictio hoc caſu videatur, *arg. l. penult. ff. pro ſocio, l. arbor. 19. ubi Bald. ff. communi divid. l. Adeò, 7. in fin. & leg. ſeq. ff. de*

adquir.

adquir. rer. dom. Zaſ. *in parat. ad tit. communi divid. circa fin. verſ. Nota maleficium.* Quia tamen non niſi uno in loco ſepulchrum habere poteſt, *dict. l. cùm in diverſis. 44. ff. de relig. & ſumpt. fun.* in illius territorii cœmiterio arbitror ſepulturam faciendam eſſe, in quo territorio maior pars vel capitis vel reliqui corporis reperitur, cum maiori parti cedere debeat minor, *l. Quicquid. 27. §. cùm partes, ff. de adquir. rer. dom. l. In rem. 23. §. In omnib. 4. ff. de rei vindic.* & duæ rationes ſemper uni prævaleant, *l. pen. in prin. verſ. Si pater naturalis. C. de adopt. & §. cùm ex aliena, verſ. Quod ſi partim, Inſtit. de rer. diviſ.*

Eſt & illa frequens huius etiam materiæ quæſtio, ad cuius juriſdictionem pertineat cura & educatio infantum expoſitorum? Notum eſt parentes ſæpe impietate adductos, inhumaniter abiicere, vel egeſtate & fame compulſos alienæ miſericordiæ exponere liberos ſuos infantes, Unde *Cod. Tit. de infantibus expoſitis. Novell. item. 153. & Tit. juris Canonici de infantibus & languidis expoſitis.* Horum autem † infantum curam & educationem juriſdictionis eſſe, vel ex eo evincitur, quod magiſtratus idem, qui pupillis pro ſua iuriſdictione tutores conſtituit, etiam de alimentis iubetur proſpicere eiſdem *§. Sed ex his legibus, verſic. Sed hoc iure utimur, Inſtit. de Attil. tutor. junct. §. Si quis tutor. Inſtit. de*

ſuſpectis

ſuſpectis tutoribus. l. 1. & l. 2. C. de alimentis pupillo præſtand. Sed cuius ſit iuriſdictionis, Eccleſiaſticæ vel Politicæ, in dubium vocari poteſt. Et utriusq; jurisdictionis hanc eſſe rem, ſi quadam in civitate vel eius territorio expoſitus ſit infans, *arguit tex. in l. Sancimus. 30. C. de Epiſcop & Cler. & l. ult. in fin. c. de infant. expoſitis. & Novell. 153. verſ. Quia ſancimus.* At maioris eſt disquiſitionis, infanti huic alimẽta præſtare quis teneatur? Aliqui hoc onus incumbere Eccleſiæ exiſtimant, ſi non extet hoſpitale ea in civitate Abbas Panormitan. *in c. un. ext. de infantib. & languid. expoſit.* Jacob. de S. Georg. *in l. Heres abſens. §. Si quis tutelam, num. 41. ff. de judic.* ubi ſcribit, quod in hanc ſententiam conſuluerit ſæpe. Ant. item Sola *in conſtit. Pedemont ſuper decreto de captura debitor in cauſa civili gloſ. 1. num. 8.* ait, ſe ita obtinuiſſe in cauſa communitatis Javenni & Strambini.

Nonnulli autem hoc onus imponunt domino eius loci, putà Principi aut Comiti.
18 Cùm enim † ille ſucceſſurus ſit inteſtato, & ſine prole morienti expoſito, ſiquidem huius cognatio ignoretur *argum. l. 1. & 4. C. de bonis vacantibus, lib. 10. l. 1. ff. de ſucceſſ. edict. & l. un. C. unde vir. & uxor.* æquum autem eſſe autumant, ut etiam alat eundem, iuxta regulam, qui ſentit commodum, etiam onus ſentire debet. *c. Qui ſentit, tit. de reg. jur. in 6.* Quidam

verò

verò ipſi communitati hoc onus incumbere ſentiunt, ſi ea hoſpitale non habeat. Quam opinionem refert Anton. Teſſaurus *deciſ. Pedemont. 118. num. 3.* Et dicit Joan. Petr. Surd. *Tractat. de aliment. tit. 1. quæſt. 8.* in patria ſua deficientibus hoſpitalibus à communitatibus locorum infantes expoſitos recipi, & nutricibus impenſa publica alendos tradi ſolere. At memoratus Teſſaurus *d. deciſ. 118. nu. 4.* novam ex ſuperioribus compoſitam opinionem produxit, qua vult onus hoc pro rata facultatum uniformiter ſpectare ad Eccleſiam, Dominum loci, etiamſi vaſallus ſit, & communitatem *per Novell. 153. de infantibus expoſitis, verſ. Quia ſancimus.*

Cæterùm, ut mea fert opinio, infantes hi 19 in hoſpitali ſunt alendi, ſi quod extet in loco, ubi expoſitus eſt aliquis infans. Ad hoc enim inſtituta ſunt hoſpitalia, ut in ea pauperes recipiantur. *Clement. quia contingit, in princ.* & ibi Cardinalis. *tit. de religioſis domib.* Bald. *in l. Sancimus. §. Sed et ſi quis, C. de latina libert. toll.* Expoſitos autem infantes pauperibus connumerari dubium eſt nullum.

Quod ſi expoſitus ille poſtea aliquid quo 20 vis titulo adquirat, cum inteſtatus & abſque prole moritur, hoſpitale ei ſuccedit ex ſententia. Bald. *in l. Si qua illuſtris. C. ad SCtum. Orfic.* quem ſequitur Dan. Moller. *lib. 4. Semeſtrium, c. 45. n. 10.* Quò facit regula, qui ſentit onus, ſentire de-

ſentire debet & commodum *d. c. Qui ſentit. tit. de reg. jur. in 6.*

21 Quod ſi communitas illa, in quo, aut territorio eius infans expoſitus reperitur, non habeat ullum hoſpitale, cum aliis ſupra memoratis, juris eſſe reor, ut Eccleſia curam & educationem expoſiti infantis ſuſcipiat. Epiſcopo enim cæteriſquè Prælatis incumbit maximè ſuis copiis pauperum inopiam ſublevare, *leg. 2. verſic. Si quid enim Parſimonia, Codic. de Epiſcop. & Cleric. Can. 1. diſtinction. 82. Can. Gloria Epiſcopi. 12. quæſt. 2.* Gravett. *de antiquitat. tempor. part. 4. §. Circa præmiſſa, num. 11.* Et bona Eccleſiarum dicuntur eſſe bona pauperum, *Can. ult. 16. quæſtion. 1. dict. Clement. Quia contingit. §. ut autem præmiſſa, verſic. Et eorum proventus, Tit. de religioſis domibus,* Schurff. *conſil. 48. numer. 10. centur. 1.* Eatenus tamen Eccleſia expoſiti infantis curam & educationem, præſtando ei alimenta, ſuſcipere tenetur, quatenus ex eius bonis præter clericorum ſuſtentationem quid reliquum fuerit, cùm antè omnia clericis alimenta debeantur *Can. Epiſcopus, verſic. Participet autem. 12. quæſtion. 1.* Hieronym. Gigas, *conſil. 25. num. 10. cum ſeqq. conſil. 116. num. 4. & conſil. 130. num. 1.* Menoch. *conſil. 72. num. 12.* Franciſc. Marcus *deciſ. 437. num. 4. part. 1.*

Hoc

Hoc igitur proximo caſu, quo Eccleſiæ præter Clericorum alimenta nihil ſuppetit, politici magiſtratus eſt infantibus expoſitis de alimentis proſpicere, *Novell. 131. cap. ult. l. Sancimus, 19. C. de Sacroſanctis Eccleſiis. l. Orphanotrophos, 31. C. de Epiſcop. & Cler.* Petrus Gregor. *lib. 15. Syntagm. c. 28. num 4.* Martin. Coler. *de alimentis, lib. 1. c. 17. num. 47.* & Daniel. Moller. *lib. 4. Semeſtr. cap. 45.*

Caput

Caput X.

De juris Remediis pro tuenda iuriſdictione comparatis, & probatione tum iurisdictionis, tum poſſeſsionis eiuſdem.

Summaria.

1 Hodie in imperio etiam juriſdictiones quaſi poſſidentur.
2 Si alius alium turbet in juriſdictionis quaſi poſſeſſione, locum habere utile interdictum uti poſſidetis.
3 Si quis ab alio atrociter deiectus ſit de quaſi poſſeſſione juriſdictionis, pro eâ recuperanda locus eſt utili interdicto unde vi, ex ſententiâ Dd. ſecus de jure ſcripto.
4 Pro recuperanda poſſeſſione juriſdictionis remedium eſt Can. Redintegranda. 3. q. 1 & c. ſæpe. extr. de reſtit. ſpoliator.
5 Datur etiam turbatæ aut vi ablatæ juriſdictionis nomine iniuriarum actio.
6 Turbator aut invaſor alienæ juriſdictionis confeſtim propria authoritate expelli poteſt.
7 Iudicium pœnale, captio pignorum & mulctæ indictio adverſus contumaces, etiam remedia ſunt, quibus quis juriſdictionem ſuam tueri poteſt.
8 Cùm de ipſo juriſdictionis jure controverſia oritur, locum inveniunt confeſſoria & negatoria actiones.
9 Qui judicio experiri vult interdicto aliquo, quaſi poſſeſſionis nomine juriſdictionis, quaſi poſſeſſionem juriſdictionis ſuæ probare debet per actus juriſdictionales.
10 Actus juriſdictionales qui ſint.
11 Vtrum impoſitio & exactio collectarum ſive gabellarum, & ſolutio cenſus facta civitati juriſdictionem prætendenti, actibus juriſdictionalibus addenda, an verò ſnter regalia numeranda.
12 Factio ſtatutorũ generalium an actus juriſdictionalis.

13 Ad probandam quaſi poſſeſſionem juriſdictionis ſufficit unicus actus juriſdictionalis.
14 Actum juriſdictionalem probari vel per teſtes, vel per ſcripturam, & quomodo. n. 15. & 16.
17 Cùm quis ipſius juriſdictionis nomine experiri vult actione confeſſoria vel negatoria, juriſdictionem probare debet vel jure proprii territorii, vel titulo, vel præſcriptione. & n. 18. & 19.

HAud raro inter duos pluresve dominos 1
de juriſdictione controverſia oritur, quæ diſceptationem deſiderat judicialem, vel de quaſi poſſeſſione juriſdictionis, cùm hodie in imperio etiam juriſdictiones quaſi poſſideantur. Capit. *deciſ. 121. num. 26. & ſeq.* Carol. Tapia. *in l. fin. part. 2. cap. 9. num. 74. ff. de conſtitut. Princip.* Quamvis ſecus videatur Molinæo *in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5. n. 56.* vel de ipſo juriſdictionis jure, quod alius ab alio vindicat, vel alius alii negat.

De quaſi poſſeſſione juriſdictionis contro- 2
verſa, ut ſi alius alium turbet in juriſdictionis quaſi poſſeſſione, locum habet utile interdictum uti poſſidetis, *cap. licet cauſam, extr. de probat.* Ferrar. *in forma libelli pro turbata poſſeſſione, in verb. Coram vobis, num. 3.* Menochius *de retinenda poſſeſſione Remed. 3. nu. 107. & ſeqq. num. 115. num. 134. & ſeq. num. 137. & ſeq. num. 139. & ſeq.* Speculat. *Tit. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, §. 1. num. 16.* Virg. Bocat. *de manu. in poſſeß. cap. 8. num. 6.* Joan. Schneidevvin. *ad §. Retinendæ Inſtit. de interdict.* Jure tamen civili hæc ſententia vix defendi poteſt,

 ut oſten-

ut oſtendi aliquot argumentis *ſub Diſp. 5. claſſis 3. ad theſ. 52.*

3 Quod ſi alius ab alio atrociter deiectus ſit, de quaſi poſſeſſione iuriſdictionis; pro ea recuperanda ex ſententia Dd. locus eſt utili interdicto, *unde vi*, Specular. *Tit. de reſtit. Spoliator. §. 1. num. 7. & §. Nunc dicamus, num. 2. & ſeqq.* Ferrar. *in forma libelli in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis, in verb. Coram vobis, num. 12.* Gravett. *conſil. 825. num. 11.* Weſenbec. *in paratit. ff. de vi & vi armat. num. 9.* Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. Remed. 1. num. 81. & ſeq.* Goſtal. *in leg. Sicuti. 8. §. Ariſto, ff. Si ſervitus vindic.* Quamvis theoricæ veritati vix conſonet iſthæc communis Dd. opinio cum iure ſcripto; is tantum per vim deiici dicatur, qui ex ſolo deiicitur, vel ſolo cohærentibus, veluti ex fundo aut ædibus, *leg. 1. §. Hoc interdictum. 3. & §§. ſeqq. ff. de vi & vi armat. l. 2. in princ. l. 4. in prin. l. invaſor 5.* ibi, *Si tamen vi loca eadem, C. Unde vi.*

4 Sunt & alia iuris remedia, pro recuperanda poſſeſſione beneficio iuris Canonici comparata Can. *Redintegranda. 3. quæſt. 1. c. Sæpe, extr. de reſtit. Spoliator.* Menoch. *de recup. poſſ. Remed. 15. & ſeqq.*

5 Non denegatur etiam turbatæ, aut vi ablatæ iuriſdictionis nomine iniuriarum actio, *argument. l. Iniuriarum. 13. §. ult. & l. Qui in domum. 23. ff. de iniur.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. re-*

ſeſſ. Remed. 3. num. 606. Joſeph. Ludovic. *commun. concluſ. 71. n. 4.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1190. num. 28.* Andr. Gail. *de pace publ. obſerv 27. & 29.* Weſenbec. *conſil. 43. n 94. & conſil. 33. num 14.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quod turbator aut invaſor alienæ juriſdictionis etiam confeſtim propria authoritate expelli poteſt, 6
l. 1. §. Vim vi, 27. l. 3. §. Eum igitur. ff. de vi & vi armat. l. 1. C. Quando liceat unicuiq; ſine jud. ſe vind. l. 3. ff. de juſtit. & jur. l. Scientiam, 45. §. Qui cùm aliter, ff. ad leg. Aquil. l. 1. C. Vnde vi. cap. olim cauſam. extr. de reſtitut. Spoliator. Henning. Gœden. *conſil. 62. num. 8.* Weſenb. *conſil. 33. num. 1. & ſeqq.* Menochius *conſil. 230. num. 84. & ſeqq.* Modeſtin. Piſtoris *conſil. 4. numer. 21. lib. 2.*

Sunt & alia juris remedia, quibus juriſdi- 7
ctionem ſuam tueri quis poteſt, putà judicium pœnale, *l. unic.* ibi Weſenbec. *in parat. ff. Si quis jus dicenti non obtemp.* Oldendorp. *Claſſ. 1. act. 2.* Duaren. *lib. 1. Diſputat. anniverſ. c. 50. & in Apolog. adverſus Eg. Baronem in fin.* Cuiac. *lib. 24 obſerv. c. 25.* Captio pignorum, *§. Sed ex his legibus, verſic. Nam ſupradictis,* ibi, *Nam de compellendis, Inſtit. de Attil. tutor. junct. §. Quibus, Inſtitut. de ſatisdat. tutor.* & Mulctæ indictio adverſus contumaces; *l. ultim. Codic. de modo mulctar.* ſive ſubditi ſint, ſive extranei, Menochius *conſil. 230. num. 84.*

& ſeqq. Weſenbec. *conſil. 33. nu. 17. & conſil. 43. n. 96. & ſeqq.*

8 Cùm de ipſo juriſdictionis jure controverſia oritur; locum inveniunt confeſſoria & negatoria actiones, Emanuel Soarez in *Theſauro recept. ſentent. num. 52. in verb. Actio confeſſoria*, Petr. Jacob. Aurel. *in practic. libellor. Rubr. 12. num. 8.* Schneid. *in §. Æque, numer. 10.* & ibidem Mynſing. *num. 26. ff. Inſtit. de action.* Weſenbec. *in paratit. ff. de juriſdict. num. 13.* Petr. Coſtal. *ad leg. 2. ff. Si ſervit. vindic.* ab hac tamen opinione diſcedunt Coraſ. *in l. Ei qui. 14. num. 2. & ſeqq. ff. de ſervit.* & Joannes Vaud. *libr. 2. variarum quaſtionum, queſt. 27.*

9 Cæterùm prædictis remediis juris tueri, qui vult juriſdictionem ſuam, probationem intentionis ſuæ præſtare debet. Et ſi interdicto quodam; quaſi poſſeſſionis nomine aliquis judicio experiatur; probanda eſt; quaſi poſſeſſio juriſdictionis. Ea autem probari po-
10 teſt per actus juriſdictionales, ut ſunt † citatio; modo citatus comparuerit; Albertus Brunn. *conſil. 34. num. 16.* & Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 946. num. 2.* Hieronym. de Monte *de finibus regund. c. 52. num. 4.* Captura item delinquentium, Bartol. *in l. un. nu. 7. ff. Si quis jus dicenti non obtemper. gloſ. in leg. conſentaneum. 8. in verbo cogendum, cap. Quomodo & quando judex.* Brunn. *dict. conſil. 34. in fin.*

in fin. Bald. *in l. Data opera. 11. num. 28. C. de his, qui accuſar. non poſſunt,* Alex. *conſil. 43. in fin. vol. 1.* Menoch. *de retinend. poſſeſ. Remed. 3. num. 586.* Maſcard. *dict. concluſ. 946. num. 4.* Idem Menoch. *conſil. 1000. num. 8.* Sic & judicatio, putà condemnatio, vel abſolutio rei Rom. *conſil. 70. num. 13.* Socin. Sen. *conſil. 187. verſ. Jam ergò tempus, lib. 2. poſt Bart. in l. 2 §. Hoc interdicto, ff. de itinere, actuq; privat.* & Dd. *in cap. cum Eccleſia Sutrina, extr. de cauſa poſſeſ. & propriet.* Brun. *conſil. 34. num. 15.* Menoch. *de retinend. poſſeſ. dict. Remed. 3 n. 585. & dict. conſil. 1000. num. 8.* Arreſtatio & Sequeſtratio, *argum. l. unic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. Clement. unic. de ſequeſtrat. l. 1. §. jubet, ff. de collat. bonor.* Petr. Ferrar. *in form. ſequeſtri ſeu Saximenti, verſ. Sapiens vir, num. 2. & 3.* Tum etiam miſſio in poſſeſſionem bonorum, *argum. dict. l. conſentaneum. Cod. Quomodo & quando Judex.* Multæ & pœnæ impoſitio *l. 2. ff. Si quis in jus vocat. non ierit. l. ult. C. de modo multar.* Bart. *in dict. l. unic. §. 1. num. 6. ff. Si qui jus dicenti non obtemper.* Jaſon *in §. Pœnales, num. 102. & ſeq. Inſtit. de action.* Hieron. de Monte, *Tractat. de finib. regund. c. 32. num. 5.* Cuſtodia locorum, putà civitatis, caſtri, vel pagi, *l. Congruit. 13. in princip. ff. de offic. Præſid.* Hieronym. de Monte *dict. cap. 52. num. 5.* Electio officialium, & publicatio proclamatum, Ruin. *conſil. 2. num. 4. vol. 4.* Maſcardus

dict. Concluſ. 946. num. 2. Appellatio ad aliquem facta, *cap. Si duobus. §. Deniq. extr. de appellat.* Alban. *conſil. 62. num. 8. & conſil. 64. num. 8.* Gravett. *conſil. 209. num. 9. & 10.* Appellationes enim ſemper ad eum fiunt, qui eſt ſuperior in juriſdictione, *l. à Proconſulib. 19. & l. Præcipimus. 32. C. de appellat.* Per Principem facta alicui, gratia & liberatio à criminis pœna, Alban. *dict. conſil. 64. num. 14.* Erectio furcæ ſive patibuli, Maſcard. *poſt alios dict. Concluſ. 946. num. 10. & Concluſ. 1053 num. 16. vol. 2.* Natta *conſil. 204 num. 4. & ſeq. & conſil. 636. num. 72.* Mynſing. *dict Reſponſ. 16. num 30.* Decian. *conſil. 52. num. 47. & conſil. 40 num. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 60. num. 2.* Vincent. de Franchis *deciſ. 510 num. 30.* Menoch *de retinend. poſſ. Remed. 3. n. 586.* Hieron. de Monte *d. c. 52. num. 4.*

21 Actibus juriſdictionalibus addunt quoque Dd. impoſitionem & exactionem collectarum ſive gabellarum, & ſolutionem cenſus factam civitati juriſdictionem prætendenti, Maſcard. *dict. concluſ. 946. num. 1. & ſeqq.* Menochius *de retinenda poſſeſ. Remed. 3. num. 583.* Hieronym. de Monte *dict. c. 52. num. 8.* Sed his de actibus ſubdubitare me facit, quod impoſitio collectarum, & exactio gabellarum inter regalia numerantur, *Tit. 56. Quæ ſint regalia, lib. 2. feud.* quæ toto genere à juriſdictione differunt, ut ſuprà expoſui. Unde col-

lectare

lectare ſubditos, & gabellas exigere per ſe juriſdictionalis actus non eſt. Solutio quoque cenſuum actus juriſdictionalis neutiquam dicenda, quando cenſus fiſco debetur, cui etiam præſtandus eſt, *tot. tit. C. Si propter publicam penſitat. & tit. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.* At cùm debetur Reipublicæ civitatis, cui etiam à ſubditis vel perſonarum vel prædiorum nomine præſtandus eſt, quia ſubiectionis argumentum eſt. *Tot. tit. ff. de cenſibus*, denotare etiam juriſdictionem videtur, non quidem per ſe, ſed quadam conſequentia.

Addunt Dd. juriſdictionalibus actibus etiam ſtatutorum generalium factionem, Maſcard. *dict. Concluſ. 946. num. 23. 24. & 25.* Menochius *dict. Remed. 3. num. 585.* Sed quia aliud eſt jus concedere, aliud ius conditum dicere, *l. 2, §. Poſt Originem. 13. verſic. Quantum eſt enim. ff. Origin. jur.* vix defendi hæc opinio poteſt: Niſi dicas ab eo, quod maius eſt, præſumi etiam, quod eſt minus. 12

Eſt & illud hic notandum, quod unicus quoque juriſdictionalis actus ad probandam quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis ſufficit, Roman. *conſil. 411. in fin.* Alexand. *conſil. 74. num. 16. vol. 4.* Menochius *de retinend. poſſeſ. Remed. 3. num. 586.* Maſcard. *dict. Concluſ. 946. num. 6.* Modò actus ſit univerſalis & arguat animum facientis eſſe, quod univerſaliter 13

poſſidere velit, ut poſt alios, quos refert & ſequitur, docet Maſcardus *dict. Concluſ. 946. num. 7.* Modò item alius non poſſideat, Maſcard. aliorum authoritatem ſecutus *d. Concluſ. 946. n. 8.*

14 Actus autem iuriſdictionalis probandus eſt, vel per teſtes, vel per Scripturam. Et licèt teſtes fuerint ſingulares, rectè tamen probant iuriſdictionem, ut communis habet concluſio Dd. quos refert Ant. Gabr. Roman. *libr. 1. communium Concluſionum Concluſ. 2. num. 23. &* Maſcardus *de probation. vol. 2. Concluſ. 947. num. 1.*

15 Eſt tamen hîc diſtinguendum inter ſingulares teſtes. Aut enim de ſingulis actibus unius ſpeciei iuriſdictionis deponunt, putà de diverſis actibus meri imperii, ut ſi unus dicat, quod viderit ſuſpendiò aliquē puniri ex mandato cuiuſdam, alius affirmet, quod viderit iuſſu eiuſdem puniri aliquem gladio: aut verò deponunt de ſingulis actibus diverſæ ſpeciei, ut ſi unus teſtis affirmet de actu quodam ſimplicis iuriſdictionis, alius de actu meri imperii. Priori caſu teſtes ſingulares probant iuriſdictionem, quò ad ſpeciem illam unam, putà quo ad merum imperium, Lanfranc. *in c. Quoniam contra, extr. de probat. c. 7. de teſtib.* Montan. *de finibus regund. c. 52. num. 2.* Caſu poſteriori probant quidem iuriſdictionem in genere, at non quò ad hanc vel illam ſpeciem,

cùm

cùm unus ſaltem teſtetur de actu uno unius ſpeciei, putà ſimplicis iuriſdictionis, alter ſimiliter de uno actu alterius ſpeciei, putà meri imperii, Gabriel. Roman. *dict. Concluſ. 2. num 24* & Maſcard. *dict. Concluſ. 947. num. 3. & ſequenti.*

Per Scripturam probatur iuriſdictionalis actus, ſi ea contineat ſententiam iudicialem in cauſa civili vel criminali datam, Mynſing. *Reſp. 16. num. 27.* ubi in ſpecie de ſcripta Urpheda agit, quod per illam meri imperii actus probetur. 16

Quod ſi non de quaſi poſſeſſione, ſed ipſo iuriſdictionis iure, ſive quaſi dominio agatur, probanda eſt iuriſdictio, vel iure proprii territorii, vel titulo, vel præſcriptione. Jure proprii territorii probatur iuriſdictio, ſi territorium illius ſit, qui in eo ſibi iuriſdictionem vindicat. Qui enim territorium habet, præſumitur in eo etiam habere iuriſdictionem, *l. 1. §. Initio. 4.* ubi Bart. *num. 9.* & Bald. *num. 2. ff. de offic. Præfecti urbi*, Bald. *in l. unic. C. ubi de poſſeſ. agi oporteat.* Franciſc. Marc. *quæſt. 365. per tot.* maximè *num. 4. & 5. part. 1.* Socin. Senior. *conſil. 74. vol. 1.* Schurff. *conſil. 26. num. 3. centur. 1.* Oldradus *conſil. 21. num. 15. & ſeq.* & faciunt eodem quæ tradit *conſilio 176. Incipit Factum tale*, Innocentius *in c. cùm ad ſedem, num. 2. extr. de reſtitut. Spoliator.* Boer. *quæſtion. 227. n. 7.* 17

18 Tituli probatio neceſſaria eſt, quando in alieno territorio quis ſibi iuriſdictionem adſcribit, Joannes Faber. *in* §. *Retinendæ, num. 4. verſic. Et ideo non videtur, & num. 31. verſicul. Item nota Inſtitut. de interdict.* Capit. *deciſ. 209. num. 4. & 5.* Menoch. *de retinend. poſſ. Remed. 3. num. 590.*

19 Quod ſi deſit titulus, probanda eſt præſcriptio temporis immemorialis, *argument. l. 3. §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiv. & §. Super quibuſdam verſ. Præterea, ext. de verb. ſignificat.* & ſentit Aſſeſſor Cameræ Imperialis referens *voto. 1. n. 3. part. 1. Tom. 2. pag. 22.*

Caput

Caput ult.

Quibus modis Juriſdictio alicuius finiatur.

Summaria.

1 Iuriſdictio amittitur per non uſum, accedente prohibitione alterius, quâ juriſdictionis quaſi poſſeſſio intervertitur.
2 Quanto tempore juriſdictio amittatur.
3 Iuriſdictio amittitur propter denegatam Juſtitiam, ut & ob nimiam in ſubditos ſævitiam. n. 4.
5 Vaſallus juriſdictionem in feudum datam amittit omni ex cauſa, ob quam feudum amittitur.

Reſtant modi amittendæ & finiendæ juriſdictionis, juriſdictionis, inquam, ordinariæ. De modis enim amittendi juriſdictionem delegatam diſſerui ſuprà, c. 6.

Amittitur autem & finitur alicuius juriſdictio per non uſum, accedente prohibitione alterius, qua juriſdictionis quaſi poſſeſſio intervertitur, Balb. *Tractat. de praeſcript. part. 2. quintæ principalis, quaeſt. 3. n. 6. pag. 12.* Longovall. *in l. Imperium. ff. de juriſdict. c. ult. partis ult.* Hieron. de Monte *Tract. finium regund. c. 77. num. 11.* 1

Alii autem annos 30, hîc deſiderant, Hieronym. de Monte *dict. cap. 77. num. 11.* Alii ſpacium 40. annorum, Balbus *dict. Tractat. de praeſcript. part. 2. part. 5. princ. quaeſt. 3. num. 6.* 2

Sed pro

Sed pro ratione adquiſitæ quaſi poſſeſſionis juriſdictionis, & perſonarum diverſitate aliud atque aliud tempus hic requiri, & tanto tempore amitti juriſdictionem, quanto interim ab alio ea præſcribitur, exiſtimo. De præſcriptione autem juriſdictionis egi ſupra capit. 8.

3 Quod ſi tamen quis non exerceat juriſdictionem ſuam, cùm poſſit & debeat eam explicare in caſu quodam, confeſtim quo ad illum caſum amittit iuriſdictionem propter denegatam iuſtitiam, *argum. Authent. Statuimus. §. 1. C. de Epiſcop. & Cleric. Novell. 86. c. 4.* Felinus *in cap. Irrefragabili, num. 1. extrà de offic. ord.* Gail. *lib. 1. obſervat. 28. num. 1.* Coler. *de proceß. execut. cap. 2. num. 281.* Zanger. *de except. cap. 1. num. 143.* Mynſing. *Reſp. 22. num. 2.* Menochius *de retinend. poſſeßion. Remed. 3. num. 414. & ſeq. & lib. 2. de arb. judic. caſu 341.* Longovallius *dict. part. ultim. cap. ultim. num 3.*

4 Similiter iuriſdictionem ſuam quis amittit ob nimiam in ſubditos ſæviriam, *c. In quibuſdam. §. Sanè, extr. de pœnis, argum. §. Sed & maior Inſtitut. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. l. 2. ff. dict. tit.* Boerius *deciſ. 304.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 3. gloß. 4. num. 14.* Hartmannus Hartman. *libr. practic. obſervat. Tit. 54 obſervation. 49.* Gravet. *conſil. 597. numer. 3.* Mynſing. *centur. 5. obſerv. 8.* Gail. *lib. 1. obſerv.*

obſervat. 17. num. 2. & ſeqq. & de pace public. l. 2. num. 22. Menochius *in ſuo reſponſo cauſæ final. artic. 3. num. 12. & ſeqq.* Diſtinguendum tamen putat Gravett. *conſil. 6. num. 110.* inter iuriſdictionem ex cauſa onerosa adquiſitam; & eam quæ lucrativo titulo adquiſita eſt.

Denique vaſallus iuriſdictionem in feudum datam amittit omni ex cauſa, ob quam feudum amittitur, *Tit. 5. libr. 1. feud. & Tit. 24. lib. 2. feudal.* 5

F I N I S.

Deo ſoli Gloria.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM IN HOC COMMENTARIO PRÆCIPUÈ MEMORABILIUM.

A.

ABſentis & infirmi ratio eadem. 253
Academia ſive Univerſitas literaria, licet territoriũ non habeat, tamen juriſdictionem habere poteſt. 141
Academiam erigẽdi poteſtas. 41
Accidentalis modus prorogãdi juriſdictionem eſt, quo juriſdictio incõpetentis judicis prorogatur ratione vel perſonarum, vel cauſarum, vel loci, vel temporis. 321. 322
Actiones confeſſoria & negatoria locum habent cùm de ipſo juriſdictionis jure controverſia oritur. 436
Actor Scholaris in quibuſdam Academiis Reum non ſtudioſum, cum quo ipſi lis eſt etjam ad Academiæ Rectorem trahere poteſt. 141
Actor tenetur ſequi forum Rei. 100
Actum juriſdictionalem probari per teſtes vel per Scripturam. Et quomodo. 440. 441
Actum unicum ſufficere ad juriſdictionis quaſi poſſeſſionem. 410. 411. 439. 440.
Actus juriſdictionales qui ſint. 436. 437. 438
Additamenti jus idem eſt, quod rei principalis, cui acceſſit. 362

Adoptio

Adoptio diducitur in adoptionem ita in ſpecie dictam & in arrogationem. 46

Adulterium quomodo puniatur ex ſanctione Wirtembergica. 201

Alimenta non petuntur jure actionis, ſed imploratione officij judicis extraordinaria. 170

Animadvertere in facinoroſos eſt etiam jurisdictionis. 56

Animadvertere in facinoroſos dicitur etiam ille, qui duntaxat cognoſcit de hominum facinoroſorum cauſâ. 54. 55.

Appellans à Cameræ ſententiis ad ſummum Pontificem pecuniaria multatur pœna. 106.

Appellari non poteſt ad Papam à civili judice, qui non eſt de temporali jurisdictione Eccleſiæ. 106

Appellari ſolet à quarundam civitatum ſententiis non ad ſuperiorem judicem, ſed parem aliquam civitatem ex conſuetudine. 127. 128

Appellatio à dato judice ad eum, qui dedit, valet, ſed ab eo, cui mandata eſt jurisdictio, ad eum, qui mandavit, appellari non poteſt. 285

Appellatio eſt ſpecies defenſionis. 135

Appellatio in cauſa profana ab Eccleſiaſtico Principe regalia privilegia & feudalia bona ab Imperatore habente, dirigi debet ad Cameram Imperialē. 112. 113.

Appellatio jure communi Juſtinianeo criminali quoque in cauſâ permiſſa eſt. 135

Appellatio non rectè fit niſi ad ſuperiorem ab illo,

dex, à cuius ſententia fit appellatio. 106

Appellatio tantùm in cauſâ capitali prohibita eſt in Camerâ Imperiali. 136. 137

Appellatio utrum ad Eccleſiaſticum vel ſecularem judicē fieri poſſit, ſi de ſeculari cauſâ judex Eccleſiaſticus aliàs incompetens ex litigatorum conſenſu pronuntiaverit, & ab eius ſententiâ laicus victus, ad ſuperiorem appellare velit judicem. 103

Appellatione prohibitâ, nihilominus appellari poteſt ex causâ juſtâ, quam actâ monſtrant & notoriam faciunt. 137.

Appellationes in cauſis criminalib. in Camera Imperiali non recipiuntur ex legislatione ſingulari. 134

Appellationes gradatim ab inferiore ad ſuperiorem fieri debent de jure civili & Canonico. 107

Appellationes in cauſis criminalibus, an totius Germaniæ conſuetudine nō recipiantur. 135. 136.

Arbitrariæ actiones neque bonæ fidei, neque ſtricti juris ſunt. 86

Arbitri quando cognoſcant de feudi controverſiâ. 125

Archiepiſcopi & Epiſcopi non tantùm jurisdictionem, ſed etiam jura electoralia & regalia habent. 389

Argentina habet judices ſingulares Auſtregarum. 127

Argumentari non licet à jure appellationis ad jus prorogationis. 301. 302.

Argumentū à conjugatis non exiguam arguendi vim habet. 13

Avota-

Avocatio cauſarum quotuplex ſit. 330.331

B.

BAnnum imperiale,an in deportationis pœnā ſucceſſerit. 207

Bellum indicendi poteſtas. 40

Bonorum poſſeſſionis datio eſt juriſdictionis. 11

Bonorum poſſeſſionis datio,an mixti ſit Imperij vel ſpecialis juriſdictionis. 73

Bonorum poſſeſſionis datio nullam habet coercitionem. 169

Burgimagiſtri adſimilātur Duumviris municipiorum. 398

C.

CAmera Imperialis etiam in prima inſtātia cognoſcit de cauſis immediatè ſubiectorū Romano Imperio. 126

Camera Imperialis quādo avocatorium mandatum decernere poſſit contra delegatum Pontificis. 113

Cameræ Imperiali competit judicatio de crimine, at civitas Spirenſis datam ſententiam exequitur. 194

Cameræ Imperialis juriſdictio fundata eſt, quando judex inferior denegat juſtitiā. 133.

Cameræ Imperialis juriſdictio fundata non eſt in cauſā matrimoniali, ſi in eā appellatio fiat à primā inſtantiā judicij Eccleſiaſtici. ibid.

Ad Cameræ imperialis juriſdictionem, tantùm per viam appellationis lites mediatè Romano Imperio ſubiectorum devolvi poſſunt. 126

Cancellarij quibus hodie æquiparentur. 382

Digitized by Google

Capite damnati civiliter quidam libertatem & civitatem amittunt, ut damnati in metallum: quidam verò civitatem tantum, ut deportati. 203. 204

Caput hominis duplex, naturale & civile. 203

Carcer jure Canonico & uſu Germaniæ loco pœnæ eſſe ſolet. 213

Caſtra qualem jurisdictionem habeant. 402. 403.

Caſtro in feudum conceſſo cum jurisdictione & mero mixtoque imperio, an jura quoque regalia videantur data. 356

Cauſa ex veritate cognoſci dicitur, quando ex fide eorum, quæ probantur, cognoſcitur. 264.

Cauſa limitata producit limitatum effectum. 156.

Cauſæ nonnullæ quarum æſtimatio aut nulla, aut cognitu difficilis eſt. 145. 148

Cauſæ cognitio excellentior multo quàm executio. 244

Cauſæ cognitione ab ordinario judice alicui delegatâ, an eidem etjam poteſtas ferendæ ſententiæ mandata intelligatur. 270. 271. 272.

Cauſæ continentia dividi non debet. 98

Civitas alicui ſubjecta Principi, Comiti, Baroni non poteſt ſe ſubmittere protectioni alterius Principis. 403. 404.

Civitates Imperiales immediatè ſolum Imperatorem recognoſcentes ſuperiorem, ex cõmuni Dd. ſententia in ſuo diſtrictu & territorio, Principis jura habent & vice Principis obtinent. 395. 396

Civitates

Civitates Imperiales à quolibet in Camera immediatè cõveniuntur. 127

Civitates Imperiales in duplici ſunt differentia, aliæ dicuntur liberæ Imperij civitates, Freye Reichsſtätte/ *aliæ ſimpliciter appellantur* Reichsſtätte. 396. 397.

Civitates nonnullæ Imperiales ex privilegio, vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares habent judices, ihre beſondere Außträge. 127

Civitates Principib. Comitibus, Nobilib. aut civitatibus Imperialibus ſubjectæ, vel certis tantum pactis & cõditionibus non per omnia, vel in totum & per omnia, inſtar municipiorũ obtinent. 398

Civitates provinciales an habeant merum imperium. 399

Civitates provinciales hodie plerunq; in ſingulis cauſis civilib. civilem habent jurisdictionem, proindeq; & mixtum imperium, quod cohæret jurisdictioni. 400

Civitates provinciales nihil in præjudicium Principis, aliusve domini ſui moliri poſſunt. 401. 402

Civitatis cõſtituendæ jus tribuendi poteſtas. 42

Clerici prohibentur ſecularibus ſe negotiis immiſcere. 105

Clericus volẽs litem movere laico ſacrilego de re Eccleſiæ ablata, in arbitrio eſt Clerici, laicum convenire coram Eccleſiaſtico vel ſeculari judice ipſius laici. 104

Codicilli veniunt etiam generali appellatione teſtamenti. 46

Cognatio dividitur in ſpecialem cognationẽ & agnationem. 46

Collectas generales, Reichsſteuer / *impo nendi poteſtas.* 40

Collegia artificum in civitatib. etiam ſimplicẽ habent juriſdictionẽ, ſed ſolum ipſorum negotiationes concernentem. 403

Commiſſarij Cæſaris. 309. 310

Commiſſarius Principis an & quomodo cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare ſive mandare alij poſſit. 260. 261 262

Concilii alicujus authoritas præferenda eſt legiſlationi unius atque alterius Pontificis. 297.

Confinatio quid. 211. 212

Conjugata ſunt jus dicẽs, jus dicere, & juriſdictio. 13. 48. 59

Conſuetudo non appellandi in cauſa criminali, in dubio probari debet. 136

Conſulum juriſdictio. 381

Conventio de prorogan da incompetentis judicis juriſdictione publico juri nihil derogat, ſed tantum litigatorum juri privato. 298

Corporis mutilatio an ad primum gradum meri imperij referenda, an verò ad ſecundum. 188.

Corporis in partes diſſectio. 198

Criminis coercitio corporalis ſine ſanguine quibus fiat modis. 210

Criminis coercitio corporalis vel capitalis eſt, vel non capitalis. 195

Criminis coercitio vel corporalis vel pecuniaris. 195

Criminis coercitio pecuniaris eſt, cum Reum vel certâ nummorum ſummâ, vel universâ

rerum ſuarum ſubſtantiâ, aut eius parte multatur. 214
Criminis coercitio corporalis non capitalis duplex, ſanguinis & ſine ſanguine. 207
Criminis coercitio ſanguinis quomodo fiat. 207. 208. 209.
Criminis judicationem conſiſtere in cognitione de ipſo crimine, & in ſententiâ vel abſolutoriâ vel condemnatoriâ. 191
Criminis Reus damnatus infamiâ notatur. 215
Crucis ſupplicium à Conſtantino Imp. ſublatũ. 195.
Curator in causâ minoris incompetentem juriſdictionem prorogare poteſt. 295

D.

DAmnatis reſtituendi integrè bona & honorem poteſtas. 41
Damnato in opus publicum teſtandi facultas integra eſt. 203
Damnatio ad beſtias. 196
Damni infecti actio Prætoria eſt, & mixti imperij. 91
Decuriones municipiorũ quib. hodie comparari poſſint. 398
Defenſoribus ſive tribunis plebis, qui hodie æquiparentur. 398
Definitionis propriũ dilucidè explicare, quod per ſe eſt obſcurum. 24.
Deportatio pœna gravior membri abſciſſione. 188
Determinabilia plura æqualiter cenſeri & determinari debent. 15
Dicterium, Lotharius dixit iniquum & obtinuit equum: ſed Azo æquum dixit, ſed perdidit equum, *unde natum.* 339
Dictio taxativa Solus *vim excludendi, aſtringendi*

gendi & limitandi habet. 368. 369

Dinckelſpilum habet judices ſingulares Auſtregarum. 127

Ditio *quid ſignificet.* 28

E.

Eccleſiaſticæ perſonæ an prorogare poſſint judicis incompetentis, maxime ſecularis juriſdictionem. 296. 297 298. 299

Efficiens modus prorogādi juriſdictionem continetur litigatorum & judicis incompetentis, cuius prorogatur juriſdictio, conſenſu vel expreſſo vel tacito. 316

Electores eligendi Imperatorem Romanum, eundemq; juſtis ex cauſis degradādi poteſtatem habent. 389. 390

Electoris nepos præfertur in Electoratu patruo ſuo, 390

Electoris filius primogenitus ſi minor ſit 18. annis, tunc eius loco adminiſtrationem officij & dignitatis Electoralis patruo ipſius deferri, & utrum idem de provinciæ adminiſtratione, an vero quoad hæreditariam provinciam primogenito impuberi teſtamento tutores alij conſtitui poſſint à parente. 390. 391

Epiſcopo cæteriſq; Prælatis incumbit maximè ſuis copiis pauperum inopiam ſublevare. 430.

Eßlinga habet judices ſingulares Auſtregarum. 127.

Exceptio unius eſt admiſſio alterius. 52. 254.

Executio judicati eſt mixti imperij. 277

Exhibitio ad publicam columnam. 212. 213

Facti

F.

Facti quæſtio merè eſt profana, & ſpiritualitatis habet nihil. 98

Ferdinandus Rom. Rex civitatib. Imperialib. tribuit liberā poteſtatem Religionis exercitium ſumendi. 396

Feuda regalia licèt ex Frid. Imperatoris legiſlatione ad primogenitum tranſeant filiū, moribus tamen Germaniæ non usq; quaq; illud obſervatur. 391. 392.

Feudi dominus eſt judex ſi inter ipſos convaſallos de feudo lis ſit. 120. 121.

de Feudi promiſſione, atq; ita de feudo adhuc cōſtituendo ſi lis ſit, judex ordinarius de ea cognoſcit, non pares curia. 115

Formalis modus protogādi juriſdictionē, conſiſtit in aditione incongrui judicis ex cōſenſu prius interpoſito facta. 318. 319. 320.

Frid. Imperator concedēdo quibusdam civitatib. criminalem juriſdictionem, etiam jus condemnandi reos tribuiſſe videtur. 52

Funeris cauſa publica eſt. 370.

Fur qui ſuſpenſus rupto laqueo incolumis decidit in terrā, an denuò ſuſpendi & fune duplicato ex judicis mandato ſtrangulari in patibulo debeat. 232. 233

Furca erectio actus juriſdictionalis. 438

Furca ſupplicium quid ſit. 195. 196

Fuſtigatio, flagellorū caſtigatio & vinculorum verberatio jur. ſuſt. inter ſe diſtinguūtur. 219

G.

Generale verbum non raro ſpeciei nomen aſſumit. 9

Ff 4 Genera

Generali conceſſione non cenſetur tranſlatum, quod ſpecialiter & nominatim tribui debet. 342. 343.

Generis prætermiſſio non omninò vitiat definitionem, modò commodè ſubintelligatur. 78

Genus in definitionib. ſæpè nō exprimitur, ſed ſubintelligitur. 62

Gladij pœna an ſolam capitis amputationem ſive decollationem denotet, vel etiam aliam pœnam corporalem, ſi eius mentio aliqua in lege fiat. 220. 221

Gladij poteſtas maxima pars & maioris momēti eſt imperij meri. 65

Gladij poteſtas eſt merum imperium. 48

Gladij ultio. 201. 202

Gladius olim fuit inſigne meri imperij. 221

H.

Homicida, in quo territorio ſteterit, quomodo dignoſcatur, ſi homicidium commiſſum ſit in confinio duorum territoriorum. 422. 423.

Homicidij cognitio in cōfinio duorum territoriorum commiſſi, ad cuius territorij magiſtratū pertineat. 420. 421. 422.

Homicidij in publica via cōmiſſi cognitio & executio, ad quem pertineat. 424

Homicidium ex ſolius homicidæ perſonâ æſtimandum, ubi commiſſum ſit. 422

Homo cæſus ibi expiráſſe putatur, ubi caput eius invenitur, cùm homo ultimum vitæ ſpiritum per os, quod capitis pars eſt, emittat. 421

Hoſpitalia inſtituta ſunt, ut in ea pauperes recipiantur. 429

I.

Ignis ſupplicium ſive concrematio. 197

Immunitatem concedendi poteſtas. 41

Imperator cauſas à Camerâ Imperiali ad aulam ſuam Cæſaream avocare non poteſt. 331

Imperator eo ipſo, quod concedit feudum inferioribus, ſponte ſubiicit ſeſe parium curiæ iurisdictioni. 117

Imperator hodie non habet abſolutam poteſtatẽ in Provincias Principum & ſtatuum Imperij. 142

Imperator regalia iura exercens poteſtatem ſibi lege Regia datam libere uſurpat. 42

Imperator ſtatibus Imperij, puta Principibus, Comitibus, & quibusdam Nobilibus ac Civitatibus imperialib. exemptionum privilegia tribuit. 329. 330

Imperatorem etiam iurisdictionem habere. 380

Imperatoris iurisdictioni locus eſt, ſi inter Duces, Comites, Marchiones, Imperij vaſallos de feudo orta ſit cõtentio. 128

Imperium merum, an etiam defenſoribus civitatum, ſive magiſtratibus municipalibus competat. 192. 198

Imperium merum an etiam præſcribi poſſit. 408. 409

Imperium merum an iure Canonico mandari poſſit. 258

Imperium merum Bartolus definivit obſcurâ definitione & latiori ſuo definito. 180

Imperium merum Bartolus diſtinguit in ſex gradus imperium ſcil. maximum, maius, magnum,

magnum, parvum, minus, minimum. 183. 184. 185. 189.
Imperium merum cur ita dicatur. 181. 182. 183
Imperium merum Dd. nominant altam juſtitiam. 67
Imperium merũ eſt ſpecies juriſdictionis generalis. 47
Imperium merum etiam privato, qui magiſtratus non eſt, concedi poſſe. 192. 193
Imperium merum hodie Principibus jure magiſtratus competit. 343
Imperium merum jure civili in quaeſtionibus publicorũ criminum mandari non poteſt, niſi propter neceſſariã abſentiam, aut infirmitatem, & quidem tantum in crimine vi commiſſo. 252. 253. 254.
Imperium merum non in ſola ſententia pronuntiatione conſiſtit, ſed etiam in jure cognoſcendi de cauſis criminalibus. 53
Imperium merum nõ ſolum magiſtratui competit jure Juſtinianeo, ſed & privato. 20
Imperium merum quod in judiciis criminum extraordinariis exercetur, an mandari poſſit. 254. 255. 256
Imperium merum rectè mandari ſive delegari poteſt de conſuetudine. 258. 259
Imperii meri definitio. 181.
Imperii meri definitio tradita in l. 3. ff. de juriſdictione, à maiori parte meri imperij cõfecta eſt. 179
Imperii meri diviſio abſoluta & perfecta. 189
Imperij meri diviſio à Joan de Claperiis propoſita. 186. 187
Imperii meri tres ſolum gradus

gradus conſtituit Zaſius, magnum, mediũ ſive mediocre & parvum. 185.186.189

Imperium mixtum an mandari poſſit. 242. 243.

Imperium mixtum cur ita dicatur. 62

Imperium mixtum duplex, aut enim juriſdictioni ſpeciali tanquã rei principali inſeparabiliter, ut eius perpetuum adiunctũ cohaeret: aut verò ipſi mixto imperio, ut rei principali juriſdictio tanquam eius acceſſorium ineſt. 163

Imperium mixtum Dd. appellant juſtitiã mediam. 67

Imperium mixtum & juriſdictionẽ ſpecialem quidam ſtatuunt eſſe idem. 47

Imperium mixtum juriſdictioni ſemper cohaeret. 15

Imperium mixtum non deſiderat ſpecialem ſuĩ conceſſionem. 16

Imperium mixtum non ex ſolâ coercitione modicâ definiri debet. 154. 155.

Imperium mixtum non omne coercitione continetur; ſed quoddam etiam in aliis conſiſtit negotiis. 87

Imperium mixtum nullum eſt abſq; juriſdictione. 173

Imperium mixtum per ſe authoritas non eſt, ſed poteſtas quaedam, cum quâ coniuncta eſt authoritas. 151

Imperium mixtum quod jure magiſtratus competit, mandari poteſt, illud verò quod ſpecialiter lege quadam, vel Senatuſconſulto, vel Principis conſtitutione datur, alii mandari non poteſt. 251. 252.

Impe-

Imperium mixtum quoddam non jure magiſtratus competit, ſed ſpecialiter lege tribuitur. 157
Imperiũ quoddam mixtum mandari poteſt. 162.
Imperium mixtum regulariter rectè mandatur alij. 16
Imperium mixtum ſpeciem eſſe generalis juriſdictionis. 59
Imperij mixti definitio perfecta & abſoluta. 158.
Imperij mixti definitiones à Dd. traditæ; ut Bartolo, Oldrado, Alciato, Coraſio, Muſcorno, Franciſco de Claperiis, Longovallio, Goveano, Rosbachio, nec non Cuiacio & Obrechto imperfectæ cenſentur. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157.
Imperij mixti diviſio in duos gradus Obrechti & Rosbachij, minus commoda. 173. 174
Imperij mixti diviſio in duos tantum gradus, magis conveniens. 174. 175.
Imperij mixti etymologia ſive notatio. 161. 162. 163.
Imperij mixti ſunt ea, quæ magiſtratus juſſu in cauſa civili expediuntur. 94
Imperij mixti gradus ſex conſtituit Bartol. maximum ſcil. imperiũ, maius, magnum, parvum, minus, minimum. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171.
Imperij mixti gradus tãtum tres faciunt Udalricus Zaſius & Franciſcus de Claperiis, imperium mixtum magnum, mediocre & parvum. 171. 172. 173.
Imperij mixti interna forma eſt juſſus, cui juriſdi-

juriſdictio ſpecialis in-
eſt. 94
Imperio in Germaniam translato, nomina Imperij Romani una cum officiis frequentari deſierunt. Et cuius auxilio id factum ſit. 387. 388.
Incarceratio. 213. 214
Incarceratio, an meri ſit imperij vel mixti. 190. 198.
Incarceratio perpetua eſt pœna capitalis. 214
Indefinitum æquipollet univerſali. 347
Infanti expoſito ſine prole morienti, quis ſuccedat inteſtato. 428. 429
Infantum expoſitorum cura & educatio ad cujus juriſdictionē pertineat. 427. 428. 429. 430. 431.
Infantum expoſitorū curam & educationem juriſdictionis eſſe. 427
Injuriarum actio datur turbata aut vi ablata juriſdictionis nomine. 434. 435.
Inquiſitio eſt meri imperij. 189. 190

INTELLECTVS
MULTIPLICES ET DECLARATIONES IN VARIAS
Digeſtorum, Codicis Inſtitut. Feud. & Rom. Pontificum conſtitutiones.

Ex ff.

ad l. Imperium. 3. ff. de juriſdict. 221
ad l. Quæſitum. 91. §. ult. ff. de legat. 1. 281. 282
ad l. Li-

ad l. Libellorum. 3. pr. ff. de Accuſat. 386
ad l. 1. §. ult. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict. 257
ad l. 1. princ. verſ. Etſi à familia. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict. 386
ad l. Si quis iniuriam. 35. ff. de injur. 384. 385
ad l. 1. pr. verſ. Et ideo videntur. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisd. 339. 340.
ad l. Qui cùm maior. 14. §. Si libert. ff. de Bon. libert. 218
ad l. ult. ff. de incend. ruin. 219. 220.
ad l. 3. §. ult. l. pen. ff. ad L. Corn. de Sicar. 219. 220.
ad l. Stipulationum. 5. ff. de verbor. obligat. 37.
ad l. 4. §. 1. ff. de offic. eius, cui mãd. eſt jurisd. 250
ad l. Poſtquam. §. 1. ff. ut legat. ſervand. cauſ. caveat. 37
ad l. 2. §. Sed etſi judex 2. ff. de judic. 306
ad leg. Judex. 55. ff. de re judic. 277. 278
ad l. 2. §. Capta. 32. v. Deinde Corn. Sylla ff. de Origin. juris. 387
ad l. 1. in pr. ff. de offic. eius cui mandat. eſt juriſdict. 246
ad l. Quidam conſulebat. 57. verſ. Proinde. ff. de re judic. 39
ad l. 3. ff. de jurisd. 74. 75. 76. 82. 83. 84.
ad l. Cum Prætor. 12. §. 1. ff. de judic. 65
ad l. 1. ff. de jurisd. 43
ad l. 1. §. De qua verſ. An autem. ff. de poſtuland. 36.
ad l. Muto. 6. §. Tutoris. ff. de Tutel. 15. 93
ad l. 1. §. De qua. 10. verſic. An autem. ff. de poſtuland. & l. 1. §. An autem. ff. de ſuſpect. tutoribus. 32
ad l. 7. in fin. ff. Repetundar. 219. 220

ad l. à Divo Pio.15. princip Dig. de re judic. 280.

ad l. Hodie.13. ff. de Pœnis. 227.228

ad l. Ea quæ.26. ff. ad municipal. 90

ad l.4. §. Duas ergò res. & l.1. ff. de damn. infect. 247 248. 249.

ad l. Quamvis.11. ff. de in jus vocand. 36

ad leg. Divus. 13. Digeſt. ad Leg. Cornel. de falſ. 29.30.

ad l. ult. ff. de rer. diviſ. 217.

ad l 2. §. Sed & judex. 2. Digeſt. de judic. 327. 328.

ad l. Nec quicquam. 9. §. ubi decretum. ff. de offic. Proconſul. & l. Omnia quæcunq;. 71. ff. de regulis juris. 246. 247.

ad leg. 1. ff. de public. judic. & l. 3. Digeſt. de extraord. crimin. 256. 257.

ad l. 1. §. ult. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. 57

ad l. Eum, quem. 79. §. ult. ff. de judic. 265

ad l. Stichum. 6. ff. de legat. 1. 164

ad l. Si quid erit. 11. ff. de offic. Proconſul. 58

ad leg. Cùm autem. 23. §. Excipitur. ff. de Ædil. edict.

ad l. 4. & l. Capitalium. 28. §. Venenarij. ff. de pœnis. 219. 220

ad l. Si quis. 6. §. ult. ff. de pœnis. 206

ad l. 1. pr. ff. de offic. Præfecti urbi. 257

ad l. Quod ſi minor. §. ſervus. ff. de minor. 385

ad l. Nam ut ait Pedius. 13. ff. de legib. 31

Ex Codic.

ad l. properandum. 13. §. Sin autem reus; verſ. Sive ipſe judex. C. de judic. 279

ad l. Ka-

ad l. Raptores. §4. princ. & fin. C. de Epiſcop. & Cleric. 218
ad l. ult. C. de veter numiſ poteſt. 219
ad l.1. C. de cohortal. libr. 12. 219.
ad l. ult. C Si reus vel accuſat. fuer. mort. 220
ad l. Vbicunq;. 11. & l. ſeq. C. de Hæretic. & Manich. 218
ad l. 2. C. Quæ res exportari non debeant. 219
ad l. 1. C. de Eunuch. 218. 219.
ad l ult. verſ. ult. C. de Judæis. 223

Ex Inſtit.

ad §. Sed hoc jure utimur. Inſtit. de Attil. tutor. 33
ad §. Sed iſta. verſ. alia. & §. pœnales. Inſtit. de Action. 38
ad §. Item Lex Julia. Inſtitut. de public. jud. 220.

Ex Feud.

ad text. in princ. tit. 34. lib. 2 Feudor. 122
ad tit. 15. §. Illud tamen ſciendum. libr. 2. Feudor. 123

Ex Iur. Can.

ad C. dilectus filius. extr. de Pœn. 274
ad C. Si diligenti. 12. ext. de foro competen. 299. 315.
ad C. In literis. 9. ext. de offic. & poteſt. jud. deleg. 278
Interdictum utile unde vi locum habet, ſi quis ab alio atrociter deiectus ſit, de quaſi poſſeſſione juriſdictionis, ex ſententia Dd. ſecus de jure ſcripto. 334
Interdictũ utile uti poſſideris locum habet, ſi alius alium turbet in Juriſdictionis quaſi poſſeſſione. 333

Interpretatio quæ vulgi auribus non conſulit, ſiniſtra & abſurda habetur. 356.
Iudex aliam quam legis pœnam absq; Imperatoris reſcripto in criminis reum convertere non poteſt. 30.
Iudex an mutare poſſit ſuo arbitrio pœnam lege vel ſtatuto definitam. 224.225.226.
Iudex quomodo ex æquo de causâ cognoſcat. 265 266.
Iudex an poſt rei condemnationem, ſi ratio innocentiæ ipſius conſtiterit, vel alia in ipſum dicenda fuerit ſententia, revocare judicatum poſſit. 231. 232.
Iudex etiam in pœnis arbitrariis mero arbitrio ſuo pœnam ſtatuere non poteſt. 227.
Iudex in pœnis arbitrariis, an ad ultimum ſupplicium progredi poſſit. 228.229.230.
Iudex quam pœnam reo criminis imponere debeat, ſi pœnæ diverſæ, legibus diverſis conſtitutæ inveniantur, remiſſivè. 228
Iudex utrum propriâ ex conſcientiâ, an verò ſecundum acta & probata cauſam judicare, & de eâ pronuntiare debeat. 264.
Iudex cui ſimpliciter mãdata eſt jurisdictio in causâ poſſeſſorii, non poteſt cognoſcere vi illius mandati de causâ petitorii. 269.270.
Iudex delegatus an mulctando coërcere poſſit partem contumacem. 272.273.274.
Iudex delegatus etiam habet jurisdictionem. 305.
Iudex delegatus jurisdictionem mandatam exercere debet intra Gg *terri-*

territorium Domini mandantis, ſive ordinarii. 280.

Iudex delegatus ſententiam à ſe latam etiam exequi poteſt. 275. 276. 277.

Iudex delegatus ſi dubitet de tenore commiſſionis, conſulere debet committentem. 267. 268.

Iudex incompetens quãdo à litigatoribus cenſeãtur aditus. 320. 321

Iudex ordinarius quando de controverſia feudali judicet. 124.

Iudex ordinarius ſive magiſtratus judicando & ſententiam proferendo, an jus dicat & hoc modo juriſdictionem exequatur 38

Iudex pedaneus quomodo differat à judice mandatario. 238. 239.

Iudex pedaneus ſaltem de ipſo facto, de cauſa ſive negotio cognoſcit. 21

Iudex ſecularis an cognoſcere poſſit & judicare de cauſa ſpirituali & eccleſiaſtica quò ad ea, quæ in facto conſiſtunt. 98. 99.

Iudex ſecularis cognoſcere non poteſt de nullitate ſentẽtiæ ab eccleſiaſtico judice prolatæ. 110.

Iudex ſecularis de incidẽte matrimonii quæſtione cognoſcere poteſt. 111

Iudicare & ius dicere ſunt diſparata. 21.

Iudicatio de crimine & ipſa executio, quæ coërcitione continetur, interdũ penes diverſos ſunt iudices. 194.

Iudicii criminalis præparatoria. 189.

Iudicii publici exercitio continet quoq; rei condemnationem & abſolutionem. 49.

Iudicii publici exercitio de criminibus eſt iuriſdictionis. 48.

Iudicis dandi licentia utrũ jurisdictionis ſit, quæ actionibus inſervit: an verò eius jurisdictionis, quæ conſiſtit in cognoſcendo negotio q. mixti imperij eſt. 82
Iudicis officium ex ſententia Dd. duplex, mercenariũ & nobile 79. 150
Iudicis officium nobile in jure non reperitur. 180
Iudicis officium nullum mecenarium. 79. 80.
Iura regalia an ſint jurisdictionis. 40.
Iurisdictio acquiritur ſpeciali conceſſione, vel jure Magiſtratus, vel præſcriptione. 338.
Iurisdictio amittitur per nõ uſum, accedente ꝓhibitione alterius. 443
Iurisdictio amittitur ꝓpter denegatam juſtitiam ut & ob nimiã in ſubditos ſævitiam. 444
Iurisdictio Auſtregarum ſingularis eſt. 140.
Iurisdictio an conceſſa videatur, ſi nominatim in feudum conceſſum ſit territorium nullâ factâ mentione jurisdictionis. 353. 354.
Iurisdictio commiſſariorum Cæſaris aliorumq́ judicum Auſtregarum an prorogari poſſit. 309. 310. 311.
Iurisdictio competens eſt vel juris authoritate, vel ex conſenſu partium, quæ jurisdictio prorogata dicitur. 290
Iurisdictio cõtentioſa exerceri non poteſt, niſi in territorio jus dicẽtis. 95
Iurisdictio contentioſa ꝓrogari poteſt etiã a magiſtratu pari vel majore illo, cujus jurisdictio prorogatur, non itẽ jurisdictio volũtaria. 301
Iurisdictio contentioſa quid. 95.
Iurisdictio criminalis an prorogari poſſit in cauſa criminali. 307. 308.
Iurisdictio criminalis & cognitionem de crimine con-

tinet, & ipſam rei condemnationem. 51.
Iuriſdictio criminalis in cauſâ civili prorogari non poteſt. 306.
Iuriſdictio criminalis quoq; eſt juris authoritate, cauſarum ſcil. criminalium. 51.
Iuriſdictio criminalis ſive merum imperium quomodo in Palatinatu. Franconia & vicinis locis appelletur. 68.
Iuriſdictio cum ſuâ naturâ ut res incorporalis individua ſit, quæritur, an partes ſaltem recipiat indiviſas, ut plures iuriſdictionis Domini dici poſſint partes habere iuriſdictionis, ſed eas pro indiviſis? 377. 378.
Iuriſdictio Domini feudi non prorogatur ad cauſas allodiales. 325.
Iuriſdictio ea quæ iure magiſtratus competit mandari poteſt. 240.
Iuriſdictio ea quæ nominatim lege tribuitur, an ſit quarta ſpecies iuriſdictionis. 67.
Iuriſdictio & caſtrum ſeparata ſunt. 351
Iuriſdictio extraordinaria vel lege, vel Senatusconſulto, vel Principis placito datur. 18. 28.
Iuriſdictio feudalis quibus data ſit. 114.
Iuriſdictio Imperio mixto ſemper ineſſe dicitur. 16.
Iuriſdictio in oppido, caſtro vel pago aliquo conceſſa, an extendatur etiam ad incolas novos & augmentum, quod poſtmodum ipſi Vniverſitati acceſſit. 361. 362. 363.
Iuriſdictio in Saxonia alia eſt ſuperior, alia inferior. 68.
Iuriſdictio iudicis appellationis prorogari poteſt à litigatoribus, re-

ſicto inferiori iudice primæ inſtantiæ. 301. 302.
Iuriſdictio iudicum Auſtregarum non eſt delegata ſed propria ſive ordinaria. 310. 311.
Iuriſdictio legati Proconſulis non interci debat morte Proconſulis. 284.
Iuriſdictio mandata finitur vel ex parte eius qui mandavit, vel eius cui mandata eſt iuriſdictio. 280.
Iuriſdictio mandata iure Canonico dicitur iuriſdictio delegata. 238.
Iuriſdictio mandata quibus modis finiatur ex parte mandatarii. 285 286.
Iuriſdictio mandata quomodo finiatur ex parte mandatoris. 280. 282. 283.
Iuriſdictio mandata ſtricti iuris eſt. 268.
Iuriſdictio Magiſtratus eccleſiaſtici in causâ eccleſiaſticâ, ex conſenſu partium & Epiſcopi diœceſani voluntate prorogari poteſt: Iuriſdictio autē Magiſtratus ſecularis non item, ne quidem ex cōſēſu ſuperioris. 312 313.
Iuriſdictio non prædiis, ſed perſonæ adiunctum eſt. 348. 349. 350. 413. 414.
Iuriſdictio ordinaria mādari poteſt, extraordinaria mandari non poteſt. 97.
Iuriſdictio ordinaria potior eſt quam extraordinaria. 35.
Iuriſdictio præſcriptione acquiſita an cumulativè aut privativè comparata cenſeatur. remiſſivè. 411.
Iuriſdictio propria quæ ſit, & quæ mandata. 237.
Iuriſdictio propria ſive ordinaria prorogari

 poteſt

poteſt, mandata autem ex communi Dd. opinione prorogabilis non eſt, niſi delegatio ſit facta à Principe aut Pontifice. 302. 303.

Iuriſdictio prorogari non poteſt à litigantibus in preiudicium tertii. 114.

Iuriſdictio quæ non iure magiſtratus competit, ſed ſpecialiter & nominatim lege quadam, vel à Principe eſt data, alii mandari non poteſt. 241. 242

Iuriſdictio quàm in cauſis feudalibus vel pares curiæ vel dominus feudi expedire poteſt, ſingularis dicitur. 140.

Iuriſdictio quàm pretio aut gratiâ vaſallus acquiſivit in caſtro ſuo feudali, in quo antea non habuit iuriſdictionem, an fiat feudalis. 357. 358. 359. 360. 361.

Iuriſdictio quanto tẽpore amittatur. 443. 444

Iuriſdictio quomodo mixto imperio ineſſe dicatur. 61

Iuriſdictio quomodo ratione cõmodi dividua ſit. 375. 376. 377

Iuriſdictio Reviſorum Cameralium an prorogari poſſit. 308. 309.

Iuriſdictio ſecularis non debet confundi cum eccleſiaſtica. 97.

Iuriſdictio ſe habet in territorio, ſicut nebula Solis æſtiva potentiâ generata ſe habet ſuper palludem. 415

Iuriſdictio ſervituti cõparatur, & de ea utilis actio confeſſoria & negatoria competit. 358. 359. 360.

Iuriſdictio ſi concedatur duobus aut pluribus non ut ſingulis, ſed ut univerſis, tunc omnes ſimul eam expedire iubentur. 374. 375.

Iuriſ-

Jurisdictio ſi duobus aut tribus conceſſa ſit, utrū ſingulis in ſolidum eius exercitium competat, an verò pro partibus indiviſis, ita ut omnes conjunctim expediri eam debeant. 370.371. 372 373.

Jurisdictio ſingularis cōpetit Comiti Palatino Rheni in Imperatorem Roman. cum eius majeſtati lis movetur. 139

Jurisdictio, ſpeciali conceſſione acquiri dicitur, cum ea vel populi lege ſive juſſu, vel SCto, vel Principis placito alicui tribuitur. 338.

Jurisdictio ſpecialis duplex, prior conſiſtit in cognoſcendo & judicādo cauſā actionis inter duos pluresve controverſam: poſterior in cognoſcendo negotio, quod mixti eſt imperij. 81.

Iurisdictio ſpecialis poſterioris generis continetur vel levi, vel exactâ & plenâ cauſæ cognitione. 95.

Jurisdictio ſtudiorum reverentia & intuitu literarū in ſtudioſos cōceſſa legislatione Frid. Imp. ſingularis eſt. 140.

Jurisdictio Volūtaria. 95

Jurisdictio voluntaria absq; omni cauſa cognitione expeditur. 27

Jurisdictio volūtaria etiam expediri poteſt in territorio alieno. 96.

Jurisdictio utrùm individua ſit, an verò divídua. 371 372.

Jurisdictionis criminalis à Principe facta alicui conceſſione, non tantū exercitio meri imperii tranſlata intelligitur, ſed ipſum quoque merum imperium. 339

Jurisdictionis definitio à gloſ. & Dd. tradita. 22.

Jurisdictionis definitio à Goveano tradita. 25.

Jurisdictionis definitio Muſarū & aliorū. 24.

Iuriſdictionis definitio Obrechti. 26.
*Iuriſdictionis definitio.*7. *Eius genus eſt poteſtas:ibid.Nonnullis eſt Notio.* 8.
Iuriſdictionis Notatio. 28.
*Iuriſdictionis diviſio in generalem & ſpecialem.*57.*in ordinariam & extraordinariam.* 17.28.
Iuriſdictionis generalis ex ſuis adiunctis diviſio in propriam & mandatam iuriſdictionem 236.
Iuriſdictionis generalis ſpecies tres, iuriſdictio ſpecialis, imperium mixtum & imperium merum. 67.
*Iuriſdictionis diviſiones, à Bartolo & Zaſio traditæ,reprobantur.*143. 144.145.146.
*Iuriſdictionis forma eſt ius conſtitutum negociis decernere.*10.
Iuriſdictionis generalis tres tantum ſpecies iuris authoritas agnoſcit: merum imperium, mixtum imperium,& iuriſdictio ſpecialis. 92.
Iuriſdictionis ſpecialis definitio eiusq; explicatio. 77. *Eius genus eſt Notio.* 9.
Iuriſdictionis ſpecialis definitio à veteribus tradita. 78.
*Iuriſdictionis ſpecialis diviſio in contentioſam & voluntariam.*95.*in ordinariam & extraordinariam* 96. *In Eccleſiaſticam & ſecularem.*97. *In feudalem & allodialem.* 114. *In ſimplicis querelæ & cauſæ appellationis.* 125. *In communem & ſingularem.*139.*In propriam & alienam.*142.
Iuriſdictionis ſpecialis finis eſt non ſolum privata, ſed quandoq; etiam

etiam publica utilitas. 79.
Iurisdictionis ſpecialis multa ſunt, quæ ſummariam cauſæ cognitionem deſiderant. 170
Iurisdictionis ſpecialis interna forma eſt ipſa cauſæ cognitio. 94.
Iurisdictionis gradus duo conſtituuntur. 148.
Iurisdictionis, meri & mixti Imperii quaſi poſſeſſio ex communi Interpretum opinione habet cauſam continuam. 408.
Iurisdictionis nomen an in aliam quandoque tranſeat ſignificationem, ut quid aliud denotet quam ipſam poteſtatem dicendi, reddendi, decernendi ius conſtitutum. 29.
Iurisdictionis nomen generale eſt. 45.
Iurisdictionis nomine generali quidam merum imperium contineri negant. 47.
Iurisdictionis nomine nõ ſignificari edictum Prætoris. 36.
Iurisdictionis omnis ſive omnimodæ conceſſione an etiam merum imperium tribui cenſeatur. 345.346.347.
Iurisdictionis pars quando dicatur conceſſa. 267.
Iurisdictionis prorogatio, ut rectè fieri poſſit, neceſſe eſt, ut qualitas cauſæ qualitati iurisdictionis prorogatæ reſpondeat. 105.
Iurisdictionis quaſi dominium probandum, vel iure proprii territorii, vel titulo, vel præſcriptione. 441, 442.
Iurisdictionis quaſi poſſeſſio probanda per actus iurisdictionales. 436.
Iurisdictionis ſpecies ſunt iurisdictio ſpecialis &

imperium mixtum & merum. 45
Iuriſdictionis ſubiectum circa quod. 22.
Iuriſdictionis ſubiectum duplex materia ſcil. in quâ. & materia circa quam. 413.
Iuriſdictionis ſubiectum poſterius. 420.
Iuriſdictionem delegatam omnem iure prorogabilem eſſe. 304. 305. 306.
Iuriſdictionem exequi tenetur is, cui ea data eſt. 22. 43.
Iuriſdictionem explicare omnes cenſentur & tunc, quando maior pars adeſt, niſi ſtatutum vel conſuetudo iuriſdictionem concedẽs, omnes iudicare concorditer iubeat. 375.
Iuriſdictionem mandatã univerſam nonnulli putant prorogari poſſe unam autem iuriſdictionis ſpeciem delegatam prorogari non poſſe. 303. 304.
Iuriſdictionem ordinariam Magiſtratus ſuo iure habet. 17.
Iuriſdictionẽ pleniſſimã quis habere dicatur. 50.
Iuriſdictionem propriam nonnullos appellare principalem, ſed malè. 237. 238.
Iuriſdictionem quæ ineſt mixto imperio mandari poſſe affirmare, at ſimul negare id de ipſo imperio mixto, ineptum eſt. 243. 244. 245.
Iuriſdictionem quis mandare poſſit. 259.
Iuriſdictio cui mandari poſſit. 262.
Iuriſdictionem ſpecialem Doctores vocant iuriſdictionem & iuſtitiam baſſam. 67.
Iuriſdictionem ſpecialem gradu diſtinguere reſpectu habito ad cauſas, quarum alia in benè

ne cõſtitutis Rebuſp. alios habent judices, non inutile eſt. 146.

Iurisdictionem territorio provinciæ totius vel civitatis cohærere: at territorio caſtri aut pagi, quod quive civitati alicui ſubeſt, non cohærere Bartolus tradit, ſed male. 417.

Iurisdictionem ut par in parem habet nullam: ita nec minor ſive inferior in majorem aut ſuperiorem. 117.

Iurisdictione mandatâ ea omnia tacitè ſub mandato continentur, ſine quibus ea expediri nequit. 268.

Iurisdictione mandatâ universâ quid contineatur. 267.

Iurisdictiones hodie in Imperio etiam quaſi poſſidentur. 433.

Iurisdictiones hodie patrimoniales aut feudales. 329.

Ius confiſcandi pœnas pecuniarias & multas eſt regale. 357.

Ius dicentis officium eſt pupillis tutorem conſtituere. 12.

Ius didere eſt jus antea à legiſlatore conditum reddere ſive decernere. 10.15.

Ius dicere & judicare cur in jure quandoq; inter ſe opponantur. 57.

L.

L*Eges generales condẽdi poteſtas.* 48.

Lex in dubio intelligi debet ut rubricæ conveniat. 14.

Lex una extendit aliam, eamq; ampliat etiamſi reſtrictiva ſit ejus diſpoſitio. 156.

Litem terminare dicitur etiam is, qui dirimit litem tantum quæ eſt de poſſeſſione. 120.

Litis conteſtatione opus

eſt in iudicio reſtitutionis in integrum. 86.

Loquendi uſus communis omni regulæ & cōſtitutioni preferri debet. 356.

M.

MAgis *particula interdum* συγκριτικῶς *comparativè, interdū verò* θετικῶς *poſitivè accipitur.* 164.

Magiſter militum quando in causâ militis iudex ſit. 369.

Magiſter militum militibus ex ſingulari iurisdictione ius dicit. 142.

Magiſtratus definitio. 379.

Magiſtratus alii maiores alii minores. 175.

Magiſtratus alius eſt universalis, alius particularis: magiſtratus particularis vel Eccleſiaſticus vel Politicus. 388.

Magiſtratus appellatione an etiam Imperator contineatur. 379.

Magiſtratus civitatum, provincialium ad ſuſtinenda univerſitatis ſuæ onera indicere poſſunt collectas, gabellas & datias imponere, Schoß/Stewr/Ungelt/ *ut & pecuniam forenſem exigere,* Marckgelt/Stadtgelt/ *item poſſunt habere arcam communem & proventus proprios.* 400.401.

Magiſtratus Eccleſiaſtici 388.

Magiſtratibus Eccleſiaſticis decedentibus reſignatio fit ipſi capitulo. 389.

Magiſtratus quando ius dicat. 10.

Magiſtratus quando in causâ civili dicatur modicè coërcere. 160. 161.

Magi-

Magiſtratus quibus modis iubere dicatur. 158.159.

Magiſtratus exequendo etiam ius dicit. 25.

Magiſtratus formulam præſcribens iudici pedaneo, ius dicit. 21.

Magiſtratui ius eſt ſecũdus modus acquirendæ iurisdictionis. 378.

Magiſtratui iure competit iurisdictio tantum civilis iure ſcripto: hodie tamen de conſuetudine etiam iurisdictio criminalis. 379.

Magiſtratus municipalis. 387.

Magiſtratus municipales ut mixtum imperium non cohærens iurisdictioni habebant, ita etiam idem magiſtratibus civitatum provincialium competit. 399.400.

Magiſtratuum omnium imperia præſente Principe conquieſcere. 393.

Magiſtratus ordinarius cumprimis ſubditis ſuis publicè præeſſe, iisq; ius reddere dicitur. 19.

Magiſtratus politici. 389.

Magiſtratibus politicis decedentibus, quomodo dignitas & iura ipſorum ad filios tranſmittantur. 390.

Magiſtratus provincialis, puta proconſulis, Legati proconſulis & Præſidis iurisdictio. 387.

Magiſtratus quamprimum eſt creatus, habet iurisdictionem ſuo iure tacito intellectu, ſive maior ſit magiſtratus, ſive minor. 240.

Magiſtratus qui olim iurisdictionem ſuo iure ac propriam habuerint, & qui eam habeant

beant hodie. 259.260.

Magiſtratus ſub Imperatore alij Palatini ſunt, alii publici: Publici magiſtratus jure Iuſtinianeo alij urbani ſunt, alij provinciales, alij municipales 380.

Magiſtratus Vrbani, inter quos primum locum obtinent Senatores, qui vel ſimpliciter patres, vel patres conſcripti appellabantur. 380.381.

Magiſtratuum veterum in Romano imperio tituli dignitatum magna ex parte in uſu remanſerunt. 397.

Mandatore pluriũ cauſarum mortuo, re non amplius quibuſdam in cauſis integra, utrum omnibus in cauſis, in quas mandata eſt jurisdictio, ſalva ipſa maneat, an verò in cauſis tantum quæ cœptæ ſunt geri. 284. 285.

Matrimonialis quæſtio an ſit juriſdictionis eccleſiaſticæ vel ſecularis. 180.

Matrimonialis cauſa eſt ſpiritualis. 180.

Matrimonialis cauſa, quæ verſatur inter eos qui Auſtregarum privilegio fruũtur, an ad judicem Auſtregarũ, vel cameralem vel ipſum Cæſarem pertineat. 131. 132.

Matrimonialis quæſtio omnis de jure canonico pertinet ad judicem eccleſiaſticum. 109.

Matrimonialis cauſæ ſententiam ſi quis velit nullitatis arguere, recipitur & decernitur etiam proceſſus in Camera. 134.

Matrimonialem quæſtionem de jure ad eccleſiaſticum ſpectare forum, de facto autem quæſtionem matrimonialem

nialem ad ſeculare pertinere forum. 108.
Matrimonialem quæſtionem & juris & facti quidam ad eccleſiaſticum pertinere forum exiſtimant. 109.
Matrimonialem quæſtionem juris nonnullos ad ſecularem referre judicem. 108.
Matrimonium diſſolvere poſſunt conjuges jure civili privata authoritate miſſo repudij libello. 133.
Matrimonium jure civili Juſtinianeo eſt juris privati, non publici niſi per quandam conſequentiam. 132.
Metalli coercitio pœna gravior membri abſciſſione. 188
Metalli coërcitioni hodie ſimilis videtur dānatio in opus publicū. 203.
Merum *vocis ſignificatio.* 181.
Militia diſciplinam oportet eſſe rigidiorem propter exempla. 217.
Modus prorogandi jurisdictionem eſt efficiens, formalis & accidentalis. 316.
Multa dictio cum ſit ad tuendam & facilius explicandam jurisdictionem, non meri, ſed mixti eſt imperij. 274. 275.

N.

Nobilitandi, creandi Barones, Comites, Duces poteſtas. 41.
Nomina quædam generis & ſpeciei nomina ſunt. 46.
Norinberga habet judices ſingulares. 127.
Notio nihil aliud eſt, quàm cognitio de re controversâ. 27. 34.
Notio non poteſt eſſe genus jurisdictionis. 26.
Nullitatis querela etiam in causâ criminali opponi poteſt in camerâ imperiali vel quo alio

alio appellationis iudicio. 137.
de Nullitate ſententiæ cognoſcit vel idemiudex, vel iudex appellationis. 110.
Nullitatis querelam an etiam accuſator Reo abſoluto movere poſſit in Camerali vel alio appellationis iudicio. 138.
Nundinas concedendi poteſtas. 42.

O.

Occiſus publicâ in viâ duo inter territoria diverſorum dominorum ſita, aut alio in confinio, ubi tumulari debeat. 426. 427.
Officium quod ſit eius cui mandata eſt iurisdictio. 263. 264.

P.

PActum bonæfidei contractui in continenti adiectum ineſſe dicitur ipſi contractui. 60.
Pactum nudum cur ita dicatur. 257.
Pactum omne etiam oneroſum ſui interpretationem recipit contra eum, qui in ſuum commodum illud apponit, nec apertius explicat. 344 345.
Pactorum vis eſt ut exceptiones & replicationes pariant. 319.
Pares curiæ an ſint iudices, ſi vaſallus interdicto agat adverſus dominum de feudi poſſeſſione. 119. 120.
Parium curiæ iurisdictio eſt etiamſi de feudo alia actio moveatur inter dominum & vaſallũ quã condictio ex lege ſive ex moribus feudorum. 118. 119.
Pares curiæ laici poſſunt etiam cognoſcere de controverſia, quæ eſt de feudo inter Dominum

num & vaſallum, licet Dominus Clericus ſit. 117

Pares curiæ poſſunt cognoſcere de controverſia, quæ eſt inter Dominum & vaſallum, licèt curiæ pares ipſo domino longè inferiores ſint. 116

Pares curiæ poſſintne eſſe judices inter Dominũ & vaſallum, ſi de ipſa feudi inveſtitura lis ſit, vaſallus autem nullum aliud ab eodem Domino feudum poſſideat. 118

Pares curiæ ſive curtis qui ſint. 114.115

Pœna capitalis non tantum ea eſt, quæ vitam, ſed etiam ea, quæ libertatem vel civitatem criminis reo adimit. 203

Pœna criminis eſt jurisdictionis ſubiectum, ſive materia circa quã. 30.

Pœna falſi ordinaria eſt deportatio. 30

Pœna lege cenſetur impoſita ea, quam proprietas verborum ſignificat. 222

Pœna quæ intelligenda ſit per capitis vel capitalem pœnam, ſi eius in quadam ſanctione communi vel ſtatutariâ ſimpliciter mentio fiat. 215.216.217

Pœna ſanguinis, an etiam alia, quàm mortis pœna ſignificetur. 222.223.224.

Pœnæ multæq́ jurisdictionis fructus ſunt. 357.

in Pœnis etiam lata ſit interpretatio, modò verborum proprietas ſervetur. 223

Pecuniariam coercitionem etiam meri imperij eſſe, ſi ob crimen fiat. 214

Perſecutio eſt Dd. imploratio nobilis officij. 150

Pertinentiarum appellatione quid cõtineatur. 354. 355.
Poſſeſſionis adipiſcendæ judicium non tantùm circa facti quæſtionem verſatur ſed etiã proprietatis cauſam habet annexam. 102
Poſſeſſionis cauſa magis eſt facti quàm juris. 100.
Poſſeſſionis decimalis, itemq; juris patronatus cauſa ad laici judicis tribunal ſpectãt. 102.
Poſſeſſorium judicium adipiſcendæ poſſeſſionis rei ſpiritualis, an ad Eccleſiaſticam, vel ſecularem pertineat juriſdictionem. 101
Poteſtas condendi jus ſive legis ferendæ non eſt juriſdictionis. 19
Poteſtas cognoſcendi de crimine publico eſt etiam juriſdictionis. 17
Poteſtas cognoſcendi ſuper tranſactione de alimentis teſtamẽto relictis juriſdictio appellatur. 18
Poteſtas dandi judicem ſpecialem vocatur juriſdictio. ibid.
Poteſtas decernendi jus aliquod ſola lege data etiam eſt juriſdictionis. 17
Poteſtas præſtandi authoritatem manumittentib. adoptantib. emancipantibus, juriſdictionis eſſe dicitur. 18
Poteſtas inſtituendi curſus publicos ſeu poſtas. 42.
Poteſtas, quæ ſit eius, cui mandata eſt juriſdictio. 263. 264
Poteſtas reſpondẽdi de jure iuris doctoribus & eorum Collegiis tributa, & poteſtas cognoſcendi arbitris compromiſſariis conceſſa, vel iudici pedaneo data, nec non poteſtas dandi tutoris pa-

tores parentibus iure permiſſa, non eſt iuriſdictio. 20. 21
Poteſtates variæ. 9
Præfectus annonæ & Præfectus vigilum cognoſcere tantùm potuerũt de cauſis criminalib. non autem proferre ſententiam definitivam. 53. 54
Præfectus vigilũ & Præfectus annonæ extra ordinem ius dicunt, etiam in criminalibus. 20
Præfecti urbi iuriſdictio. 381. 382.
Præſcriptio iuriſdictionis quomodo procedat cõtra inferiorem Principe. 406. 407. 408
Præſcriptio modus tertius acquirendæ iuriſdictionis, quæ ſi ſine titulo contra Principem fiat tempus deſideratur immemoriale: ſi cum titulo, tempus requiritur 40. annorum. 404. 405. 406.
Præſcriptio temporis immemorialis & ſpecialis conceſſio iuris alicuius in acquirendis rebus vim habent eandem. 409. 410.
Præſcriptum non intelligitur, quod non invenitur poſſeſſum. 411
Præſides provinciarum, an habeant deportandi ius. 204. 205. 206
Præſumendum in dubio id potius, quod natura rei, de qua agitur iure communi requirit, quã quod qualitas accidentalis iure ſpeciali ſuadet. 350
Prætor, an etiam habuerit imperium merum. 384.
Prætor peregrinus, qualem iuriſdictionem olim habuerit. 367. 368.
Prætor poteſtatem quoq; habuit condendi ſive introducendi iura. 23

Pratoris Urbani, Peregrini & Fideicommiſſarij juriſdicendi poteſtas. 383. 384

Pratori duplex competebat poteſtas edicto ſc. proponendi jura, & jus dicendi. 24

Praventio habet locum in juriſdictione. 323

Princeps cauſam ſubditorum inferiorũ juriſdictionis ſimplici querela, ad juriſdictionẽ judicij appellatorij remittere poteſt. 125

Princeps concedendo alicui in Caſtro aliquo ſimpliciter juriſdictionem in feudum, utrũ ſaltem ordinariam juriſdictionem, an verò cum hac etiam merũ & quodlibet mixtum imperiũ concedere intelligatur. 340. 341 342 343. 344. 345.

Princeps concedendo caſtrum in feudum cum pleniſſimâ juriſdictione etiam merum imperium concedere videtur. 347

Princeps concedendo juriſdictionem utrũ cenſeatur eam concedere cumulativè, an verò privativè. Et quid ſit juriſdictionem concedere cumulativè, quid item privativè. 363. 364. 365. 366.

Princeps experiri volens adverſus civitatem ſibi immediatè ſubjectã Camerã imperialem in primâ inſtãtiâ adire debet. 126

Princeps indefinitè quid concedens jus omne concedere videtur. 341.

Princeps in feudum alicui concedens caſtrum aliquod vel pagum cum pertinentiis ſuis juriſdictionẽ & omne imperium conceſſiſſe videtur. Idem ſi conceſſio facta cum alta & baſſa

baſſa jurisdictione. 354.355.356.

Princeps quilibet inferior, cùm hodie magiſtratus ſit perpetuus jurisdictionem ſuam, ut ſpecialem, ſic & merum imperium in feudum concedere poteſt. 340.

Princeps quod facit, non vi jurisdictionis, ſed ratione ſupremæ ſuæ poteſtatis id facit. 166

Princeps Reus immediatè ſubiectus imperio, non poteſt cogere actorem mediate ſubiectũ, ut eius Conſiliarios judices admittat. 127

Princeps tribuens alicui in feudum caſtrum ſive pagũ ſine ulla mentione jurisdictionis, an nihilominus jurisdictionem tribuere videatur. 347.348.349. 350.351.352.

Princeps univerſitatem cauſarum aliquo in territorio ſive diſtrictu alicui committens, propriam dare jurisdictionem intelligitur. 261

Principe in feudum alicui concedente adminiſtrationem & gubernationem civitatis, caſtri aut pagi, omnem jurisdictionem, mixtũ & merum imperium concedere videtur: Idem quando Imperator provinciam aliquã gubernandam alicui in feudum concedit. 354.

Principes alÿ immediatè imperio ſubiecti ex privilegio Auſtregarum quandoq; ſingulares habent judices. 228.

Princeps Eccleſiaſtici reſpectu jurium, quæ ab Imperio & Imperatore poſſident, de cauſis profanis cognoſcunt, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut

ſed ut judices ſeculares. 113

Principes Imperij, Duces, Marchiones, itemq; Comites perpetuam & pleniſſimam juriſdictionem habentes, an ſupervenientiâ Imperatoris juriſdictionem ſuam retineant impeditam, vel in eâ explicandâ Imperatori tanquam ſuperiori cedere cogantur. 392. 393 394. 395.

Principes Imperij, in quibus cauſis non attento Auſtregarum privilegio competens judicium habeant etiam prima inſtantia in Camera imperiali. 129. 130.

Principes inferiores õnia poſſunt in ſuis provinciis quo ad ſubditos ſuos, quæ poteſt Imperator in Imperio univerſo. 340

Princeps in feudum alicui concedens civitatem vel caſtrum cum juriſdictione, an perſonæ vel rei juriſdictionem tribuere intelligatur. 417. 418

Privilegium primæ inſtantiæ der Außträg *ſtricti juris eſt.* 130

Privilegij Auſtregarum cauſa. 129

Privilegio Auſtregarum non eſt locus ſi plures immediatè imperio ſubiecti unâ cõveniantur actione. 131

Privilegio legiſlationis Conſtantianæ, cuius vi Imperator inferiore omiſſo judice, de cauſa miſerabilium perſonarum cognoſcit, hodie extra provincias Imperatoris amplius locus non eſt. 141. 142

Privilegia irrogandi poteſtas. 41

Proconſul in ſua Provincia habuit poteſtatem maiorem omnibus poſt

bus poſt Principem. 368.
Proconſul non deligebat ſibi legatum, ut alius magiſtratus, ſuo arbitratu, ſed ei dabatur legatus à Senatu vel populo. 284
Proconſulis jurisdictio pleniſſimam. 12
Proconſulis legatus ex ipſius mandato cognoſcere poteſt de cauſis criminalibus: ſententiam verò in criminis reos ſolus dat Proconſul. 52.
Proconſulis officio incumbit, ut pupillis tutores conſtituat. 12
Proconſuli ſoli permiſſum eſt mandare legato ſuo cognitionem cauſarum criminalium. 53
Procurator Cæſaris habet jurisdictionẽ, quæ tantum pertinet ad cauſam, quæ eſt inter fiſcũ & privatum. 311.312
Procurator Cæſaris qualem olim jurisdictionẽ habuerit. 292.293
Procurator cum libera poteſtate conſtitutus, jurisdictionem incompetentis judicis prorogare poteſt, ut & is, qui ſpeciale ad id habet mandatũ. 295.296
Proprietas & poſſeſſio nihil commune inter ſe habent. 100.102
Proprietas verborũ ſervanda. 33
Prorogare quid ſignificet apud probatos authores Latinos, & in jure civili: quid item apud pragmaticos, & in jure Canonico. 290.291
Prorogatio à pupillo, minore 25 annis vel prodigo ſine tutore vel curatore facta an ipſo jure nulla ſit, etiã eo caſu, quo harũ perſonarum conditio melior reddita apparet ex ipſa prorogatione. 294

Prorogatio iuriſdictionis an recte fieri poſſit in cauſa feudali. 314. 315

Prorogatio iuriſdictionis de cauſa ad cauſam, ſive de re ad rem. 323

Prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonā. 322.

Prorogatio iuriſdictionis fieri debet ſub eâdem naturâ, formâ & qualitate, cuius eſt iuriſdictio ordinaria. 328. 329.

Prorogatio iuriſdictionis fit potiſſimum in cauſis civilibus & pecuniariis. 316

Prorogatio iuriſdictionis in cauſis criminalibus ex ſententiâ uſu Dd. receptâ locum habet, quæ tamen iure ſcripto ceſſat. 315

Prorogatio iuriſdictionis magiſtrat⁹ politici ceſſat in cauſâ Eccleſiaſticâ ad fidei doctrinā pertinente. 326

Prorogatio iuriſdictionis non competentis iudicis, à quibus fieri poſſit. 293. 294

Prorogatio iuriſdictionis quomodo expreſſo conſenſu litigatorum fiat. 316. 317. *& quomodo tacito. ibid.*

Prorogatio iuriſdictionis quomodo fiat ratione loci 326. 327. *ratione temporis quomodo. ibid. &* 328.

Prorogatio iuriſdictionis ſecularis, an in cauſis decimarum & matrimoniorum locum habeat. 313. 314

Prorogatio nulla eſt in cauſis appellationum in iudicem incompetentem. 114

Prorogatio quomodo in cauſis, quæ eiuſdem ſunt qualitatis, fieri poſſit. 323. 324. 325

Prorogationis iuriſdictionis definitio eiuſq; explicatio. 291. 292

Prorogationis jus hodie coanguſtatum per inhibitionem & avocationem. 329
Prorogationi locus non eſt in cauſis, quæ ſunt forma & qualitate diverſa. 325. 326
Protectori annuatim penſio ſolvenda. 403

Q.

QUærere de aliqua re id, quod ad eam rem pertinet nihil, ſtultum eſt. 14
Quæſtio ſeu tortura, an etiam meri imperij ſit. 193. 194
Quæſtorum varia genera. 382

R.

RAtiones duæ uni ſemper prævalent. 427
Ratisbona habet ſingulares judices Auſtregarum. 127
Reali actione clerici conveniendi ſunt coram judice ſeculari eo ſub cuius juriſdictione res illa eſt ſita. 103
Rectori & Prorectori, quãdo idem honor debeatur. 241
Recurſus unius cuiuſq. rei ad priſtinum ſuum ſtatum favorabilis eſt. 104. 107.
Regale jus quid. 424. 425
Regalia quæ ſint. 40. 184
Regula juris de maiore ad minus *in juriſdictionis materiâ prorſus ceſſat.* 206
Regulæ duæ notandæ de priori juriſdictionis ſubiecto, perſonâ ſcil. cui adhæret juriſdictio. 418. 419
Relegatio quid. 210. 211
Relegatio pœna levior, quam ictus fuſtium et corporis mutilatio puta manus vel linguæ vel digitorum amputatio, aut aurium abſciſſio. 187

Remedia, quibus quis iuriſdictionem ſuam tueri poſſit, quæ ſint. 434 435.

Renuntiantes privilegio fori competentis primæ inſtantiæ, non cenſentur ſimul renuntiaſſe eidem privilegio ſecundæ inſtantiæ. 104

Renuntiatio competentis fori, ut omnis alia renuntiatio ſtricti iuris eſt. 104

Res quando adhuc dicatur integra. 281

Reſponſa Iuriſconſultorum authoritatem rei iudicatæ non præbet. 20

Reſtitutio in integrum non eſt coërcere ſed beneficium tribuere. 86

Reſtitutio in integrum Iuriſdictionis eſt, nec ulli competit, quàm ei qui Iuriſdictioni præeſt. 37

Reſtitutio in integrum nullam habet coërcitionem. 169

Reſtitutionis in integrũ cauſa an ſit mixti imperii vel iuriſdictionis ſpecialis. 84.85

Reſtitutionis in integrũ petitæ cognitio alij mandari poteſt. 87

Reſtitutionis in integrum petitio actio dicitur impropriè. 87.

Reſtitutionis petitio in integrum eſt quædam actionis ſpecies. 86

Reus, cui iudex, ut criminis veritatẽ eliceret, admiſſi impunitatem promiſit, ſi fateatur crimen, an aliqua affici pœna poſſit. 230. 231

Reus morte damnatus fruſtra in matrimonium petitur. 233

Reutlinga civitas imperialis habet iudices ſingulares auſtregarũ. 127

Rota ſupplicium. 197

Rotvveilenſis iuriſdictio certis regionibus & diſtrictibus circumſcripta. 420

Scaa-

S.

SCandali ſive lapidis famoſi impoſitio. 213

Schulteti ſive Prætores urbium juriſdictionem ſuam mandare aliis poſſunt. 240

Schvveinfurtum civitas habet judices ſingulares Auſtregarum. 127

Securitatē ſeu ſalvaguardiam plenam & abſolutā dandi poteſtas. 41.

Sententia eorum qui juriſdictionem paſſivè & materialiter territorio, magiſtratibus verò activè & formaliter ineſſe dicunt, reprobatur. 414 415

Sententia quâ dicitur Principum beneficia latè interpretenda eſſe in conceſſione juriſdictionis ſimpliciter facta, reſtrictionem admittit. 344

Separatorum uno poſito, aliud non ſimiliter ponitur. 352

Sequeſtranda eſt ſponſa, pendente lite inter marem & fœminam de prætenſo matrimonio contracto, per judicem eccleſiaſticum apud quem principalis de conjugio ventilatur quæſtio. 111

Sequeſtratio actus juriſdictionalis. 437

Siciliæ Rex Carolus I. ſuſpendi judicem juſſit, qui reum ſuſpendis dignum ad manus amputationem condēnaverat. 225

Specierum diverſarum uno ſub genere comprehenſarum ea natura eſt, ut inter ſe diſſentaneæ ſint, generi autē ſuo conſentaneæ. 59

Species non ineſt generi, quamvis genus ſit eſſentiale ſpeciebus. 61.

Species tantum duæ ex tribus primùm non rarò proponuntur, ac poſtea ſeparatim ſubjicitur ſpecies tertia. 66

Spi-

Spiritualis queſt. remittenda eſt ad judicem Eccleſiaſticum. 118

Subditi in præjudicium Domini ſui nihil ſua conventione privata agere poſſunt. 314

Submerſionis pœna. 199. 200.

Supplicij verbo regulariter pœna mortis ſignificatur. 218

Status Imperij in locum Senatorum, & ordo vaſallorum in locum ordinis dignitatum ſucceſſiſſe videtur. 388

Statutorum generalium factio, an actus jurisdictionalis. 439

Statuum Imperij ordines tres, Primus eſt Electorum & Principum Imperij reliquorum: Secundus Prælatorum, Comitum, Baronum, & Nobilium immediatè Imperio ſubiectorum: Tertius civitatum imperialiũ. 397

Studioſus an relictis tribus judicibus, quos ſuo arbitrio competentes habet, poſſit alterius judicis prorogare juriſdictionem. 299. 300. 301.

T.

Tempus immemoriale quod. 405

Territorium eſt juriſdictionis ſubiectum occupans, at ſubiectum in quo juriſdictio inhæret, eſt perſona maximè magiſtratus. 349

Territorij appellatio relativa eſt, relationem eam capiens à juriſdictione, quæ non ipſimet ineſt, ſed perſonæ illius, quæ præeſt juriſdictioni. 415

Teſtamenti factionem retinet is, cui aliquod corporis membrum adimitur. 188

Teſtamentum nomen generale, cuius ſpecies ſunt teſta-

ſunt teſtamentum & codicillus. 46
Tribunis plebis ſive defenſoribus, qui hodie æquiparentur. 398
Tubingenſis Univerſitatis Rector iuriſdictionem ſuam mandat Rectori antiquo. 240. 241
Turbator alienæ juriſdictionis confeſtim propriâ authoritate expelli poteſt. 435
Tutor in cauſa pupilli incompetentem juriſdictionem prorogare poteſt. 295
Tutoris datio ab eo, cui conceſſa eſt, alij mandari nequit. 16
Tutoris datio ipſa per ſe conſiderata mixti eſt imperij: cauſæ autem cognitio, quæ deſideratur in tutoris datione eſt ſpecialis juriſdictionis generis poſterioris. 89. 90. 94
Tutoris dationi cohæret modica coercitio. 172
Tutoris datio juriſdictioni apponenda eſt. 15. 33.
Tutoris datio utrum ſpecialis ſit jurisdictionis an mixti imperij, vel quartæ cuiusdam innominatæ jurisdictionis ſpeciei. 88
Tutores dandi jus ſola lege datur, non jure magiſtratus competit. 17. 90. 92.
Tutores dare, an ſit ius dicere ſive jurisdictionem exequi. 11. 13

V.

Vaſallus ante inveſtituram non eſt is, cui ſaltem de feudo facta eſt promiſſio. 116
Vaſallus iurisdictionem in feudum datã amittit omni ex cauſa, ob quam feudum amittitur. 445
Vaſalli non poſſunt repudiato Domino eligere alium.

alium indicem, ſi inter ipſos controverſia ſit orta de feudo. 124
Vinculorum verberatio quæ fuerit pœna. 209. 210.
Vectigalia nova erigendi poteſtas. 40
Verbum quodvis accipiendum in potiori ſignificatione. 35.341.
Unitorum eadem eſt ratio. 358.361.
Vox omnis prædicatur non de pluribus ſpecie differentibus, ſed de pluribus differentibus numero. 346.347.

W.

Wenceſlaus Imperator privatus imperio, per ſententiam ab Electoribus latam. 140
Wormacia habet indices ſingulares Auſtregarum. 127.
Wirttemberg Princeps privilegium habet avocandi ſubditos ſuos & eorundem cauſas à iudicio Rotvveilenſi. 331.
Wirttebergici Ducatus civitates habent merũ quoq; imperiũ ex ſpeciali conceſſione. 399.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible] Google

Google